ANTONII DE PADILLA Y MENESES REGII

in Pintiano auditorio Consiliarij,

In titulum de TRANSACTIONIBVS C. commentarius

¶ Summa rerum Rubricæ de Transactionib.

1 Rubrica continuatur.
2 Idem tractatur.
3 Transactionis vtilitas proponitur.
4 Iudex an litigantes possit ad concordiã & transactionem compellere.
5 Contendentibus duobus ad eiusdem rei possessionem, iudicem quid oporteat facere.
6 Si ex aliquorum dissensione periculum reipublicæ immineat, iudex eos ad concordiã compellet.
7 Ad inducias autem semper iudex eos compellet.
8 Et quid si Præsidi datum sit liberum arbitrium.
9 In causis ciuilibus nõ coget iudex partes ad transactionem.
10 Sed neque ad compromissum.
11 Iure nostro neque coniuncti cõpelluntur ad compromissum.
12 Sed id Principem facere posse.
13 Declaratur tex. in. c. cum inter. de elect.
14 Partes diu litigantes ad transactionem compelluntur.
15 Vel si lis vertatur inter Magnates.
16 Transactio quid sit.
17 Transactio vnde dicatur.
18 Et an sit Transactio contractus.
19 Et an Transactione gabella debeatur.
20 Transactionem distractum potius videri.
21 Et an sit nominatus vel innominatus contractus.
22 Et an simplex vel respectiuus.
23 Et bone fidei sit an stricti iuris.
24 Et quo iure Transactio inuenta sit.
25 Transigens an videatur adire hæreditatem.

¶ Rubrica de Transactionibus.

BArtolus author est. in. l. 1. huius tituli statim in princ. titulũ hunc præ cæteris qui hoc codice continentur, subtilem vtilem ac difficilem esse. Addit Fulgosius titulum hunc ita esse difficilé & pulchrum vt sit alius huius voluminis. Præterea Paulus de Castro in rub. de collat. inquit se iudice hunc titulum, atque illum de collationibus. difficiliores esse quàm sint inuniuerso hoc codice Iustiniani: hunc eo nomine quòd sublimes materias contineat, illum verò propter diuersitatẽ temporum quibus variè collatum est. Glossa rubricæ continuat titulum hunc in hũc modum. 1
De pactis in genere actum est, iam igitur in specie agi oportet, est enim transactio pacti species. gl. opinionem sequuntur Petrus Cinus & Bart. & cæteri. Sicuti adoptio genus est, species arrogatio. l. 2. ff. de adop. Secundò Rubricam hanc cõtinuat Bart. in rub. suprà de pact. paulò altiùs rẽ contemplatus, considerat enim ille pro ingressu cuiusque litis primum omnium offerri libellum, atque ideo in principio huius libri fuisse propositum titulũ de edendo. Dato libello citatur pars contra quam libelli actio edita fuit, quapropter titulũ de edendo sequutus fuit de in ius vocando. Sed quoniam post datum libellũ parte mque in ius vocatam amici summi partium ipsarum atque populares solent interuenire, quorum opera atque industria pars quæ alteram in ius vocauerat facit pactum gratuitum super lite ipsa, proposita de pactis rubrica est. Sed quoniam frequens euenire solet, ne partes faciant huiusmodi pactiones gratuitas, sed potiùs accepto aliquo transigant, subiecta rubrica hæc de Transactionibus est. Et quoniam ingenia quædam hominum sunt ad lites 2

exercendas pronata, quique litigare malunt, quàm tranſigere. Et his aduocatis iã opus eſt & Procuratoribus ſubditæ ab Imperatoribus ſunt Rubricæ illæ de poſtulando. de Aduocat. diuerſ. iudic. & quoniam perſonæ quædam malè ſibi cauentes in iudicio, vel ſui facilitate, vel dolo aduerſarij lædi ſolent, ſubiecta Rubrica eſt De in integrum reſtitutione. cũ vniuerſo tractatu ad eam pertinenti. Poſteà verò opportunè ſatis titulus de iudicijs fuit propoſitus. Hanc Bartoli continuationem plærique omnes approbarunt, communemque eam eſſe affirmat Curt. Iunior. ibi. num. 19.

3 Eſt autem iudicio meo vtiliſsimus hic Tranſactionum tractatus, nam cùm ſententiæ dubius incertuſque ſit euentus. l. quod debetur. ff. de pecul. adeò vt intercaſus fortuitos facto hominis prouenientes ſententiam iniuſtam enumerauerit Baldus in. l. quæ fortuitis. col. 2. num. 2. verſ. item poteſt. C. de pignor. act. & ſequutus eſt Ioannes Igneus in. l. contractus. nu. 69. ff. de regul. iur. Lopius in rep. rubr. de donation. inter vir. & vxor. §. 65. num. 32. præſtabit quidem interdum tranſigere quàm iudicis quantumcunque incorruptiſsimi iudicium expectare, Adde quòd imprudentia quoque iudicis & errore, ius partis deperire ſolet. l. ſi per imprudentiam. ff. de euict. l. ex maleficijs. verſ. ſi iudex. ff. de act. & oblig. in princ. Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſcunt. quod ſi hæc omnia ceſſent, commendatione digniſsimus eſt qui lites execratus tranſigere maluit, quàm ſæpiùs propter rem aliquam litigare l. item ſi res. §. 1. verſ. non tamen. ff. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. l. illud. in princ. verſ. quid tamen. ff. de tribu. act. Dies quoque feriarum cùm in honorem Dei atque ſanctorum tũ etiã in hoc inducti ſunt, vt iudicis actibus vacantibus ad tranſigendum partes prouocentur. l. ſi. ibi tranſactiones loquantur. ff. de fer. Sed neque valeret ſtatutum generaliter prohibens tranſactionem tãquàm publicæ quiti inimicum. quòd Cacialupus de tranſaction. obſeruauit. q. 22. neque iuramentum de non tranſigendo. quod idem ſcripſit. q. 23. item Marianus Socinus conſ. 32. num. 13. vol. 3.

4 Sed iudex an partes quæ litigant poſsit ad concordiam atque trãſactionem compellere, & in hoc ſeparanda eſt cauſa criminalis à ciuili, quare duabus concluſionibus propoſitio hæc abſoluetur, quarum eſt pnma. Partes diſcordantes atque ad pugnam & arma proſilientes iudex poteſt compellere ad concordiam, cur enim ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere? l. æquiſsimum. in princ. ff. de vſufru. in authen. de mand. princip. in princ. verſ. Deinde conueniens. collat. 3. maximè cùm pacem atque quietem populariũ prætori ipſi atque præfecto vrbi iura ſemper commendauerint. l. 1. §. cura carnis. verſ. quies quoque. ff. de officio Præfect. vrb. ne ex frequentibus ciuium diſſenſionibus Reſpublica lædatur. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & poſt. reuer. Et hac ratione frequenter apud nos iudices eos qui corrixati fuere, detinent in carceribus quouſque nouam amicitiam & gratiam ineant. Sed reuera hæc non eſt tranſactio, ſed iuſta quædam boni iudicis prouidentia curantis, ne ſeditiones ac ſcandala irruant in Rempublicam, quod eum curare ſemper oportet. l. denuntiamus. C. de ijs qui ad eccleſ. cõfug. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio præſid. vſqueadeò vt ſi iudex corrixantes non cohibuerit, officio rectè priuetur, quod ex Petro, ac Cyno, Bald. vt notabile ſcripſit in. l. 1. §. quies. nu. 3. ff. de officio præfect. vrb. quorum ſententia probata mihi videtur in. l. ſi quos. ibi vel propter negligẽtiam. C. de officio præfect. Orient. & Illiric. hinc que Bartol. obſeruauit in illa. l. æ-

5 quiſsimum. quam ille legit ſub. §. fin legis præcedentis duobus ad eiuſdem rei poſſeſsionem contendentibus iudicem vtrique, ne rem illam ingrediantur rectè præ-

cepturum

cepturum ne iam hinc ad arma perueniatur, atque Bartolus, Baldus quoque in proprio loco ſubſcripſit, Sed hoc verum quidem eſt, ſi neuter contendentium poſſideat, nam alterutro poſſidente etiam ſi timor adſit armorum, iudex poſſeſſori aditum ad rem quam poſſidet non negabit. quod eleganter idem Baldus notauit in l. quidam exiſtimauerunt. col. 2. poſt medium. verſ. ſecundo caſu. ff. ſi cer. pet. idem Ias. ibi num. 4. dicens hoc eſſe quotidianum. Quod ſi hoc caſu vterque contendat ſe poſſidere, iudicis partes erunt ſummatim cognoſcere vter poſſideat, & cùm ſibi conſtiterit, parti quæ non poſſidet, iubebit ne accedat ad poſſeſſionem, ita enim ex grauiſſimis authoribus Iacobo Butricario, Andreæ de Piſis, ac Innocentio, tradidit idem Bald. in l. ordinarij. col. 3. verſ. Sed hic quæro. C. de rei vendi. dicens hoc eſſe multùm notabile apud Regium hoc tribunal, contendentibus duobus poſſidere ne ad arma procedatur; interdictum quoddam, quod interim vocamus, eſt vſitatiſsimum, in quo ſenos teſtes partes producunt, ex quibus iudex cui ſit adiudicandum vſus paſcuorum vel rei quæ petitur, quod à Paulo de Caſtro videmur accepiſſe conſil. 3. libro. 2. & partes huius interdicti rectè explicauit Epiſcopus Ciuitatenſis in Pract. quæſt. c. 17. eſt & illud vſitatiſsimum, vt ſi timor adſit armorum, fructus rei de qua controuerſia eſt apud ſequeſtrum deponantur, quod ex Speculat. & alijs retulit Iaſon, idem ſequutus in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. nu. 27. ff. qui ſatiſdar. cogan. tametſi ſequeſtratio regulariter ſit prohibita. l. vinc. de prohibit. ſequeſt. pecu. l. 1. tit. 9. par. 3. Sed poſtquàm delictum eſt iam perpetratum, iudici liberum erit partes ad pacem atque concordiam adhortari, non tamen in hoc quemquam compellet, niſi priùs delictum emendauerit. ita enim voluit Bal. in l. tranſigere. 10. opp. hoc titul. idem in l. cùm affirmes. col. 1. verſ. item perpetrato delicto. ff. de liberal. cauſ. idem Baldus in l. ex ſtipulatione. num. 2. verſ. & ſume argumentum. C. de ſent. et interloquut. omn. iud. vbi ille eleganter ſcribit Prætori non licere quenquam qui offenſus ſit ad pacem compellere, ſed oportere eum delictum vindicare ac punire, idemque idem Bald. obſeruauit in illo. §. quæs. nume. 2. verſ. nunquid ergo. vbi inquit æquitatis rationem non pati, vt inuitus iniuriatori parcere cogatur, excepta cauſa fori pœnitentialis. idemque voluit idem Baldus in l. quidam exiſtimauerunt. col. 2. verſ. primo caſu. ff. ſi cer. pet. vbi inquit iudicem in delictis non interpoſiturum pacem, ſed gladium iuris atque puniturum delicta, niſi partes ipſæ concordauerint. atque iuxta hanc primam concluſionem accipienda eſt ſententia Bartoli in l. congruit. numer. 4. ff. de offici. præſid.

6 Limitabis tu hanc primam concluſionem, vt minimè habeat locum, ſi graue Reipublicæ ipſi periculum immineat ex aliquorum lite & diſcordia, quoniam fortaſſe proceres illi ſunt aliquarum factionum, tunc enim impunè iudex poterit hos componere, atque ad pacem & gratiam compellere, etiam ſi delictum adhuc emendatum non ſit. Limitatio hæc colligitur ex Bal. in illa. l. cùm affirmes, & eam tenet Ripa in l. 4. §. hoc autem. num. 20. ff. de dam. infect. & ex eo præterea probatur, quod publicæ vtilitatis cauſa, ſemper ſit præferenda priuatæ. lib. 1. in fine. C. de ca. du. tollen. & cùm dilatio hic periculum adferre poſſit, iudex rectè periculum præueniet. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui oper. nunt. l. ſi quis filio. §. hi quoque. ibi non pœnæ feſtinatione, ſed præueniendi periculi cauſa. ff. de inuſt. rupt.

7 Secundò limitabis hanc primam concluſionem, vt non habeat locum in indu-

cijs, quas Pontifices treguam vocant, ad has enim poteſt iudex partes compellere. c. 1. de tregua & pace. vbi eum text. expendit Panormit. in hoc. 1. notabi. idem Panormit. in rubr. eiuſdem tituli nume. 2. Felin. ibi nume. 9. Claudius in. l. 1. §. & poſt operis. nume. 6. ff. de noui operis nuntiat.

8 Tertiò limitabis hanc primam concluſionem, vt non habeat locum in præſidibus vel rectoribus ciuitatum, quibus datum eſt arbitrium ſuper bono & pacifico ſtatu ciuitatis, illi enim ex hac conceſsione arbitrij huius poterunt ciues ſuos ad pacem atque tranſactionem compellere: ita enim eleganter voluit Bartolus in. l. ambitioſa decreta. nu. 18. ff. de decret. ab ordin. faciend.

9 Secunda huius propoſitionis concluſio eſt, In cauſis ciuilibus non poteſt iudex partes ad tranſactionem compellere, ſed eis litigantibus ius ſuum debet tribuere. Concluſio hæc deducitur expreſſim in text. eleganti in authē. vt litigant. iur. §. quia verò lex. ibi aut cogere tranſactiones, aut pacta quædam cum ſuis aduerſarijs exponere. coll. 9. ex quo textu colligit ibi Angelus huiuſmodi tranſactiones, quæ iuſſu iudicum fiunt, nullius eſſe momenti, cùm lex apertiſsimè illis reſiſtat. tenuitque hanc ſecundam concluſionem gloſſ. ordinaria in. l. æquiſsimum. in parte iuriſdictione. ff. de vſufruct: vbi idem ſequuntur Bartolus, Baldus, & Angelus. idemque voluit gloſ. in. l. furti. §. qui iuſſu. in gloſſ. 1. ff. de iis qui not: infa. mia. vbi Bartolus eius ſententiam ſequutus. num. 2. eam plurimum commendauit. & eam ſequuntur ibi Baldus. 1. lectione. nume. 1. Angelus num. 2. Fulgoſius numero 2. dicens eam gloſſ. eſſe ſingularem. Soletq; in hoc allegari gloſſ. in. l. 1. §. & poſt operis. in gloſſ. committunt. ff. de noui oper. nunciat. quo in loco Alexander allegans multos, teſtatur nume. 7. hanc eſſe magis communem opinionem, & ibi eam ſequuntur Claudius, & alij, quæ probari præterea videtur ex text. elegantu. in. l. ex conſtipulatione. C. de ſentent. & inter. omn. iudic. vbi nil egit præſes prouinciæ, partes quæ litigabant ad tranſactionem hortatus. atque eum text. in hoc notarunt ibi Baldus & cæteri. Solet præterea in argumentum huius propoſitionis allegari text. in. c. fi. ibi vel compellatur componere. de reſcript. quem ibi notauit in hoc Baldus num. 5. & ſequuntur hanc opinionem Panormitan. & Fel. in rub. de tregua & pace. & teſtantur eſſe communem Panormitan. in. c. cùm inter. R. nume. 9. de elect. Hippolytus conſilio. 98. num. 8. Et 10 habet locum hæc ſecunda concluſio etiam in compromiſſo, ſicuti enim nemo compellitur tranſigere, ita nec compromittere. Par enim cauſa eſt in hac ſpecie tranſactionis & compromiſſi, quod plerique omnes quos paulò antè allegaui admittunt. Et præterea Baldus in. c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. nume. 2. verſ. & eſt argumentum. de pace tenen. libr. feud. Paris de Puteo allegans alios de Syndica. verb. conſi cordia. nume. 9. Sed neque conſanguinei 11 apud nos litigantes ad compromiſſum cogi poſſunt. quod excellentiſsimus Carolus Segoniæ ſtatut. anno. 1534. petitione 28. tametſi paſsim referant Doctores Itali apud eos frequentia eſſe ſtatuta quæ conſanguineos ac etiam affines iubent cauſas omnes compromittere.

12 1. Limitabis primò hanc ſecundam concluſionem, vt non habeat locum in Principe, hic enim poteſt partes coram ſe litigantes cogere ad tranſactionem. ex text. eleganti in. c. cùm inter. R. ſeniorem. de elect. vbi Papa Celeſtinus quendam Rodericum litigantem ac cum inſtantia, iam (quod text. ille inquit) ſententiam poſtulantem tranſigere coegit, atque pro abbatia ad quam fuerat electus, cuſtodiam & prioratum accipere præcepit. & ita notarunt eum

runt eum text. in hanc propositionem plærique ex canonistis ibi. & eandem conclusionem ex eodem textu deduxerunt Paulus de Castro in. l. quidam existimauerunt. nume. 6. vers. princeps verò. ff. si cert. pe. Alexander ibi nume. 4. Iason nume. 4. vers. Tertiò fallit. Alexand. in. l. 1. §. & post operis. numer. 8. ff. de noui oper. nunt. Felin. in rubr. de tregua & pace. nume. 3. ver. Fallit secundò. Ioannes Baptista Cacialupus in tractat. de transaction. quæst. 20. num. 5. sed hoc non est generaliter accipiendum, sed in illis duntaxat causis in quibus princeps habet liberam administrationem. Nam in illo. c. cùm inter. ideo potuit Papa compellere partes ad transactionem, quoniam causa erat beneficialis, in qua sumimus Pontifex habet liberam administrationem. c. ad honorem. de author. & vsu pall. c. proposuit. de concess. præbend. Clem. vt lit. pendent. c. 2. de præbend. lib. 6. cumque Papa possit quemlibet clericum beneficio ecclesiastico priuare. glos. 2. in c. per principalem. 9. q. 3. multò magis poterit litigantem super beneficio ad transactionem compellere, sed in alia materia, in qua Papa non habet ita liberam administrationem minimè posset partes ad transactionem compellere. ita enim textum in illo. c. cùm inter. interpretatur in propno loco Panormitanus numero 9. & ante eum ita dilucidum textum testatur extare Antonius de Butrio. in. c. 1. de mut. petit. numero 24. Ioannes de Imola ibi nume. 9. Alexander in dicta. l. quidam existimauerunt. Felinus in rub. de treg. & pace. num. 4. & est dubiò procul communis hic intellectus. text. in illo. c. cùm inter. Pro quo allego ipse text. elegantem in. c. cùm pridem. de pactis, vbi iussu Papæ fuit facta quædam transactio, cui partes acquiescere noluerunt, & tamen Alexander tertius author illius decretalis, non iubet eam seruari, sed vt in causa ordinario iudicio procedatur, quasi transactio illa minimè valuerit. atque ita eum text. expendit Panor. ibi nu. 6.

14 Secundò limitabis hanc secundam conclusionem non procedere, si partes diu multumque litigassent, nam hoc casu posset iudex eos ad concordiam atque transactionem compellere. ex text. elegantiss. in c. placuit etiam. 90. distinctio. ex quo text. conclusionem hanc deduxerunt Antonius de Butrio in. c. 1. de mut. petit. numer. 25. dicens eum text. esse optimum in hoc. Imola ibi numer. 9. dicens eum esse mente tenendum. Panormita. in illo. c. cùm inter. R. num. 9. idem Panorm. in. c. cùm pridem. de pact. numer. 6. dicens notabilem esse in hoc text. in illo. c. placuit. atque idem Panormit. in c. fi. nu. 2. de maior. & obed. dicens posse iudicem partes compellere ad concordiam si diu litigassent, atque lis ipsa non facilè posset extricari, & inquit Panormitan. textum illum iudicio quidem suo esse notabilem, & oblitioni non tradendum. idem Panormitan. in rub. de tregua & pace. num. 1. dicens eum text. esse notabilem. Felin. ibi numer. 5. Romanus in. l. 2. in princip. numer. 20. ff. solut. matrim. Petrus Belluga in specul. princip. rubric. 27. §. milites conquerentur. num. 48. Alexander in illo. §. & post operis. nume. 7. dicens notabilem esse text. in illo. c. placuit. idem Alexand. in. l. qui bona. §. si quis iuxta. num. 4. ff. de damn. infect. dicens text. illum esse singularem. idem Alexander & Iason. vterque numer. 4. in illa. l. quidam existimauerunt. dicentes eum text. esse notabilem. Aretinus. in. l. 2. §. ex his. numer. 12. Galiaula. ibi. nume. 17. ff. de verb. obligation. testatur esse communem opinionem AEmilius Ferret. in. l. cùm ij. numer. 17. ff. eo. titu.

15 Tertiò limitabis hanc secundam conclusionem, vt non procedat si lis vertatur inter egregias quaspiam personas quę

sua cõcertatione magnam reipublicę partem conturbant, hoc enim casu in causis ciuilibus liceret iudici partes ad concordiam atque transactionem cõpellere. Quæ limitatio colligitur quàm optimè ex dicta l. æquissimum. vbi eam tenent Bal. et Ange. & cõmuniter recepta est ab his quos superius allegaui.

16 Vlteriùs igitur progrediens, ne rem difficultatis plenissimam illotis (quod aiunt) manibus aggrediamur, quæro ipse Transactio quid sit, vt à definitione disputationem hanc incipiamus. Et cum omnis definitio periculosa sit in iure ciuili, rarò enim est vt subuerti non possit, transactionis tamen definitio constat apertissimè ex textu in leg. prima. ff. de transact. Est enim pactio non gratuita super re dubia ac lite incerta, tamet si contra vulgo receptissimas sententias verba illius textus interpretetur. Duarenus in leg. prima. §. conuentionis. col. 2. ff. de pact.

17 Secundò quæro Transactio vnde dicatur? Et Bartolus in leg. Siue apud acta. numer. 22. ĩ. eodem: existimat transactionem deriuari à prępositione, trans, & nomine, actio, quasi transactio sit transitus ac recessus ab actione. atque hanc Bartoli deriuationem sequuntur in præsenti Iason & Lancellotus. Decius. communem esse testantur eam sequuti Curtius iunior. nu. 12. & eam sequitur Cacialupus in tract. De transact. 2. q. ex qua etymologia constat transactionem pro prię cõuenire actori qui ab actione discedit. reus enim impropriè transigere videtur. quod gloss. 1. obseruauit in. l. 2. infra eodem.

18 Tertiò quęro Transactio an sit contractus? Quod videtur, cùm vterq; ex transigentibus facta transactione remaneat obligatus, est igitur contractus. l. labeo. §. contractum. ff. de verb. signifi. quare trãsactionem contractum esse probat textus in. l. cum te. ibi de fide contractus. infra eo. in. l. cõtractus. infra de fide instrumẽt. in lege. Si donationis. de ijs quę vi. metusue caus. fiunt. in lege. final. infra de litigio. vbi à regula quadam in cõtractibus proposita transactio excipitur. est igitur contractus, cum exceptio semper fiat de regula. lege. nam quod. §. fina. ff. de penu. legat. glos. tamen ordinaria in illa l. contractus. in parte, transactionum existimat transactionem impropriè cõtractum esse. Sed verius est contractum propriè hunc esse quod multi authores tenuerunt. & hoc referens Andreas Tiraquellus de vtro. retract. §. 1. glos. 14. num. 65. & Alciatus præter hos in præs. nume. 17. Cacialupus in tract. de transact. quæst. 4.

19 Vnde cõsequitur, quòd cum apud nos ex contractibus debeatur gabella, hoc est decima pars pecuniæ pro quare vẽditur, ex transactione quoque gabellam deberi. Sed verius esse mihi videtur si fraus cesset, vereq; transactio fiat, gabellam minimè deberi: cum leges nostræ vendẽtes tãtum & permutantes ad gabellæ solutionẽ obligauerint. l. 3. & multus alijs eiusdẽ tractatus in codice gabellarum. obseruauit tamen Bal. eleganter in. l. 2. ff. de iureiurã. in repetit. col. 6. versicu. ad veritatis. dominus meus transactionem respectu sui esse contractum, obligat enim transigentes nõ petere, sed respectu partis discedentis a lite potius dici distractum quàm contractum.

20

21 Quartò quæro an sit contractus hic transactionis nominatus vel innominatus? Et videtur contractum nominatum esse, vt in quo non sit locus pœnitentiæ re integra. l. quamus. ĩ. eo. quod proprium est contractuum nominatorum. leg. iuntentium in primo. ff. de pact. Sed in innominatis re integra locus est pœnitẽtiæ. leg. si pecuniam. in princi. ff. de condict. ob caus. verius tamen est transactionem esse contractum innominatum, habes enim

enim nomen generale, quod alijs etiam conuentionibus adaptatur. l. 1. §. conuentionibus. iũcta glo. transigendi. ff. de pact. vbi eum tex. in hoc notant Barto. nume. 1. Alexan. nume. 13. Iaſſo. num. 7. l. trãſacta. 229. ff. de verbo. ſignifi. vbi id notat Alcia. & idem probat tex. in. l. 2. ff. de iureiu. vbi tranſactio largiùs ſumpta, ſignificat omnem actum, per quem diſceditur a lite. & ibi eum tex. notat. Barto. num. 1. dicẽs ibi eſſe caſum de hoc. & poſt Barto. in eandem ſententiam expendunt text. illum Fulgo. & Alexan. num. 1. Iaſ. num. 1. & huius quoq; propoſiti & opinionis videtur eſſe glo. pacto. in. l. ſiue apud acta. §. eo. exigit enim illa res interuentum vt ex tranſactione actio oriatur. Eſt igitur cõtractus innominatus tranſactio: nam ſi eſſet nominatus, etiam citra interuentum ſtatim actionem pareret. l. iuriſgentium. in principio. ff. de pact. & hanc opinionem ſequuntur Barto. in dicta. l. ſiue apud acta. num. 20. verſi. quæro ſecundo. Bal. ead. l. ſi verſic. quærit hic Bartolus. §. Ange. ibi nu. 11. Alexander. nume. 15. Iaſon. nume. 8. & teſtatur eſſe hanc opinionẽ communem Curtius ſenior. ibi. num. 51. quam etiam ſequitur Bal. in. l. Poſt rem. nu. 4. ff. eod. idẽ in rub. §. de rer. permut. nu. 4. Iaſ. in. l. de die. in princi. num. 12. ff. de condict. ob cauſ. Alexan. conſil. 40. num. 3. vol. 5. idem Alexand. per tex. ibi in. l. cum proponas. 8. de pact. ſup. col. 1. Decius ibi num. 1. & ante hos omnes Barto. quem illi non citant in l. 1. num. 2. ff. pro empt. Imola. in. c. ſuper eo. nu. 6. de tranſact. Alciat. in. l. trãſactio. col. 1. §. hoc titu. Rimin. aldus conſ. 167. nu. 9. vol. 1. Corneus in. l. quamuis. col. 1. hoc titu. Fulgo. quem nemo refert in. l. 1. ff. de iureiu. num. 4. Cacialupus in tract. de trãſactio quæſt. 5. nu. 1. Matthæus de Affl. ictis decis. 108. nume. 2. noſter Gregorius in. l. 5. titu. 6. part. 5. in glo. 1. Bolognetus in præſenti. nu. 19. neminem allegans. Arcanus conſ. 96. num. 7. & eſt dubio procul communis hæc præceptio & tenenda, tametſi Ioannes Corraſius. lib. 1. miſcell. quæſt. c. 23. contendat aduerſus oẽs probare hunc eſſe contractum nominatum, nam quòd in hoc contractu re integra pœnitentia non admitatur, fauor litium ſopiẽdarum eſt in cauſa, non quòd contractus nominatus ſit, quod in illa. l. quamuis. latius explicabo. quod ſi per acceptilationẽ tranſactio fiat, erit cõtractus nominatus. quod Bal. rectè notauit in tub. de trãſ. exnu. 10.

22 Sed ſimplex ſit an reſpectiuus contractus hic poſſet dubitari. Et noſter præceptor Salmanticæ Oroſcius idemq; huius regij prætorij auditor egregius in rubri. ff. de tranſact. ſimplicem eum eſſe magna authoritate arbitratur: qui idẽ tradiderat in l. 15. conuentionis. nume. 10. ff. de pact. qui ita inquit cæteros ſentire, quaſi ſtatuat communem eſſe opinionem hanc. quam & ille tertio defendit in l. ſi cum fundum. nume. 16. ff. eo titu. Sed opinio hæc quam & Salmanticę ille nos docuit, falſa prorſus eſſe videtur: reſpectiuus enim contractus hic eſt. nemo enim à lite diſcedit niſi propter reſpectum aliquem vel prælationẽ, ſed iuxta ſubiectam materiam huic vel illi cõtractui innominato aſſimilabitur id quod ex facti propoſiti ſpecie facillimè apparebit, & ex exemplis quibuſdam quę adduxit Cacialupus. de tranſact. q. 5.

23 Sed bonæ fidei ſit an ſtrictu iuris. Et ſtrictiuris eſſe videtur, vt qui non ſit enumeratus in. §. actionum. de act. Inſt. & voluit Bal. expreſsim in. l. poſt rem iudicatam. 3. lect. nu. 4. ff. de tranſact. Imola. in. c. ſuper eo. de tranſact. nu. 6. vt mihi nulla diſputatio hac de re ſuſcipienda eſſe videatur, Et receptũ quoq; hoc eſſe autor eſt Alciatus nu. 16. idem ſequitur Bolognetus nu. 20. quibuſdam exiſtimãtibus bonæ fidei eſſe, ſi ſuper cõtractu bonæ fidei fuerit interpoſita, argu. tex. in. l. ab emptione. ff. de pact.

24 Poſtremò quæro ipſe tranſactionẽ cui iuri referri oporteat. Et cũ nuſquã hoc relatum

tum viderim, existimo ipse contractũ hũc iure gẽtiũ fuisse inuentũ. Mouet me, quòd cùm iam à principio ante ius ciuile lites esse cœperint (quibus dominiorum distinctio causam dedit) non dubium est, quin idem ius gentium transactiones quoque excogitauerit. Præterea ius illud obligationes atque contractus omnes instituit, exceptis quibusdam qui à iure ciuili introducti sunt. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Sed an transigens super re hæreditaria videatur hæreditatem adire, & non dubitauerim hæreditati hunc se obligare, cùm actus hic geri non possit citra ius, & nomen hæredis, inducit igitur additionem hæreditatis. l. gerit l. pro hærede. de acq. hæred. præterea, transactuo similis est solutioni quæ inducit aditionem hæreditatis. l. parentibus de inoffi. test. l. 2. de iur. de liber. ĩ.

Summa rerum. L. Neq; pactio.

1 Expenditur textus hic prò cleganti quadam Bart. decisione.
2 Habere locum text. hunc etiam in pacto.
3 Transactio facta cum vno tutore, quare cæteris non prosit.
4 Expẽditur difficultas. l. si ex duobus. de tut. & ratio. distrah.
5 Et an habeat locum text. hic in acceptilatione vni tutori facta.
6 Tutor qui non transegit, in quantum sit conueniendus.
7 Tutoribus pupillo datis, datur beneficium ordinis vt primò conueniantur qui administrarunt, quàm qui non administrarunt.
8 Nisi omnium nomine tutela à quibusdã gesta sit.
9 Sed in negligentiis oẽs sine beneficio ordinis tenẽtur.
10 Competenti ordinis beneficio, quo pacto procedat hæc lex Et nu. 11.
12 Competere etiam ordinis beneficium, procuratoribus in solidum obligatis.
13 Tutores gratis, procuratores accepto salario soleri administrare.
14 Duobus reis quoque beneficiũ ordinis competere.
15 Tutoribus etiam beneficium diuisionis competere, exemplo fideiussorum.
16 Esse tamen inter hos insigne quandã differentiã
17 Beneficium diuisionis in vim quoque exceptionis posse impetrari.
18 Beneficium diuisionis an tutoribus detur, qui dolo communi administrarunt.
19 Declaratur text. in. §. nunc tractemus. l. 1. de tut. & rat. distrahend.
20 Declaratur text. in. l. in magistratus. de magist. conueniend.
21 Tutori ex proprio dolo conuento, non dari beneficium diuisionis.
22 Beneficium etiam cedendarum actionum competere tutoribus exactis, & vtilissimum esse hoc beneficium.
23 Lex hæc quo casu sit accipienda.
24 Beneficiũ etã vtiliũ actionũ tutoribus cõpetere.
25 Quare superiora beneficia quæ tutoribus imperdiuntur, ad fideiussores non pertineant.

¶ L. Neque pactio

LEgem hanc existimat Bartol: difficilem esse in textu, ac etiã in glosis, sequẽtes quoq; scriptores plurimum legis huius difficultatem commendarunt. Diuiditur in duas partes: in priori loquitur Imperator in genere; in secunda, velut illatione quadam dubitationem præpositam dissoluit. Secũda est ibi cùm igitur tres. Diuisio hæc Accursij est in. 3. scholio, quam & Bart. sequitur. & esse communem affirmat Putp. nu. 4. Summatim hoc cõtinet, Transactio facta cum quibusdam ex administratoribus, cæteris quibus cum non est transactum non prodest.

1 Ex tex. ibi communiter rẽ gesserunt, collige quod cõmuniter fieri dicitur, quod fit ab aliquibus promiscuè, quare iuuare videntur verba hæc sententiam Bartoli in l. quintus. nu. 3. ff. de annu. legat. vbi inquit ille iubente gestatore filios suos stare in cõmunione videri cum præcepisse, vt fructus patrimonij communiter expendantur, & colligantur, & si vnus ex illis habuerit maiorem familiam, quàm alius, æqualiter tamen collatio vt fiat. & illam Bartoli decisionem sequuntur in præsenti Aretinus.

2 notabili

2.notabili.Riminald.col.1.Philippus col. 1.Purpuratus.nume.14.Iacobinus nu.3.

2 Sed videtur text. hunc redundare dicentem: neque pactio neque transactio contra text vulga.in.4.quibus.sed glos.1. respondet pactionem hic & transactionem synonyma non esse, illam enim gratuitam esse, hanc non gratuitam. loquitur igitur text. hic & in pacto & in transactione.gl. intellectum sequuntur Bartolus in vtraque lect. 2. oppos. Fulgos. ante numerum primum, hinc colligens in titulo hoc incidenter de pactis quoque agi nam & in titulo de pactis Bulgosius inquit, agitur interdum de transactionibus.l.cùm proponas.illius tituli.

3 Secundò contra text. hunc ita argumentor, videtur enim quod pactio atque transactio prodesse debeat cæteris tutoribus propter communionem & vnitatem actionis.argum.text.in.l.1.si vnius ex plur. appella. & quoniam factum vnius ex coreis cæteris prodesse solet.l.fi.C.de duob. rei. Huic difficultati respondet glo. 4. dicens in pactis atque contractibus aliud esse, neque enim illa extenduntur ad personas alias quàm sint in pactis ipsis. atque contractibus comprehensas.l.si vnus. §.ante omnia.ff. de pact.l.Imperatores.in princ.& in.§.fi.ff. de transact. quæ regula ampliatur ex hoc textu. secundum Alexandrum col.1.Decium.1.notabil. vt procedat etiam in habentibus ius connexum. Adde.quòd neque pactum factum super re principali extenditur ad appendices.l. penult.§.mancipia.ff.solut.matrim.neque de tempore ad tempus fit extensio in contractibus.l.cùm hortatus.§.fin.ff.de pact.l.si cùm Hermes.C.locat.neque in contractibus argumẽtum à similibus ad similia vnquam procedet.quod Alexander notauit, & retulit Decius in præl.nu.1.argumento autem legis.fi.C.de duo.respondet Bald. col.1. textum illum agere in petitione vel exactione quę veniebat ex natura actionis, legem nostram in transactione, quæ non est de natura actionis tutelæ.& hunc Bald. intellectum probauit etiam Iacobinus nu.8.Bal.immemor.prætereà agit textus ille in duobus reis, tutores autem licèt sint in solidum obligati, non tamen ex hoc censentur duo rei.l. rem hæreditariam.ff. de euict. quem textum in hoc expendit Angelus in.l.2.§.si tamen hominem.ff.de verbor.obligat.nu.2.vbi inquit eum text. esse menti tenendum in hoc. eumque in idem notarunt Aretinus in præl.nume.3. Riminal.1.notabi.

4 Sed contra textum hunc iterum oppono textum.in.l.si ex duobus.vers.quòd si conuentus.ff.de tut.& ratio. distra. vbi ex duobus tutoribus qui rem pupilli administrauerant, vnus solut certam quantitatem.& textus inquit, hanc solutionem alteri profuturam, tametsi ex dolo communi tutores sibi conuenirentur.sed gl.magna paulò post principium hic soluit difficultatem hanc, dicens solutionem factam ab vno tutore prodesse ratenus in accepta quantitate, non vltra, transactionem autem non præiudicare hic adulto vel maiori cum duobus ex tribus tutoribus vel curatoribus transigenti.gl.intellectum sequuntur Bart.2.oppos.& esse hanc solutionem communiter approbatam affirmat Philip. Decius nu.4 qui post Cumanum quem allegat, existimat idem esse dicẽdum in confessione solutionis facta per adultum vel maiorem in fauorem vnius tutoris, nam ea proderit cæteris contutoribus, si confessio talis sit, vt arguat solutionem.

5 Sed an idẽ in acceptilatione dicendum sit, fingo enim Celerinum in præsenti hos duos tutores vel curatores per acceptilationẽ liberasse, an eis facta acceptilatio prosit tertiò cõtutori. Quod videtur, cùm acceptilatio sit quædã imaginaria solutio §.1.vers. est autẽ.Inst.qui.mo.toll.oblig.l.& per iusiurãdũ.l.& vno.ff.de accep.atq; has duas leges Bar.hic allegauit, sed melior text. est in l.si ex plurib.ff.de acceptil.in.l.3.§.nunc de effectu.ff.de lib.leg.& Bar.quidẽ in hac difficultate

cultate breuiter sed eleganter distinguit, inquit enim ille: quod si acceptulatio simpliciter facta sit, quoniam liberauit quis suos tutores per acceptilationem profuturam eam cæteris, si verò acceptilatio sit interposita super transactione, ve luti transactionis naturam & ipsa sortita, non magis profuturam eam cæteris quàm in præsenti profuit ipsa transactio. argument. text. in. l. age cum. Geminiano. ff. eo. hanc Bartoli distinctionem sequuntur Paulus de Castro, & Alexander num. 8. Decius nu 9. Alciatus num. 21. qui ei declarationes quasdam accommodat. Purpur. num. 102. Curtius Senior. num. 6. affirmans recentes scriptores transire cum Bart. in hoc. Iunior verò num. 34. dicens doctores transire cum Bartolo, neque est dubium, quin hæc sit magis communis opinio.

6 Sed cùm text. hic tutorem cum quo transactum minimè est, impunè permittat conueniri ab ipso adulto, in qua parte sit conueniendus minimè declarat, hic igitur paulisper immorandum. Et oportet quidem pro huius rei intelligentia præmittere, quòd plures tutores eandem tutelam administrantes, atque etiam curatores sunt in solidum obligati. l. diui. l. tres tutores. ff. de administ. tut. l. 2. infra. de diuers. tut. vbi duo casus ab hac regula excipiuntur: prior est, quando testator tutelam diuisit: posterior, si à iudice diuisa sit, quibus pro sua quisque parte tenetur non alterius: tertius casus est, quando sunt tutores diuersæ speciei, quoniam vnus est testamentarius, alius datiuus, quo casu pro sua quisque parte tantum tenetur. l. Lucius. §. cum testamento. ff. de administ. tut. vbi eum textum ita interpretatur Bartolus, atque eodem modo declarat eum textum Bartolus in præs. num. 4. Iacobinus nume. 11. & communem esse testantur hunc intellectum Alexander num. 3. Curtius Iunior num. 10. Tametsi gl. ibi in parte aliás existimet diuisionem ibi fuisse factam à testatore, cuius intellectus ex eo arguitur, quòd text. ipse inquit in illis verbis, ac si testamento in partes dimidias tutores dati essent, his igitur casibus quibus tutores non tenentur in solidum, potest accipi hæc lex dum inquit, in his quæ separatim, licèt autem tutores in solidum teneantur, habent ipsi inter sequatuor beneficia, ne in solidum excutiantur.

7 Primum est beneficium ordinis, secundum beneficium diuisionis, tertium beneficium cessionis actionis, quartum beneficium vtilis actionis, de quibus sigillatim hîc agendum est. Beneficium igitur ordinis competit, quando sunt plures tutores, quorum aliqui gesserunt alijs minime gerentibus, nam non gerentes si conueniantur, beneficio ordinis poterunt impetrare, vt primò qui gesserint conueniantur. l. 2. in princ. infra. si tutor non gesserit. l. cùm interdictæ. C. arbit. tutel. & inquit elegan ter Baldus in præsenti. fi. col. vers. demum quæritur naturali æquitate fuisse introductum, vt primò reddat rationem qui administrauit, quàm qui non administrauit, atque ad gerentem priùs manus porrigantur. adde hoc ordinis beneficium & ad hæredes non gerentium extendi. l. pater. vers. priùs. ff. de hæred. tut.

8 Limitabis tamen hanc regulam vt minimè procedat, si gerentes gesserint ex mandato eorum, qui non gesserunt, tunc enim omnes gessisse videntur. l. ita tamen. §. gessisse. ff. de administrat. tut. existimante Saliceto in præsenti col. 2. non sufficere hoc in casu simplicem permissionem. Sed eius obseruationi obstare videtur textus in. l. tres tutores. §. non solùm. ff. de administ. tu. ibi ei qui permisit. sed benè Purpuratus respondet nu. 50. in illa. l. non solùm simplicé permissionem adfuisse, sed mandatum videri potiùs propter ex actam stipulationem rem pupilli saluam fore. & Saliceti quoque opinionem probarunt

runt Alciatus num. 11. Claudius num. 4.

9 Secundò limitabis hanc regulam vt minimè habeat locum in neglectis, in his enim omnes æqualiter ſine beneficio ordinis tenebuntur. l. 2. verſ. ſi qua. C. ſi tut. non geſſ. l. tutor qui. §. in eum. ff. de admi. niſtrat. tut. niſi neglecta appendicia ſint eorum quæ geſta fuere. l. tutores. verſ. in de in eo. ff. de adminiſtrat. tut. tex. optimus in l. quid ergo. verſ. iudicio. ff. de contra. iudi. tut. quare ſi in ſpecie huius legis Celerinus tranſegit cum eo tutore, quem ex ordinis beneficio oportuit primò conueniri, ſi agat ex poſt facto contra alium tutorem non habet locum lex noſtra, quoniam tutor conuentus beneficium ordinis rectè opponet atque illo ſe perpetuò defendet, & neque qui primò fuit conueniendus iam conuenirí poterit, obſtante tranſactione, ſed ſi tranſactum ſit cum eo qui ſecundo loco erat conueniendus, tunc poterit impunè agi contra alium, atque hoc in caſu loquitur text. hic, quod Bart. rectè obſeruauit nu. 5. & ante eum Petrus, & Cynus. ſi. col. verſ. quæro ergo. atque horum intellectum communem eſſe eum ſequutus affirmat Curtius Iunior nu. 14. in eo autem quod ad adultum peruenit ex cauſa tranſactionis, proderit cæteris tranſactio. vt in. l. ſi ex duobus. iam allegata, idq; non propter tranſactionem, ſed propter ſolutionem.

11 Sed ſi is qui primò erat beneficio ordinis conueniendus trãſactionem fecit cum adulto, cùm ſoluendo non eſſet, an hoc caſu poſsit adultus, non obſtante tranſactione alium tutorem conuenire. Et non poſſe exiſtimat Cynus in præſenti. allegat ille tex. in l. vir ab eo. ff. de iur. dot. ſed accipienda hæc doctrina eſt ex Salicet o & Decio in præſenti, vt eatenus tranſactio hæc proſit contutori, quatenus primus ille ſoluendo inuenirtur. Sed Cyni opinionem generaliter acceptam teſtatur communiorem eſſe eam ſequutus Alciatus nu. 7.

12 Superioribus addi oportet non ſolùm in contutoribus ordinis rationem habendam eſſe, ſed in procuratoribus etiam, qui licèt in ſolidum teneantur, primò tamen eſt conueniendus qui geſsit, quàm qui non geſsit. gloſ notabilis in. l. creditor. §. duobus. in glo. pro ſolido. ff. mandat. vbi eam ſequitur Salicetus num. 2. Albericus tamen poſt Iacobum de Aret. videtur de gloſſæ illius opinione aliquantulũ dubitare, atque contra eam videtur eſſe text. in l. 2. §. ſi tres curatores. ff. de curat. bon. dand. vbi curatores non habent hoc ordinis beneficium. tametſi glo. ibi in parte veriorem iterum repetat ſuam illam opinionem, quam tenuit in illo. §. duobus mihi. adhuc opinio Iacobi de Aretio & Alberici verior eſt, quam & Purpurat. hic tenet, alios allegans num 53. Curtius Iunior nu. 15. qui inter tutores & procuratores hanc differentiæ rationem prætendit, quòd cùm tutores eligantur inuiti, nec niſi certis ex cauſis à tutelæ munere poſsint ſe excuſare. l. propter litem. ff. de excuſat. tut. cum vniuerſo illo excuſationum tractatu lex voluit illis hoc ordinis beneficium impartiri, procuratores verò voluntarij adminiſtrant. l. filiusfamiliãs. §. inuitus. ff. de procurator. Linuitus. ff. de procurat. quare non eſt quòd his ordinis beneficium competat, quoniam magis fauet lex facientibus actum ex neceſsitate quàm ex voluntate. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat cogant. atque hanc rationem videtur mihi Vlpianus ipſe ſignificaſſe in illo. §. ſi tres curatores. ibi niſi inuitus factus eſt. Eſt & alia ratio iudicio meo inter hos, quòd tutores liberaliter tutelam adminiſtrant, nullum enim ſalarium regulariter habere ſolent, niſi aliqua ex cauſa hoc eis iudices ſtatuerint. l. à tutoribus. §. quemadmodum. ff. de adminiſtrat. tut. vbi hoc notat Bartolus, idem Bart. in l. pupillus. nume. 6. ff. de tut. Imola in c. 1. num. 4. de pecu. cleric. Guido Papæ. deciſ. 68. Angelus in. §. actionum numer. 36. de acti. Inſt. Anania in. c. qualiter. §. licèt. nume. 10. de accuſat. Mayerius in. l. quo tutela. nume. 77. ff. de regulis iuris. laſ. in. l. litem. de procur. infrà

nu. 2. licèt

num.2.licet lex regia.2.tit.7.lib.3.foro legũ.quæ ex facto seruatur apud nos quod est notissimum, & scripsit præceptor diligentissimus atque iudex integerrimus Ioannes Oroscius in l. sumptus. nu. 10.ff.de pact. Decimam partem redituum pupilli vel minoris decernat tutori. quæ lex iustissima mihi videtur, vt est iudicio meo iniquissima consuetudo capitis histrie qua obtinuit, vt tutores lucrentur omnes fructus bonorum pupilli, quã refert Rochus in.c.fi.de consue.nu.724. Procuratores verò accepto pretio procurationis officio funguntur, minùs igitur his quàm illis erit indulgendum.

14 Est & in duobus reis in solidum obligatis beneficium ordinis admittendũ, nam is primò excutiẽdus est qui commodum sensit ex obligatione ex text. eleganti in. l. vnde quæritur.ff.commodat. cui rei præstat etiam argumentum non leue textus in.l.quid ergo. ff.ad municipal. & in l.1.C. quo quis ordin. conueni. libr. 11. & tenuit hanc opinionem Barto.in.l.cumplures.§. vestimenta. ff. locat. Paulus de Castro. ibi nu.2.idem Bartolus in. l. in duobus.§. vbi duo.ff.de duo.re.nu.12.idemin authẽ.hoc ita. nu.29.C.de duob.re.Paulus de Castro in.l.si vt certo.§.si duobus. nu. 17.ff. commod.Fulg.ibi nu.4.Salicet. num. 25. Angel.in illa.l. vnde quæritur. Roman. cons. 114.num. 4. licèt in principio opinionem hanc arguere videatur Angel. de Aretio. in.§.duo.nu.4.de duob.re.Platea in.l.1.nu. 5.de conuenien. fis. debit.lib. 10. Aretinus cons.35.col.5. Anania cons.60. Alexander in.l.Marcellus. in additionibus ad Bart. ff. de fideiuss. Lopius in repet. c. per vestras. De donat.inter vir.& vxor.§.77.vers.quinto dicit text.num.10.ad finem. Rodericus Xuarez in.l.2.tit.de citationibus.libr.2.foro leg. Hippol. in rub. de fideiuss. nume. 65.idem singul. 2. Ripa in.l. si ex toto.§. 1. num.20. ff.de leg.1. dicens ita se obtinuisse Purpur. impres.num.93.& dicitur hanc fuisse opinionem Guilelmi de Cugno in l. Sed Iulianus.§. idem ait. ff. ad Macedo. quæ est accipienda modò is, qui hanc ordinis exceptionem proponit, suis sumptibus iudicium agitari permittat, quod probat tex.in illa. l. vnde quæritur. ibi periculo suo. Secundò est eadem propositio admittẽda modò is qui reuera commodum sensit ex obligatione facilè possit conueniri ex tex.in.l.cumplures.§.vestimentum. ff. loca. & cum duobus reis in solidum obligatis beneficium ordinis admittamus, multò facilius idem admittemus in fideiussoribus qui se simul & in solidum pro aliquo obligauere: licet enim vnus eorum dicat se constituere fideiussorem & principalem debitorem ac solutorem si nil ad hunc peruenit magis quàm ad alios confideiussores, nil est cur cum prius creditor excutiat, sed primò is est conueniendus ad quem aliquid peruenit, deinde inter omnes diuidetur obligatio ex gl. ordinaria in auth.de fideiussorib.in prin. verbo fideiussorem, ibi item quid si principaliter. coll. 1. atque secũdum eius glos. opinionem lite per bina auditoria remissa in causa graui pronuntiauimus, atque hæc sententia lite iterum ad sequẽs auditorium remissa fuit
15 confirmata. Secundum beneficium quod tutoribus impenditur est diuisionis, licèt enim omnes gesserint vel nullus gesserit, itavt non sit locus ordinis beneficio, competit tamen tutori conuento beneficium diuisionis quo impetrari solet vt obligatio inter omnes diuidatur qui soluendo reperti fuerint. l.1.§. si pupillus. vers. nunc tractemus. ff. de tut. & ratio. distrahen. vbi text. inquit hoc esse iure introductum ad similitudinem fideiussorum, qui licèt plures intercesserint & sint in solidum obligati, diuiditur tamen inter hos obligatio ex epistola diui Adriani. §. Si plures. de fide
16 iuss. l. fi. ff. de const. pecu. Est tamen hac in causa insignis quædam differentia inter fideiussores ac tutores, licèt enim inter vtrosque obligatio diuidatur, ac proinde tutor conuentus diuisionem postulans teneatur probare contutorem solucdo esse. l. si dubitetur. in prin. ff. de fide iussor. fide

iussori

fussori, necesse est probare alterũ fideiussõrẽ solũtendo esse tẽpore litis contestatæ, vt in illo. §. si plures. tutori tamẽ satis est, si probet contutorem fuisse soluendo tempore depositæ administrationis. l. 3. §. de probat. idque Fulg. notauit, quem referunt & sequũtur in præsenti Alci. nu. 15. Purp. nu. 55.

17 Et competit quidẽ hæc exceptio fideiussoribus vel tutoribus, non solùm in modũ exceptionis, sed etiã per iudicis officiũ possunt impetrare, vt inter eos diuidatur obligatio. gl. singularis in. l. si contẽdat. in gl. 1. ff. de fideiuss. quam ibi sequitur Bar, & testatur esse singularem & communiter approbatam Angelus de Aret. in. §. si plures. nu. 8. de fideiuss. Instit. cuius meminisse hîc videtur Bal. col. 2. paulò post mediũ. ibi de diuisione. & eã sequitur Alexander in præsenti nu. 4. dicens eam non esse alibi, essecq; communiter approbatã affirmat Folinus allegãs alios, idem sequutos in. c. si autem. §. col. de rescript. atque hanc opinionẽ ipse sequor. tametsi Raynerius de Forliuio tenuerit hoc diuisionis beneficiũ excipiendo duntaxat opponi posse, quem & Purpur. sequutus videtur. nu. 60.

18 Sed an hoc diuisionis beneficiũ pertineat ad tutores, qui ex communi dolo cõueniuntur. Et gl. magna in præsenti in vers. nam & vtetque. refert in hoc opinionem Azonis contra Hugolinum, existimantis dolosè gerentibus non dari hoc diuisionis beneficium. atque Azonis sententiæ videtur adesse text. in. l. 1. §. planè. ff. de tut. & ratio. distrahend. vbi tutori conuento ex dolo cõmuni non competit beneficiũ vtilis actionis, quare eadem ratione nec diuisionis prodesse debet. Secundò pro hac opinione Azonis videtur esse text. pulcherrimus in. l. in magistratus, ff. de magist. cõueniend. pro cuius inductione præmitto magistratus ac tutores eadẽ actione cõueniri. l. fi. ff. de magist. cõuen. probatur autẽ in illa l. in magistratus. quòd quãdo magistratus dolo tutorẽ pupillo prospexerunt, cõpetere actionẽ ei, qui pupillus fuit aduersus vnũquemq; magistratũ in solidũ sine beneficio diuisionis. Tertio allego tex. in. l. ex facto, ibi, si nõ sit conscius fraudis. ff. de neg. gest. liẽt text. in. l. in magistratus. veluti singularis cõmẽdetur. & opinionẽ Azo. sequũtur in præs. Oldr. & eũ referẽs Alber. Paul. de Castr. nu. 3. dicẽs tex. illũ adhuc in hãc propositionẽ nõ fuisse allegatũ, qui addit quòd hãc opinionẽ Azon. sequũtur doctores, sed ante Paulũ allegauerat text. illũ, in hoc Salic. in præs. qui tamẽ anceps est in quã opinionẽ inclinet, sed eandẽ Azonis sententiam sequitur Iass. nu. 9. & communiorẽ esse testatur Purpu. nu. 57. & hãc opinionẽ Azonis sequuntur in dicta l. in magistratus. Cynus, Rayner. Alber. Bal. & Cumanus. gl. tamẽ. in præsenti approbata opinione Hugolini contra Azonẽ, existimat etiã dolosè gerentibus conuentis ex communi dolo cõpetere hoc beneficium diuisionis, ex tex. in. l. si plures. ff. de administr. tut. ibi excipere debebunt periculi societatem. quod magis ratio suadet, ibi enim plures tutores ex communi dolo conueniuntur, quoniam tutelam non administrauerunt, cessatio enim in administratione, dolus est. l. si procuratorem. 4. dolo. l. dolus. ff. mandat. & tamen fit diuisio inter eos. atq; ita ex illo textu. gl. in dicta l. si plures, verb. ratio suadet. sequitur hãc opinionẽ Hugolini contra Azonẽ. itẽ Bar. ibi 1. oppositum. idem Bart. in præsenti. nu. 6. & esse hanc opinionẽ cõmuniter approbatã testatur Bal. eam sequutus col. 2. vers. quæro quatuor. Sequuntur eã Ang. in fine. Fulg. nu. 2. dicẽs cæteros doctores transire cum ea. Alex. nu. 4. testatus hanc esse magis cõmunẽ opinionẽ, & magis communẽ esse Iason etiã affirmat nu. 9. & cõmunẽ esse testantur, eã sequuti Rimin. col. penul. Claudius. nu. 4. vterq; Curtius. Senior nu. 11. Iunior nu. 19. cõmunem esse testatur Iacobi. nu. 26. eã sequut'. & tenet hãc opinionẽ gl. in illo. §. nũc tractem'. verb. vlla societas. & esse cõmunẽ eã sequutus affirmat Ange. de Aret. in. §. sed si ex testamẽto. nu. 4. de satisdat. tut. Insti. quã & ipse lubẽs sequor. Cui 19 non obstat text. in. §. nunc tractemus. vbi

vtilis actio non datur dolofo, quoniam faciliùs conceditur beneficium diuifionis, quàm vtilis actionis, quoniam illud tendit ad defenſionem, hoc ad actionẽ. vulg. l. Arrianus. ff. de act. & obligat. & ita reſpõdent illi legi Petrus de Bella pertica. & Bal. Fulg. nu. 3. Aretinus fi. col. Addit Purpuratus nu. 73. quòd hãc differentiæ rationem confirmant poſteriores. Secundò non
20 obſtat tex. in. l. in magiſtratus quoniam licèt actio eadẽ ſit contra tutores, & contra magiſtratus, attamẽ ſolẽt à iure diſtingui. l. Lucius. §. 1. ff. ad municip. vbi dicitur aliã eſſe cauſam tutorũ, aliam eorũ, qui Remp. adminiſtrãt, atq; ita illi legi reſpõdet Alex. in præſ. Secundò reſpondent Raynerius & Cumanus in proprio loco, quod licèt mero iure magiſtratus teneantur in ſolidum, ex æquitate competit illis beneficiũ diuiſionis. atque hunc intellectũ Salic. laſſ. & Decius, & plæriq; alij ad illum textum retulerunt, qui tamen non multum quadrat illi diſpoſitioni. Tertia quoq; fuit in hac difficultate Alexan. ſententia nu. 4. vt ſiquidem dolus ſit commiſſus in faciẽdo, vera ſit opinio Azonis, ſi in omittendo, opinio Hugolini procedat, quo caſu agere videtur tex. in illa. l. ſi plures. & hãc Alexandri opinionẽ ſequũtur Decius nu. 7. Alcia. nu. 8. ſed hæc Alexandri limitatio manifeſtiſſimè contradicit communi opinioni.

21 Limitabis tamen hanc Hugolini quæ communis eſt, & vera videtur, opinionẽ vt minimè habeat locũ ſi tutor non ex cõmuni, ſed ex proprio dolo cõuenatur, quo caſu vera erit ſententia Azonis, vt minimè competat illi beneficium diuiſionis. Ex Bartolo in præſ. nu. 6. cuius opinionem teſtantur eſſe communiter approbatã Curtius Senior nu. 12. Iunior verò nu. 17. Purpu. nu. 59. quibus præmiſſis quærit Bart. nu. 7. in quo caſu cõpetere diximus beneficiũ diuiſionis habeat locũ hæc lex. & ex Bar cõſtat duplex cõcluſio. Prior eſt, quòd ſi rẽ ſ actio facta eſt cũ eo qui non poterat oppõnere beneficiũ diuiſionis propter propriũ dolum non poteſt agi contra aliũ. allegat Bar. tex. in. l. ſi pupillus. ff. de adminiſt. tut. Et eſt ratio huius concluſionis (Curtio Iuniore notante nu. 20.) quoniam cùm hic adultus non poſſit iam actiones cedere, par eſt, vt à iudicio repellatur. l. Stichũ aut Pamphilum. §. penul. ff. de ſolut. Secunda concluſio eſt, quòd ſi trãſactũ ſit cum eo, cui ex iure competebat beneficium diuiſionis, poterit agi contra alium, & ita eſt accipiendus text. hic, & conuenietur hoc caſu, & ſecundus tutor pro rata parte eum contingente.

22 Tertium eſt beneficium cedendarum actionum, quod datur tutoribus ſoluentibus pro contutoribus, nam poſſunt hoc beneficio impetrare, vt ſibi ſoluẽtibus cedantur ab adulto actiones negociorũ geſtorũ cõpetentes illi aduerſus tutores, vt eos poſſint exigere, ſi quando ſoluendo eſſe reperti fuerint. l. 1. §. ſi pupillus. verſ. nunc tractemus. ff. de tut. & ratio. diſtrahen. & competit hoc beneficium tutori conuento ex communi culpa, vel ex culpa alterius: nam ſi conuenitur ex communi dolo, vel ex proprio, non habebit hoc beneficium. l. 1. §. planè. ff. de tut. & rati. diſtrahen. atque in hoc dicit Bart. nu. 8. omnes concordari. & eſſe communem hanc doctrinam affirmat Curtius Iunior num. 23. Eſt autem vtiliſſimum hoc remedium cedendarum actionum, quoniam renũnatio omnium beneficiorum facta à correo vel fideiuſſore hoc beneficiũ non comprehendit, niſi ſpecialiter facta ſit ita enim voluit Bal. in. l. ſi diuiſa C. loca. Roman. conſ. 472. nu. 3. Hippolyt. in rub. ff. de fideiuſſ. nu. 29. quoniã generalis adẽptio remediorũ nõ aufert id beneficiũ, quòd ex poſt facto naſciturũ eſt. l. Pamphilo. §. Pomponius. ff. de legat. 3.

23 Sed quærit rurſus Bart. nu. 9. in quantũ agi poſſit cũ eo tutore, cũ quo tranſactum non eſt. Et ſiquidem actio erat cedenda in totum ei, cum quo tranſactum non eſt, in nihilo poterit cõueniri, obſtante exceptione cedendarũ actionum, vt in præalleg. l. Stichum. §. penul. & hoc caſu nõ loquitur hæc. l. Si verò ceſſio fiet faciẽda pro parte

vt in tu-

vt in tutoribus conuentis ex communi culpa, tũc pro illa parte poterit alius tutor qui cùm non fuit transactum conueniri. Sed si in nihilo prorsus esset cedenda actio, vt quia tutor cõuenitur ex culpa propria, vel ex dolo proprio vel communi, tunc in totum conueniri posset, nisi alia remedia obstarent, de quibus suprà dictum est. & hanc Bart. resolutionẽ sequuntur Bald. & posteriores authore Purpur. nu. 76. & esse cõmuniter approbatã testatur Cur. nu. 26.

24 Quartum remediũ est vtilium actionũ quod datur tutoribus conuentis atq; exactis cõtrà alios contutores, quo casu actiones ab eo, qui pupillus fuit, cessæ nõ sunt quod probat tex. in illo. §. nũc tractemus. & in hoc beneficio possunt repeti omnia quæ in beneficio cedendarũ actionũ dictà fuere, quare Bart. existimationẽ sistendũ hic minimè esse. Sed benè Bald. hic col. 2. vers. quæro quid operatur. dubitauit quid fuerit necessum adinuenire hanc cessionem actionũ, cùm & nõ cessę cõperant vtiles. Et respondet ex cessione transferri exercitium directarũ actionũ, atq; posse cessionarium directas actiones intendere nomine cedentis. l. qui stipendia. C. de procurat.

25 Vltimo loco gl. nostra in vers. item nota quòd si vnus mouet elegantẽ difficultatẽ dicens, quòd cùm tutori aduersus contutorẽ detur vtilis actio sine cessione, quare non idẽ sit in fideiussore soluente, qui nullam aduersus confideiussorem actionẽ habet, etiã si soluens eum quoq; liberauerit. l. vt fideiussor. 40. ff. de fideiuss. Et prima ratio huius differẽtiæ cõstat ex glossa, quod cùm fideiussor habeat suã actionẽ mandati contra principalẽ pro quo soluit §. si quid autẽ. de fideiuss. Instit. nõ ita facilè ei subuenitur, sicut tutori qui nullam actionẽ reliquam habet ad consequendũ id quod soluit. Sed hæc ratio nil est, quoniam ex ea sequeretur, quòd si principalis pro quo soluit fideiussor exigi non posset propter inopiam, quo casu inanis esset actio mandati. l. nam is. ff. de dol. habiturũ hoc casu fideiussorem actionẽ contra suũ confideiussorẽ. Sequeretur præterea quòd si fideiussor intercederet pro eo, qui naturaliter tantùm est obligatus, quo casu etiã exactus nullum habet actionẽ contra principalem. l. Marcellus. ff. de fideiuss. aliquã hoc casu actionem eum habiturũ, quod est contra text. in illa. vt fideiussor, quare hanc gl. rationem reprobat Bart. in præsen. nu. 11. Secunda ratio glo. est, quoniam tutor conuenitur actione tutelæ quæ bonæ fidei est. §. actionum. de act. Instit. sed fideiussor actione ex stipulata, quæ est stricti iuris. Sed neque hæc ratio facit satis, quoniã idem esset dicendum in mandatoribus, quod in fideiussoribus dictum est. dicta. l. vt fideiussor. quam-ita ampliat reprehendens gl. rationem Bart. in præsenti. His rationibus veluti malè contenta glossa, remittit se ad rationem quam ipsa posuit in dicta. l. vt fideiussor. quo in loco ex glo. in parte nõ est, constat tertia ratio, quòd lex faueat magis contutoribus qui inuiti administrãt, quàm fideiussoribus qui voluntarij intercedunt. Sed hãc rationẽ Bartolus ea lege damnat, quòd duo rei voluntariè, quidẽ obligantur, & tamen vni correorũ soluenti, competit cõtra alium actio sine cessione. l. 2. §. de duo. re. Quartam igitur rationẽ ponit gl. in. Lex facto. in gl. qua actione. ibi itẽ fideiussor. ff. de nego. gest. dicens quòd tutor soluens hoc gerit in animo, vt se contutoresq; suos liberet, atq; ideo habet vtilem actionem sine cessione, at verò fideiussor soluẽs hoc agit vt reum liberet, nõ confideiussores, ac ideo contra eos nõ habet actionẽ. quam rationẽ (cùm Accursij sit) Iacobus de Rauenis dicitur sibi vendicasse, vt refert Bar. qui eam sequitur nu. 11. & veram esse hanc rationem affirmat Fulgo. num. 5. & eam sequitur Iacobi. nu. 32. Corneus fi. col. & esse communiter approbatam testantur eam sequuti Decius nu. 8. Riminal. in fine. Purpur. nu. 93. Claudius nu. 11. & eam etiam sequitur Alber. in rub. §. de duob. re. nu. 19. & hic inquit Bart. nõ habẽtur alia. Expedita igitur à me est lex hæc, cũ vniuerso & glos. & Bar. apparatu.

Summa rerum. L. Cùm proponas

1 *Facti species fingitur ad hanc.l.*
2 *Metus futuræ litis materiam præbet trãsactioni.*
3 *Idẽ operatur metus coactionis, quod ipsa coactio.*
4 *Idem operatur metus tormentorum, quod ipsa tormenta.*
5 *Idem operatur metus naufragij, quod ipsum naufragium.*
6 *Idem operatur metus armorum, quod arma ipsa.*
7 *Armatus qui alicui astitit, licèt armis vsus non sit, dicitur illi opem tulisse.*
8 *Sicuti propter fugam, ita quoque propter fugæ suspicionem licet capere. Debitorem pignus quoque licet persequi ante diem obligationis.*
9 *Si tamen creditor tempore contractus, fugæ suspicionem ignorabat.*
10 *Propter belli metum, sicuti & propter bellum ipsum fit remissio pensionis.*
11 *Propter instum metum remittendam esse inquilino pensionem domus.*
12 *Lemures, quos malos spiritus appellant, instum metum præstare.*
13 *Oportere autem emigrantem id domino denuntiare, & claues præterea domus consignare.*
14 *Sed esse hæc omnia accipienda, cùm coniecturæ præsentes indicant hæc futura esse.*
15 *Expeditur gl.1. & an statutum de transactione, rem quoque comprehendat.*
16 *Expenditur gl.2.*
17 *Expenditur gl.3.*
18 *Expenditur gl.4.*
19 *Licere possessori ecclesiastici beneficij vexationem suam redimere.*
20 *Statum in priuatis ad fiscum quoque pertinere.*

¶ *L. Cùm proponas.*

1 Diuiditur text. hic in duas partes: in prima ponitur facti species atque decisio: in secunda effectus decisionis, quęest ibi, ex qua causa. Iasl. in præsenti accuratè fingit casum ad.l. hanc in muliere exclusã per statutum, quo fuerat dispositum, ne fœminæ succederent, petere volente in iudicio à fratre partem hæreditatis, cui frater, ne ei litem moueret, certam pecuniæ quantitatem cauit. Sed Curtius Iunior col.1. periculosam hanc Iasonis ad tex. hunc positionem arbitratur, quoniam nulla hic ratio fuerit concipiendæ transactionis, quæ fieri semper debet super re dubia, & lite incerta, quare Curtius ipse in filia exhæredata fingit casum querente se nó rectè fuisse exhæredatam, volentique fratri vniuersam hæreditatem possidenti quæstionem mouere. Sed Iasonis exemplum sustineri posset ex eo; quòd vniuerso statuto quo fœminæ excluduntur, scrupulus quidam insit, quoniam in quæstionem vocari solet an illud valeat, nam æquitate motus Cynus existimat non valere in.l. sanci mus. C. de nupt. licèt rigor agnationis conseruandæ illud defendat. atque Cyni opinionem & Bart. sequutus videtur in.l. Titio centũ. §. Titio genero. fi. col. ver. Secundò est vidẽdum. ff. de condi. & demonst. disputarumq; quęstionem hãc à ducentis annis, & citra doctores nostri, vt ex Seuerino & Soci. refert præsens Purpuratus col. 1. potest igitur Iasonis positio tolerari.

2 Colligex hac lege, valere transactionẽ factam super lite futura, sed videtur transactionem concipi non posse, nisi super re dubia ac lite incertã. l.1. ff de transact. Sed neque etiam in vim pacti valeret trãsactio à partibus concepta, vbi lis mimmè est. quod Bart. ibi obseruauit nu. 6. cuius opinionem, communem esse constat ex Iasone ibi. nu. 17. Oroscio nu. 2. nisi transactio iurata sit, quo casu illa quidem valebit in vim pacti. quod ijdem authores obseruarunt. & esse communem opinionem testantur Curtius Iunior in præl. nu. 7. Alciatus in. c. cùm contingat. nu. 184. de iure iur. facit enim iuramentum valere actum meliori modo quo potest. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legat 2. sed neque ficta a partibus ipsis lis materiam transactioni ministraret. l. cùm ij. §. trãsactiones. vers. sed cùm lis. ff. de transac. Sed huic difficultati respõdent omnes timorẽ futurę litis sufficere vt ministretur materia transactioni. Hincq; (quod Iacobin. hic notauit nu. 1.) Tabelliones in instrumẽto trãsactionis cõ sueuerũt apponere verba illa, & dictæ partes timore litis futuræ ad trãsactionẽ hãc adactæ sunt.

In quo

in quo illud non est prætermittendum, quòd etsi tabelliones dicant quia speraba tur lis, nisi illa quoque litis futuræ vestigia appareant, non videri rectè conceptam transactionem Socinus allegans Bald. & Angel. cons. 220. col. 2. vol. 2. addit gl. nulla. quòd etiam si de facto moueatur lis, valituram transactionem. & glo. opinionem omnes sequuntur, & esse communiter approbatam testatur Philippus Decius nu. 1. Sed videtur semper posse partes transigere, cùm per negationem res efficiatur dubia. l. 3. C. quibus ad libert. procl. nó liceat. & nil sit inter homines tam certum, quin 6 possit quandam solicitam dubitationem suscipere. in authen. de tabell. §. & non fingant. coll. 4. sed hoc accipiendum est, præterquam si calumnia interuenerit, quæ 7 semper transactiones infirmat. l. in summa. in princ. ff de condict. indebit.

3 Idem igitur ex. l. hac operatur metus litis, quod lis ipsa operaretur ad hoc, vt fieri transactio posit. Adde quod idem operatur metus coactionis, quod ipsa coactio. l. nouissimè. ibi metuens ne compelleretur ff. quod fal. tut. autho. Ex quo tex. notauit
4 ibi Dinus & Bald. col. 2. vers. primum est. quòd idem operatur metus tormẽtorum quod quæstio ipsa operaretur. & tenet idẽ Baldus in. l. interpositas. in fine vers. item adde. 7. hoc tit. vbi hoc inquit notare Dinꝰ in illa. l. nouissimè. idemque Bal. ipse obseruauit in. c. 1. §. Sacramenta. num. 1. de pace tener. idem Bald. in. c. fi. ad finem. num. 13. de appellat. dicens notabilem esse text. in illa. l. nouissimè. lasson in præf. nu. 4. Curtius Iunior num. 3. Purpur. allegans alios. num. 19. Alciatus num. 13. Iacobus Septiman. in instit. Cathol. c 63. nu. 40. Xuarez allegat. 23. col. 1. dicens notabilem esse text. in illa. l. nouissimè. & sequuntur eandem opinionem Gandi. & hunc referens Ripa in. l. Centurio. num. 14. ff. de vulg. & pupil. Hippolytus sing. 325. seipsum referens in l. 1. in princ. ff. de quæst. idem in pract. in parte expedita in princ. Rebuffus de recis. contract. glo. 22. nu. 6. Vitalis de Campano in clausula de metu torment. nume. 13. Corsetus sing. incip. Metus. cui plurimũ suffragãtur text. in. l. metus. ff. ex qui cau. maior. in. l. item apud Labeonem. in princ. ver. quasi vapulaturus. & in ver. quæstionẽ. ibi leuis territio. ff de iniuri. adde optimum tex. in. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & in. c. 1. de dilat. & qui suo priuilegio torquendus minimè est, hunc neq; terreri oportet. quod rectè Gometius noster notauit. 3. tomo variar. resol. c. 13. nu. 4.
5 Item adde quòd idem operatur metus naufragij, quod naufragium ipsum. l. Pedius. ff. de inc. rui naufrag. Atqueidem operatur timor armorum, quod arma ipsa operarentur. l 3. §. armis deiectum. ff. de vi & vi armat. vbi eum text. notarunt in hoc
7 Bart. & Angel. Vnde qui est armatus ad latus alicuius, licèt arma non mouerit, dicitur opem ferre illi cui astat. Innocent. eleganter in. c. continentiam de cler. percuss. Bald. in. l. raptores. C. de episc. & cler col. 2. vers. vnum adde. & alijs in locis quæ hîc refert Iass. num. 3. Parisius cons. 53. num. 10. vol. 4. Riminald. cons. 23. nu. 4. vol. 1. qui alios citant. quare cùm iustus metus, quique cadere possit in constantem virum matrimonium vitiet. c. veniens. 2. c. consultationi. de sponsal. etiam spirituale. c. 1. de his quæ vi met. ve caus. habebit id locum etiam, vt iustus metus fuisse dicatur, etiam si arma semel sumpta fuerint deposita. quod referens Alexandrum Curtius hîc obseruauit col. 2 item Alciatus num. 12. timor quoque inferendæ violentiæ, licèt illata non sit, vitiabit electionem. gl. not in c. bona. 1. ver. metuebat. de elect. quam ibi sequuntur omnes, & præterea Alexander
8 cons. 98. nume. 5. vol. 3. Addes tu superioribus, quòd idem operatur suspicio fugæ, quod fuga ipsa operaretur, nam sicuti fugientem debitorem creditori capere licet. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. eodem iure licet propter fugæ suspicionem etiam ante diem vel conditionem obligationis nomen vel pignus debitoris persequi, etiam propria authoritate, si inopia

pia iudicis tãta sit gl. est notabilis in l. quæsitum in glos. quia interest, ff. de pignor. quam ibi sequuntur omnes scriptores. & est similis in l. pignoris in gl. fi. C. de pign. act. quarum opinionem sequitur Iass. in præsenti allegans alios. nume. 3. idem Iass. in l. 2. num. 20. ff. de inrisor. iud. idem in l. si ab arbitro. nume. 7. ff. qui sat. dar. cogant. idem Iass. in l. pecuniam. nu. 9. versiculo. tertio. ff. si cert. & in l. vinum. num. 5. ff. eo. tit. 5. Cepola allegans Florian. in l. debitor. num. 2. ff. de ver. sig. Rodericus Xuarez in l. 2. tit. de citationibus. libr. 2. foro legum. 5. sed attende. nu. 21. vbi gl. illas singulares esse dicit, quarum opinio probata est 9 legè Regia. 17. tit. 13. p. 5. Est tamen accipienda hæc glos. traditio, si suspicio fugæ non aderat tempore celebrati contractus, vel si aderat, eã creditor ignorabat. l. si creditores ff. de priui. creditor. quod Bar. in illa l. quæsitum obseruauit, quem mouit in hoc l. fi. C. de sponsa. & lex. si is à quo. ff. vt in poss. legat. & sequuntur hãc Bar. decisionẽ Barbatius in c. cùm dilectus. nu. 59. de consuet. & multi quos allegat Antonius Gomet. in l. 66. Tauri. nu. 3. & in dubio nõ est credendum creditorem à principio fugæ suspicionẽ concepisse. secundũ Alex. in l. qui bona 5. de illo. nume. 3. ff. de damn. infect. Claudium in l. 2. in princ. nu. 26. ff. solut. matri. ex reg. vulg. l. verius. ff. de probat. idemq; vt notabile tradit Iacobi. in illa. l. si ab arbitro. nu. 9. Sed vide ipse aliquando contrariũ apud duos Regij huius prætorij auditores obtinuisse, nã mercator quidem in nexũ coniectus erat, quòd mulierculæ cuidam certam quandam quantitatem non exolueret, obiciebat iuuenis diẽ non aduenisse quo se soluturum constituerat, creditrix idem confessa replicabat iter longiùs parare eum respõdit: iuuenis tempore quo debitum contractum fuit resciisse eam ipsum discessurum, cumque hoc probare ille vellet, iudices præceperunt in carceribus eũ remanere, nisi vel solueret, vel in diẽ obligationis idonea cautione pignoris vel fideiussoris debiti solutionem repromitteret.

10 Consuluit præterea Ancharranus consilio. 88. præmissa facti serie. nu. 3. ex ratione huius legis, quod si inter conductores gabellarũ, & ciuitates pactũ factum sit, vt si bellum emergeret, fieret certa quędã remissio ipsius gabellæ, & belli rumor ingruisset, ita vt veluti illo perculsi mercatores mare non ausi fuerint ingredi, vel etiã alia vina, merces suas asportare, videri iam bellũ adesse, quo iuxta placita inter eos remissioni gabellarum locus sit, nam vt Seneca inquit, quem refert ibi Ancharr. Peior est bello timor ipse belli atque illam Ancharrani 8 sententiam sequitur Alex. in l. diuortio, in princ. nu. 8. ff. solu. matrim. Iass. Decius & Alciat in præs. nu. 11. Iason. in l. clàm possidere. 5. qui ad nũdinas. nu. 34. ff. de acq. poss. 7 Alciatus in c. 2. 5. creditum. nu. 14. ff. si cert. pet. Boerius decisione. 249. nu. 7. nam cæteris in rebus cùm venit calamitas, tum detrimentũ accipitur, at in vectigalibus nõ solũ aduentus mali, sed etiã metus ipse adfert calamitatẽ, quod Cicero quoq; optimè demonstrat in oratione quã habuit ad populũ pro l. Manilia. col. 7. Vltimo loco hinc deducitur, vt si inquilinus timoris causa ab ædibus conductis emigrauerit, minimè eũ mercedẽ debere, quãuis periculũ verè non fuerit, timor enim iustus periculi remissionẽ pẽsionis inducit, sicut hic iustã causam præbuit timor litis trãsactioni. & probatur expressissimè illatio hæc ex tex. elegãti in l. habitatores. 5. fi. ff. locat. adde tex. elegantẽ 12 in l. si quis fumo. 5. fi. ff. ad. l. aquil. Sed quis timor iustus ille sit propter quẽ liceat emigrare? Alphenus enim in illo. 5. fi. nullũ huius iusti timoris exẽplũ proposuit, Sed pulchrũ est & vsui esse potest exemplũ Christophori Portij in. 5 fi. Inst. de locat. & cõd. vbi exemplũ fingit in metu lemurũ, quos malos spiritus appellãt, nã licèt reuerà illi nõ apparuerint, iustus hic timor est, vt iam emigrare possit. Atq; iuxta hãc Christoph. celebrẽ decisionẽ pronuntiauit aliquando regiũ (quod Illiberi est) prætoriũ quod retulit ad nos doctissimus atq; religiosissimus Didacus Couarruuias à Leyua Episcopus Segobiensis

13 Segobiensis lib.4.var.resol.c.6. Oportebit tamen hoc casu inquilinũ emigrantẽ notum id domino facere, & claues præterea dom' quam deserit, consignare. quod rectè Cur. Iunior obseruauit in l. si quis nec causam. §. res pignor. nu. 8. Thomas Parpal. ibi nu. 4. ff. si cer. pet. idq; vterq; desumpsit à Ioanne Bapta. l. diem functo. nu. 56. vers. consulo quod dicto casu. ff. de offi. assess. Sunt
14 tamen superiora omnia accipienda secundũ Decium nu. 3. quando cõiecturæ præsentes vrgẽt, quòd lis iã futura sit, vel quod bellũ immineat, sunt igitur cõsiderãda hæc in potentia quadã propinqua nõ remota.

15 ¶ Ex gl. 1. collige quòd trãsactio proprièe cõuenit actori improprièreo, atq; huius rei rationẽ in rub. sup. eo. proposuimus. Ex qua illud inferri videtur statutũ de transactione statuẽs, de actore solùm, non etiã de reo esse intelligendũ, ea etiam statutorũ natura est, vt propriissimè (quo ad eius fieri possit) accipiantur. l. 34. hæc verba. ff. de negest. Refert tamẽ Antonius ab Alex. in præsenti scriptores quosdã tenentes, quòd etsi reũ propriùs statutũ hoc cõprehendat, ad actorẽ quoq; ratione correlationis pertinere. vul. l. fi. ff. de accept. l. fi. C. de indict. vid. toll. & inquit ille ita in practica seruari, quod & Iaſ. sequitur nu. 7. si eadẽ ratio in
16 reo sit. & sequũtur eandẽ opinionẽ Rimin. fi. col. vterq; Curtius & Alciatus nu. 8. Præterea (Iacobinus inquit nu. 4. eãdẽ opinionẽ sequutus) reus in suis exceptionibus dicitur actor. l. 2. ff. de except. videtur igitur reus & ab actione cùm transigit discedere. Horũ igitur opinio & vera est & cõmunis, quã & Philipp. Corneus eadẽ ratione probauit nu. 3. ¶ Ex gl. 2 collige, quòd frater hic, de quo in textu, sorori promiserat hãc pecuniæ quantitatẽ solẽni stipulatione, id enim cautionis verbũ importat. l. sãcimus. C. de ver. sign quare necesse nõ est hic Bartoli expositione dicentis pacto nudo promissam fuisse pecuniã hãc, pactiq; illius nuditatẽ rei interuentu fuisse vestitã, quoniã dederit luctatio hæreditatẽ: sed gl. intellec-
17 tus & verior est & facilior. ¶ Ex gl. 3. in parte nulla, colligequòd etiã super quæstionibus facti admittitur trãsactio modò per calumniã lis mota nõ fuerit. Sed an semper calumnia vitiet transactionẽ, siue illa rei sit siue actoris. gl. hic paucis declarat. allegãs. l.
18 sub prætextu. ff. eod. vbi dicemus. ¶ Ex gl. 4. in parte rectè cauta colligè, quòd recta naturalisq; ratio est timor litium, vt transactio ineatur. nã quod inquit tex. in. l. item si res ff. de alienat. iud. in gl. alligat. non improbat prætor factũ eius qui rem desijt possidere, ne propter eã litigaret. ¶ Qua ratione licet possessori beneficij alicuius eccle-
19 siastici, qui certò scit rectè se in illo institutum dare aduersario aliquid etiam in pecunia numeratè, vt vexationem suam redimat. c. dilectus. 1. de sym. vbi ita ex eo textu colligit gloss. verb. accepit. & idem sequuntur ibi Hostiensis & Ancharranus nu. 2. qui tex. in hac. l. allegat. idem Panor. col. 1. qui dicit eum tex. esse notabilem & singularem in hoc, idem Anania ibi nu. 1. qui nu. 6 tex. hunc nostrum allegat, & esse hunc intellectum ad text. illum communem testatur Antonius de Petracia in. l. 2. in. & remedio. ff. de iureiur. id autem solũ licet possessori beneficij, quod Cõstantinus Rogo notauit in. l. hoc iure. in princi. nu. 11. ff. de donat. ¶ Ex glo. 5 in parte. si fisco, tu collige ex illis verbis, vel dic idem quòd regulariter omnia statuta in priuatis habent etiam locum in fisco. Idem quoque voluit gl. in. l. item veniunt §. ait senatus. in parte in publica. ff. de pet. hær. alia in. l. 1. in gl. pertinet. C. de pet. hære. quæ semper allegant text. in. l. idem iuris. ff. de compen. & in. l. de contractu. C. de rescin. vendit: esse illarum opinionẽ communiter approbatã affirmat Curtius in. l. 1. nu. 69. sup. de eden.

¶ Gl. fi. est expositiua.

Summa rerum. L. Age cum Geminiano.

1 *Duo intellectus huius. l. proponuntur.*
2 *Verba imperij in alicuius vtilitatem emissa consilium inducunt.*
3 *Verba quoque precationis contra aliquando inducunt necessitatem.*

4 *Declaratur text. in. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi met. ve cauſ. fiunt.*

5 *Poteſt iudex actorem cogere, vt libellum generalem declaret.*

6 *Obijciens tranſactionem, non videtur debitũ confiteri.*

7 *In eodem iudicio ferri ſententiam, & condemnatoriam & abſolutoriam.*

8 *Limitata cauſa, limitatum parit effectum.*

9 *Actiones vtiles bonæ fidei eſſe, ſi directè à quibus deriuentur, eiuſdem naturæ ſint.*

10 *Iudicem ſupplere poſſe, quæ ſibi vt iudici conſtiterunt.*

11 *An in ſpecie huius l. opus Tullie ſit replicatione vt ſe defendat.*

¶ L. Age cum Geminiano.

NEx hæc (quòd Iaſſon inquit) eſt obſcura in textu, nemo autem eam diuiſit, quoniã conſtat pluribus particulis, & legitur primo modo per gloſſ. verbo nominatim, quòd hic pater Geminiani curator Tulliæ, cui hęc lex ſcripta eſt, malè curam ipſius adminiſtrauerit, ita vt ducenta debere ex reliquis, adulta centũ petijt, pro quibus centum tranſactionis nomine accepit, inquit text. integram ad alia centum actionem ſupereſſe negociorũ geſtorum. quæ poſitio licèt verbis huius tex. conuenire maximè videatur, continet caſum indubitabilem, quare aliter legitur text. hic quòd hic præceſſerat generalis petitio contra patrem Geminiani, ſuper reliquis vniuerſæ geſtionis, & trãſactio fuit ſubſequuta tantùm in vna ſpecie adminiſtrationis, puta ſuper adminiſtratione frumenti vel vini, dicitur hic tranſactionem hanc, in cęteris non obeſſe ipſi Tulliæ, quin ea non obſtante poſsit pro reliquis adminiſtratæ curæ partibus agere. & hoc ſecundo modo legitur tex. hic per gl. in verbo. quanta pecunia. & in gl. parua. in parte de minore. & in gl. iubebit. & hunc intellectũ ſequuntur ad tex. hunc Bart. Alber. & frequentiores, communemque eum affirmat Curtius Iunior num. 1.

1

2 Collige tu modò ex primis verbis text. iuncta. gl. 1. quòd quando verba imperatiua diriguntur ad eum, de cuius commodo agitur, illa non important neceſsitatẽ ſed voluntatem, nã non quod Imperator hìc dicat Tulliæ, age cum Geminiano, cogitur ſtatim illa agere in iudicio, contra regulam tex. in. l. vnica. C. vt nemo inuit. ag. ſeu accuſ. cogat. idem probat text. in. l. 2. ver. ſi. ff. mandat. l. cùm pater. §. mando. ff. de legat. 2. vbi hoc notat gl. conſilij, cui allegant ſimiles Feli. & Decius nu. 4. in. c. nam concupiſcentiã. de conſtitut. quibus conuenit optima. l. 23. tit. 12. par. 5. & licèt legatarius teneatur modũ ſibi à teſtatore præſcriptum adimplere. l. ſi tibi legatum. ff. de legat. 3. ſi ille ſolùm reſpiciat fauorem legatarij, minimè modũ implere cogetur, conſilium enim potiùs eſt quàm modus. l. Titio cẽtũ. in princ. ff. de condit. & demonſt.

3 Contra verba deprecatoria, quæ eius cui à ſuperiori illa diriguntur, fauorem nó reſpiciunt, inducunt neceſsitatem, & hoc eſt quod per manus traditur. Rogamina ſuperiorum inducere iuſtum præceptum. glo. vulg. in. l. 1. verbo quemadmodũ. ff. quod iuſſ. quam ſequuntur Bartolus in tract. de tyranni. nume. 21. Bald. in. l. ſi mandator. col. 1. c. quodcumq;. eo. & ſequuntur eandem opinionem Oldradus conſilio 209. nũmer. 11. Baldu. in. l. 2 num. 3. commu. de legat. licèt hi duo gl. illam nõ meminerint, quam ſequuntur duo Curtij hic. item Alexand. conſilio 124. vol. 1. nu. 5. & non dubito quin hæc ſit communis reſolutio. Contra quam tamen videtur text. elegans

4 in. l. ad inuidiam. C. quod met. cauſ. vbi ſenatoria dignitas, quæ ad regiam quàm proximè accedit, non infert iuſtum metũ, ſed rectè vt pleraque omnia. Difficultatem hanc ſuſtulit Ioannes Andr. in. c. inſinuante. ſi. col. verſ. credo tamen. qui cler. vel vouen. dicens preces Regum atque aliarum perſonarum, quæ maxima pollent dignitate, inducere iuſtum metum, ſi illi ſolũ ſint ſæuire in eos, qui precibus huiuſmodi nõ obſecundant. Hanc declarationem Ioan-

nes

nis Andreæ sequuntur ibi Antonius nu. 7. Ancharranus nu. 1. Panor. fi. col. Panor. in. c. abbas. nu. 4. quod met. caus. & hunc solum referens Iacobinus in prę. nu. 3. qui declarationem hanc inquit perpetuò esse notandam. & hanc Ioannis Andreæ opinionem sequuntur alij, quod Alexander affirmat idē sequutus cons. 16. nu. 9. vol. 3

Secundò collige ex text. ibi, iudex contemplatione iudicij, quòd bonæ fidei est quæret de quanta pecunia. quod licèt regulariter valeat libellus generalis si à parte non opponatur. l. fi. ff. de ann. excep. vbi gl. magna in fine id notat, potest tamen iudex ex officio suo cogere actorem libellū generalem declarare, nanque hoc iudicis ipsius interest, vt certam sententiam proferat. §. curare. de act. Instit. nam si in præsenti cogit iudex reum, vt clariùs proponat exceptionem, multò magis poterit cogere actorem, vt apertiùs proponat petitionem. atque ita colligunt ex hoc text. Bal. 1. nota bi. Fulgos. nu. 1. Salicet. co. l. 1. Alexand. & Aretinus vterquè nu. 2. Iass. nu. 15. Decius nu. 7. Riminal. 2. notabi. Curt. iunior nu. 3. Riminal. nu. 4. & est communis acceptio hæc, quam etiam ex hac lege notarūt Bal in. l. vni. col. fi. ver. tercius casus. vt quę desunt aduoc. Alex. ibi. nu. 15. tametsi dicat se de ea dubitare Curtius Senior hic nu. 3. illa tamen communis est & vera. Et illa ratione iuuatur, quòd regulariter iudex possit ea facere, quibus prætermissis iudicium nullum futurum sit. c. causam q. 1. de iudi. Sed & hanc opinionem iuuat regula text. generalis. in. l. vbicumque. ff. de interroga. act. exceptionem tamen iuris reus opponet etiā generaliter, vt si dicat ius actori nō cōpetere. Bald. in. l. fi. de fideicommiss. nu. 1. Decius & Alciatus hic nu. 11. & hic posterior inquit ita sentire cæteros.

6 Tertiò nota quòd opponens exceptionē transactionis non videtur debitū confiteri, nā Geminianus hic transactionē ingenuè fatebatur, & tamē Tullia cogitur probare, quāta pecunia ex administratione atque reliquatione tutelæ sibi debeatur. atque ita ex hoc tex. colligunt Bal. Salic. Alexand. & cæteri & dicit Fulg. nu. 2. hoc esse benè notandum, allegantque omnes in huius notabilis confirmationem tex. generales. in. l. non vtique. ff. de except. & in. c. exceptionem obijciens. de regul. iur. lib. 6.

7 Quartò nota quòd quando quis petit maiorem quantitatem, quàm sibi debetur pro parte fertur pro eo sententia, pro parte contra eum. atque ita ex hoc text. colligunt in præsenti Bal. & cæteri post eum. licèt Aretinus contendat hoc minime hac lege probari, sed optimè probat hic enim Tullia petebat vniuersam pecuniā reliquā ex administratione, sed quatenus cū patre Geminiani transactione cōuenerat, condemnatur, & in quātitate super qua transactum non erat, fertur pro ea sententia, & ratione huius partis, quæ non est debita, excusatur reus à condemnatione expensarum. quod Bart. rectè obseruauit in. l. qui solidum. in princip. ff. de lega. 2. nu. 2. arg. optimi tex. ibi. & ēi sequitur Iaf. in. l. properandū. §. siue autem alterutra. nu. 17. de iud.

8 Vltimò collige illud generale ad quod textus hic quotidiè allegatur, quòd limitata causa limitatum parit effectū. Nā cùm limitata hic transactio fuerit ad certum quoddam negociationis genus, extra illud non habet effectū. idem probat text. vulg. in. l. in agris. ff. de æqui. rer. domi. l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vacat. mun. ex qua regula multa Iass. & Decius in præsentia retulerunt. item Alciat. nu. 18. quorum pleraque congesserat Feli. in. c. cùm ordinem. de rescript. Quibus tu adde fideiussores datos pro magistratibus, ac eorum officialibus non teneri pro illis, nisi solùm de gestis in illo officio. l. vnica. de peri. fideiuss. qui pro magistra. interuen. libr. 11.

Gl. 1. expediui sup. in. 1. notabil.

Gl. quinque sequentes sunt expositiuę.

9 Ex. gl. iudicij. in princ. tu collige omnes actiones vtiles bonæ fidei esse, si directæ ex quibus ille deriuantur, eiusdem naturę fuerint. atq; ita gl. hanc expendit Bart. 2. lect. num. 3.

nu. 3. Sunt & actiones contrariæ bonæ fidei, si directę eiusdem naturæ fuerint. gl. tutelæ in 4. actionú. de act. Instit.

10 Ex 2. parte gl. tu collige iudicem supplere posse ex officio suo ad processum, quæ sibi constant vt iudici, non verò ea quæ sibi constãt vt priuato, quæ verò iuris sunt, semper ministerio atque opera iudicis supplentur. l. vnic. vt quæ desunt aduocat. Ex vltima parte gl. collige hoc procedere etiã in actionibus stricti iuris, & ita tenere doctores affirmat Paulus de Castro, idem sequutus nu. 4.

11 Gl. iubebit, quæritur an opus sit Tulliæ huic replicatione vt se defendat, nam cùm generalis petitio est & specialis prosequutio, exceptio rei iudicatæ obest in tota quãtitate, licèt ope replicationis ad prosequuta tantùm extendatur. l. licet. C. de iudic. quare idem in transactione videtur dicendum, nanque hæc duo æqualia sunt. l. nõ minorem. ff. eod. sed gl. replicatione hîc opus minimè esse existimat. Ratio autem differentiæ in eo sita est, quòd facta petitione generali licèt prosequutio fuerit specialis, cùm sententia sit conformis libello. l. fi. de fideicommiss. libert. l. vt fundus. ff. comm. diuid. c. licet. de symo. sententia mero iure in omnibus præiudicat, sed ope replicationis tantùm in prosequutis, quod non est in transactione, quare mero iure illa solùm præiudicat in ea specie super qua concepta fuit. & ita mentem gl. huius declarant Paulus de Castro nu. 3. & sequuntur Pauli declarationem Alexand. Iaff. Riminal. duo Curtij & cæteri. Vltimò gl. opponit text. in. l. sub prætextu. ff. eo. & pro solutione huius difficultatis quatuor membra disponit, quę prosequar ipse sigillatim in illa. l. sub prætextu.

Summa rerum. L. Actione.

1 *Contractus qui re contrahuntur, non posse acceptolari, nisi præmissa Aquiliana stipulatione.*
2 *Si transigens dolo sit inductus ad transigendum, an ipso iure vitietur transactio.*
3 *Distractus cui dolus dedit causam, an sit ipso iure nullus.*
4 *Intellectus Pilei ad hanc l. reprehenditur.*
5 *Transactio super dolo, an valeat.*
6 *In generali remissione, an dolus quoque comprehendatur.*
7 *Et proponitur casus, in quo specialis doli remissio esse debet.*
8 *Dictio, nisi, quo pacto sit accipienda.*
9 *Declaratur text. in. c. peccatum. de reg. iur. lib 6.*
10 *Declaratur text. in. l. Titia. §. fi. ff. de manumiss. testamento.*
11 *Si alicui promisero me non venditurum fundum nisi illi, an ex hoc tenear illi fundum vendere.*
12 *Si dicam Mæviæ, non habebo vxorem nisi te, an ex hoc non censeri contractum matrimonium.*

¶ L. *Actione.*

PRæfatur Bartol. ingressus legis huius interpretationẽ, habere legem hanc ita subtilem glossam ac difficilem, & de medulla iuris, sicut habeat alia lex quam ipse viderit. Addit Fulgo. statim in prin. legem hanc studiosissimè per eius conditorem omni possibili breuitate fuisse cõtextam, ita vt vix possit breuiùs summari. Posteriores quoque scriptores plurimùm legis huius difficultatem commendarunt, quæ tribus particulis diuisa constare potest. In prima ponitur dictum, exceptio in secunda, tertia exceptionem continet exceptionis. Secunda est ibi, nisi de dolo. Tertia ibi, nisi specialiter. Legitur autem tex. hic duobus modis, vno modo per Azonem, alio per Placentinum, & vter verior sit, in glos. videbimus.

1 Collige tu modò ex textu ibi. in Aquilianam stipulationem deducta. cum gl. 3. in præsenti contractus iure gentium vel omnes qui re contrahuntur, non posse deduciin acceptilationẽ nisi præmissa Aquiliana stipulatione, acceptilatio enim nõ tollit nisi eas solùm obligationes, quæ verbis cõtractę sunt. §. item per acceptilationem. Inst. qui. mo. toll. oblig. l. Aquiliana. ff. de transact. l. an inutilis. §. 1. ff. de acceptil. existimat autem gl. nostra omnes contractus iuris ciuilis acceptilatione perimi posse. Sed falsa

falsa quidem est, quoniam ad eos tantùm pertinet, qui verbis contracti sunt. ita dicit omnes tradere contra glo. hanc Alciatus num. 24. tenuitque hac opinionem glo. in illo 4. item per acceptilationem. in gl. cæterę. quam ibi sequuntur omnes. & præterea Manuel à Costa. in l. si ex cautione. col. 6. C. de non nume. pecu. nouatio autem ad omnes prorsus contractus pertinet. l. 1. §. 1. ff. de nouat. Sed de ratione differentiæ dubitarunt, nam vterque actus iuris ciuilis est. & Bart quidem in l. 1. nu. 5. ff. de nouat. inquit, quòd nouatio tendit ad eundem effectum, qui inerit antiquæ obligationi, quæ nouatur. s. ad obligandum: sed acceptilatio tendit ad contrarium effectum, v. ad corrumpendam atque dissoluendam obligationem, quare facilius videtur permitti mutatio quàm peremptio. & idem tenet Paulus de Castro ibi nu. 3. quæ ratio verò si in hoc est ea, quam Decius in præsentia prætendit dicens nu. 2. quòd acceptilatio fuit limitata nouatio, non nam iterum posset quis à Decio quærere, quare nouatio nó fuerit limitata, sicut acceptilatio.

2 Collige tu modò ex text. hoc, quòd si transigens dolo sit inductus ad transigendum, dolus hic nó rescindit transactionẽ, nã dolus de quo in hac lege non in eo versatur (quod Pileus existimabat) quòd curator transigens cõuenta in transactione nó seruaret, sed dolus in ipsa transactione intercessit. ita enim hunc intellectum tenuit Azo in præsenti, quẽ approbat gl. magna. & eũ sequũtur Bart. 2. lectione. col. 2. vers. vnde rectò. Bal. ii. col. dicens hanc esse veritatẽ. Alberic. col. 1. Iaſſ. nu. 10. dicens eum sequendũ esse sine scrupulo. & communẽ esse testantur Bart. 1. lectione. nu. 4. Decius nu. 10. Curtius Senior. col. 1. Purpur. nu. 12. & tenet eam Riminald col. penult.

3 Sed contra hunc intellectum ita argumentor, Dolus dans causam contractui transactionis ipsum vitiare debuit, sicuti omnes alios vitiat ipso quidem iure, qui bonæ fidei sunt. vulg. l. & eleganter. ff. de dol. ma. nam hæc transactio super vtili actione negotiorum gestorum fuit interposita, nã & distractus cui dolus causam dedit, est ipso iure nullus. gl. in l. de tutela. in gl. probata. C. de in integ. restit. ibi vtrobique ergo. quæ confirmari ex pluribus potest, quæ allegauit Iaſſon in authen. sacramenta puberum. nu. 73. si aduer. ven. & est similis in l. sub prætextu. in gl. exercere. §. eodem. alia in. l. si maior. in gl. potest. §. de dol. mal. Bartol. in illa l. & elegãter. nu. 5. estque pro gloſſ. illis text. in l. ab emptione. ibi quia bonæ fidei. ff. de pact. quem ibi notat Bart. nu. 2. pro sententia illarum glo. & dicit Fulg. ibi nu. 2. nullibi illud melius probari, ibique eum tex. expendunt in hoc Iaſſ. 3. notabi. Oroſrius nu. 20. allegantes gl. in l. de tutela. quam etiam sequitur Bar. in l. in ſumma. nu. 2. ff. de condict. indebit. estque pro hac opinione text. elegans in l. si cùm totem. 4. si mulier. 1. ff. ſolu. matri. vbi quando dolus dedit causam distractui dotis, alle est ipso iure nullus. atq; eum tex. expendunt ibi Romanus nu. 2. Alexan. nu. 2. difficultatem hanc tangit Bart in præl. nu. 4. & eius solutionem remittit ad l. ſub prætextu. §. eodem. Sed hic illa vera ſolutio est, quòd transactio facta per dolum non permansit in finibus transactionis, ſed executioni per acceptilationem mãdata est: quare ſicuti in contractibus ex dolo factis, si res tradita est, dominium rectè transfertur, & non datur rei vendicatio, ſed actio de dolo, vt in illa l. & eleganter ad finem, vbi id notat Bart. nu. 3. ita etiã est in transactione. Solutionem hanc proposuere ad hanc difficultatem gl. ſup. allegatæ, & esse cõmuniter approbatam testatur Curtius Iunior nu. 15. quam etſi impugnet Aretinus col. 2. est tamen rectè à Decio defenſa nu. 10. quare Azonis intellectus tenendus est. Nanque Pilei intellectus ex eo non potest procedere, quoniam ſi dolus esset commiſſus in non seruando conuentionem, non poſſet dari actio de dolo, quoniam illa non competit quoties potest alia actio dari. l. 1. §. ſi quis. ff. de dol. mal. ſed competeret hoc casu adulto condictio ob causam,

4 vt se re-

vt se reponeret in pristinam obligationē. L. si quis accepto tulerit. ff. de condic. causa dat. non igitur daretur hic actio de dolo: & hæc ratio gl. est in præsenti. ibi alij vt Pileus. Secundam rationem cōtra intellectum Pilei ponit glos. ibi vel datur actori quod in intellectu Pilei videtur inesse quia dā cōtractus prout do des: nam adultus inquit tutori remitto tibi reliqua tutelæ pro centum. quæ remissio loco dationis est. l. si mulier. ff. de condict. caus. dat. quare daretur iam actio præscriptis verbis adulto, quæ iure suo excluderet actionem de dolo. Deinde glo. in verſ. sed si velis. respondet his obiectionibus, vt intellectus Pilei stare possit. Et primò respondet legi. si quis accepto. dicens legem illam non agere de condictione ob causam, sed de condictione generali, quæ quidem cum omnibus actionibus potest competere, quare concurrere etiam potest cùm actione de dolo. Sed hūc intellectū reprehendit Bart. nu. 7. quoniam. l. si quis accepto. loquitur de condictione ob causam speciali nō generali, quoniam subest lex illa rubricæ de condict. ob caus. quare glo. solutionem in hoc testatur esse communiter reprobatā Riminal. col. penul. ante medium. quapropter secundum intellectum statim gl. accommodat in verſ. vel quia ibi erat certum quòd in lege cōtinua remissio debiti erat certa & liquida, quare datur ei qui fecerat liberationem actio seu condictio ob causam vt se reponat in pristinam obligationem: sed hic debitum erat neq; certū neq; liquidum, & ideò non datur actio illa seu condictio: nā remissio non est datio quando debitum non est liquidum, sed potius facere vt credo isti, vt des mihi centum, & ideó cùm ex huiusmodi conuentione resultet contractus innominatus facio vt des, competit actio de dolo. l. naturalis. §. quod si faciam. Sed hāc solutionē reprobat Bart. nu. 8. & esse communiter reprobatam testatur Riminal. col. penul. ante medium. quoniam regula tex. in. §. quod si faciam. solùm habet locum cùm ex facto eius, cum quo ego contraxi, nil mihi adest, nam si mihi adsit, competit quidem actio præscriptis verbis, sicut in cæteris cōtractibus. l. cùm mota. §. eo. sed in præsenti adest parti, quare competere debuit actio præscriptis verbis. Vnde tertiò respōdet gl. sustinendo Pileum in verſ. vel tertio quia hic ideò in præsenti non competere condictionem ob causam vt reponat se hic adultus in pristinam obligationem. quoniam non solùm liberauerat tutorem per acceptilationē, sed etiam illi promiserat in perpetuum non petere, quæ conuentio cùm perfectè per adultum impleri nequiuerit, quoniam & si hodie non petat, cras petere poterit saltem ex facto. l. vbi pactum. infra eo. agi non potest condictione ob causam, quoniam verum non est eum in perpetuum non destitisse. Sed hic intellectus diuinat, quare intellectum Azonis dicit se glossa tenere.

Gl. tempore admonet olim de dolo actionem anno vtili perire, quæ hodie biennio terminatur. l. fi. C. de dol. mal.

§ Gl. fi. in parte transactum sit. diuiditur in tres partes, in prima declarat textum. in 2. textum ampliat. in. 3. glo. proponit elegātem quæstionem. Secunda ibi. & intellige, tertia ibi item quæritur si transegi. Ex prima particula collige posse fieri transactionem super actione de dolo mota inter aliquos. Ex secunda particula collige valere transactionem factā super actione de dolo etiam per dolum allegat gl. tex. in. l. de plus pet. qui hoc minimè probat nisi iuncta gl. verb. trāsactionibus. Hāc gl. opinionem reprobant Cynus, Salicet. & Fulgo; Curtius Senior. nu. 21. testatur esse cōmuniter reprobatam Curtius Iunior. nu. 26. Item adde quòd ad hoc vt valeat trāsactio super dolo, oportet specialiter dolus ipse remittatur. quod text. hic significat verb. specialiter. idq; gl. nominatum obseruauit in. l. Pomponius. 1. in. gl. absit. ff. de nego. gest. sed hęc de dolo preterito accipi oportet, super futuro enim neq; transactio neq; conuentio vlla admitteretur. l. si vnus. §.

illud

illud. ff. de pact. l. cõtractus. ff. de regu. iu. ne delinquẽdi hinc iam dolo remisso occasiõ suboriatur. l. conuenire. ff. de pact. dotali.

6 Ex tertia particula gl. collige quòd etiã si legata liberatione nõ videatur remissus à testatore esse dolus in administrando cõmissus. l. Aurelio. 5. fi. ff. de liber. legat. si tamen in contractu remissionem alicui faciat eorum quæ malè gessit, videor etiam illi remittere dolum cõmissum. Rationẽ differentiæ eam hîc esse Petrus & Cynus arbitrantur: quoniã cùm legata relinquantur ob merita legatariorum, ad dolosos pertinere non debent, quoniã illi non merentur sed demerentur potiùs qui in tanto crimine vagantur. gl. opinionem sequũtur Petrus & Cynus. Bal. fi. col. Salicet. Paulus de Castro. & Alexander, & qui omnes refert Curtius Senior, nu. 23. testatus gl. opinionem esse communiter approbatã. Existimant tamen Fulgo. Alex. & Iaſſ. nu. 11. Decius fi. col. gloſſam in præſentia non esse eius propoſiti, vt differentiam cõſtituat inter contractus ac vltimas volũtates, ſed in modo cõcipiendę liberationis. Nam ſiue in contractu. ſiue in teſtamento dicat quis ſuo debitori, nolo vt conueniaris, nõ videtur remiſſus dolus: ſi verò dicat, remitto tibi actionem, cenſetur dolus remiſſus, ſiue id fiat in vltima voluntate, ſiue in cõtractu per leges in gl. allegatas. & etiam ſi gl. in hoc poſteriori ſenſu accipias, eſt cõmuniter approbata teſte Purpurato. nu. 24. teſtantur eſſe gl. traditionem communiter approbatam Socinus conſ. 73. col. 1. vol. 3. Epiſ. Segobi. lib. 2. Varia. Reſol. c. 14. nu. 4. licèt hic ab ea diſcedat.

7 Limitabis tu glo. hanc non procedere quoties ex dolo eius, cui eſt facta remiſsio, aliquid eſt apud eum, nam tunc ſpeciali remiſsione opus eſt. l. Lucius. ff. de liber. legat. l. tres fratres. ff. de pact. atq; ita ex his duabus legibus dicit ſe gl. hanc intelligere Bart. in l. Aurelio. 5. caſus. nu. 6. ff. de liber. legata.

8 Vltimò collige ex text. hoc quòd dictio, niſi, aliquando ponit aliquando priuat, nãq; in prima oratione textus huius dictio hæc ponit, in ſecũda priuat. in quo Bartolus in præſ. conſtituit regulam generalem dicẽs, quòd quãdo hæc dictio poſt ponitur orationi negatiuę, illa affirmat, ſed ſi poſtponitur orationi affirmatiuæ, illa negat. atq; idem vltra tex. hunc probãt iura ordinaria. in l. extraneo. ff. de vent. in poſſeſſ. mit. in l. diuus. verſ. niſi. ff. de cuſt. reor. in. c. cũ acceſsiſſent. verſ. niſi poſtea. de conſtitut. & eandem doctrinam repetit idem Bart. in l. ſi eum. 5. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. nu. 5. vbi Iaſſ. nu. 26. idem ſequutus affirmat hanc eſſe veram doctrinam, quam etiam poſuit idem Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de condi. & demonſt. Bal. in aut. niſi rogati. nu. 3. ad Treb. Bal. in præſ. col. 2. Aretinus. col. 3. Iaſſ. col. 1. Decius. nu. 5. quam eſſe communiter approbatam teſtantur eam ſequuti Riminal. col. penul. Curtius Senior. nu. 8. Iunior. col. 1. Purpurat. nu. 47. & præterea Iaſſ. in prin. nu. 3. de action. Inſtitut. Marianus Soci. conſilio. 64. nu. 36. vol. 2.

9 Sed contra hanc communem traditionem vulgo opponitur text. in. c. peccatum. de regu. iu. in. 6. nam cùm præmittat Bonifacius peccatum non dimitti ei qui alienum rapuerat, ſubdit niſi reſtituatur ablatum, & tamen non ſufficit ablatum reſtituere. vt dimittatur peccatum. l. qui ea mente. ff. de furt. l. non prodeſt. ff. vi. bon. rapt. ſed huic difficultati reſpondet optimè Curtius Iunior. col. 1. regulam gloſſ. ac Bartoli eſſe accipiendam concurrentibus aliis requiſitis ex lege neceſſarijs.

10 Sed iterum contra eandem doctrinã allego text. in. l. Titia. 5. fi. ff. de manumiſ. teſt. vbi teſtator ita ſcripſit: Oneſiphore niſi rationes diligenter excuſieris, libet ne eſto. & tamen inquit lex his verbis ademptam potiùs videri libertatem quàm datam, cùm tamen ex natura dictionis collata potiùs libertas eſſe videretur rationibus ab Oneſiphoro diligenter excuſsis.

Huic difficultati respondet Dynus in illo c. peccatum. col. 2. versi. item contra. dicés in lege illa non præcessisse orationem negatiuam, sed subsequutam fuisse, quare regulam communé offensam minimè esse. Sed hic Dini intellectus hac ratione à Bartolo reprehenditur: quoniã & si in ordine interę præcedat illa dictio, nisi, ex ordine tamen intellectus postposita est vniuersæ orationi, & hic ordo potiùs attendendus est l. non enim. ff. de solut. l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupill. quare melius Bart. in præs. qui considerat, quòd aliquándo oratio præcedens inducit actum, aliquando actum & potentiam: & quando oratio præcedés solum inducit potentiam, dictio, nisi, subsequuta solùm negat potentiam, si verò oratio præcedens actum induxerat, dictio hæc, nisi, actum quoq; negat. Cùm igitur testator in illa l. Titia, prospexerit ne Onesiphorus liber esse possset, addit, nisi rationes diligenter excusserit, quo casu voluit testator liberum eum esse posse, non tamé liberum esse: itaq; his verbis adempta est potiùs quàm data libertas, quoniam data nullo quidem casu est, est autem adépta donec Onesiphorus rationes diligenter excussisset. hunc Bar. intellectum cæteri omnes hic probasse videntur. & esse communem testatur Philippus Decius nu. 5. eum quàm optimè declarans. & eum posuit idem Bart. in proprio loco. idem Bart. in illo §. qui iniuriarum. nu. 8. vbi eum recentiores sequuntur. & esse communiter approbatum testatur Oroscius ibi. nu. 7. communé esse affirmat Episcopus Segobiensis de sponsa. 2. p. c. 43. 1. nu. 6. [illegible]

11 Ex quorum resolutione illud infertur, quòd si ipse alicui dicam, fundum illum non vendam alij nisi ubi, non ex hoc esse me obligatum fundum hunc illi vendere, sed si velim vendere, teneri me illi vendere, quòd si alij vendam, teneri me illi restituere quanta eius interfuerit fundum illi venditum fuisse. pulcher text. est. in. l. si sterilis. §. penult. versicu. sed si ubi. ff. de act. empt. l. qui fundum. 2. ff. de contrahend. empt. & ita videtur colligere glo. ordinaria, in illo. qui iniuriarum. in glo. idem Pomponius. quam ibi ita declarat & sequitur Bart. num. 5. & iterum. num. 10. & cæteri sequuntur. idem Bart. in præsenti. & sequuntur omnes atq; præ cęteris Decius. nu. 6. cómunéq; esse Bartoli opinionem testantur Curtius Senior. nu. 9. Iunior. nu. 5. & sequitur eam Ias. in prin. de actio. Inst. num. 4. vbi Gomezius. nu. 7. affirmat eam esse communem. & idem sequitur Gomezius allegans alios decis. 49. Cepola in. l. aniculus. §. ante diem. ff. de verb. signifi. defendens ab obiectionibus Baldi. Ias. & aliorum. 12 Secúdò infertur quòd si quis dicat Marię, non habebo aliã vxorem nisi te non hinc censeri contractum matrimonium fuisse, sed tantú spósalia, quæ futurarum nuptiarum promissio est. ita enim voluit Antonius de Butrio in cap. ex parte. 1. nu. 10. vers. sed est dubium. de sponsal. vbi inquit ille ex his verbis non duxisse me illam in vxorem, sed obligatum esse, vt si velim ducere illam sim ipse ducturus. & hanc opinionem sequuntur ibi aliqui canonistæ & Alciatus in præsenti. communemq; esse affirmat Gomezius in prin. de act. Institut. nu. 10. versi. non obstat. et hanc Antonij opinionem sequitur Episcopus Segobiensis in epit. de sponsa. 2. p. ca. 4. §. 1. nu. 8. licèt non ita eã ex Antonio ille retulerit. Sunt tamé plures qui velint fauore matrimonij, qui multus semper fuit, matrimonium hic contractum videri, non sponsalia tantùm. ita enim voluit Ioannes Andreæ in illo. c. ex parte. dum ille allegat Speculatorem, Panor. ibi col. fi. vers. & per hoc potest. & ibi Præpositus affirmat hanc esse communem opinionem. quam sequuntur etiam in præs. Ias. num. 4. Curtius Iunior. num. 5. testantur hanc opinionem esse cómunem Decius. num 6. Purpura. nu. 49. ex quibus prior illam defendit. Sed in hac controuersia rectè mihi videtur Dominicus Soto pronuntiasse qui in. 4. sentent. distinct. 29. quæst. 2. articulo. 3. existimet

prolatis

prolatis his verbis quo ad forum conscientiæ consulendum esse qui ea protulit quo sensu atq; animo ab ipso prolata fuerint, in foro verò exteriori aliunde esse quærendam interpretationem horum verborum.

¶ Summarerum. l. Cùm te.

1 In contractu transactionis non esse locum pœnitentiæ & si innominatus ille sit.
2 In transactione non esse necessariam scripturam sed vel testibus probari posse. Atq; idem esse in cæteris contractibus, ex quibus nonnulli hic enumerantur, & in renunciatione quoq; ecclesiasticæ beneficij.
3 Declaratur tex. in extrauagant. Iniuncta de electione.
4 Testificandi facultatem publici iuris esse.
5 Non valere conuentionem ne debiti solutio probetur per solum scripturam.
6 Fideiussio an necessariò per scripturam probanda sit.
7 Confessio partis optima probatio est quæq; cæteras antecellit.
8 Negatiua assueratio per partis confessionem probatur.
9 Post conclusionem causæ admittitur probatio per confessionem partis.
10 Valet sententia lata ad confessionem partis etiã ex processu inualido.
11 Confessio facta in libello principi oblato plene probat.
12 Idemq; esse si illa fiat in libello conuentionali.
13 Etiam absente parte.
14 Idemq; esse si confessio fiat in supplicatione rescripti.
15 Sed hæc omnia esse accipienda si huiusmodi confessio fiat in verbis libelli principaliter prolatis non in enunciatiuis.
16 Item nisi actor huiusmodi confessionem reuocet.
17 Et an id procedat in libello alterius manu scripto cui tamen producens ipse subscripsit.
18 Hæc autem esse accipienda inter easdem personas non extraneas.
19 Et an in articulis quoq; ab aliquo propositis sit id accipendum.

¶ L. Cùm te transegisse.

NOn diuiditur communiter text. hic, sed tres particulas mihi continere videtur. In prima ponitur factum in. 2. decisio. in 3. difficultas quædam amouetur. Secũda est ibi. frustra desideras. Tertia ibi. licet enim.

1 Ex prima particula collige in contractu transactionis non esse locum pœnitentiæ, licet contractus innominatus sit. idem probat text. in l. quamuis, infrà. eodem. vbi plura ipse proponam.

2 Secundò colligein transactione non esse necessariam scripturam quæ ad probationem solùm adhiberi solet. vnde Angel. colligit in præsenti idem esse in arbitramento dicendum, quod veluti transactio est: cuius rei resolutionẽ proponam ipse quã potero diligentia in l. 1. de sentent. ex breui recit. Tu adde generale hoc esse in iure nostro, vt scriptura minimè sit necessaria, sed per testes quælibet actum probari posse. l. pactum quod bona fide. sup. de pact. l. cum res. infrà de probat. l. non ideo. 5. famil ercis. l. 117. num. 8. pa. l. 32. xiii. part. 5. Cõtractus quoq; atq; receptio dotis scripturam non exigit, sed testibus solis probari potest. l. cum citra, infrà, de iur. dot. atq; secundum eam legem non semel pronuntiauimus. In exercendis itaq; litibus eandem vim obtinẽt tam fides instrumentorum, quàm testium depositiones. l. 1. in exercendis, infrà, de fide instrument. Professio quoq; monachi alicuius vel testibus probari potest. c. nuper. de testibus. vbi eum text. in hanc sententiam expendit Panor. 3. notabi. Contractus quoq; societatis per testes probari potest. quod ex facto consultus Romanus respondit consilio. 108. num. 1. & sequuntur Iason & Decius in illa l. pactum quod bona fide. Renũtiatio quoq; beneficij citra scripturam probari potest. c. 2. de restitu. spoliat. Ex quo text colligit Bald. ibi num. 3. collationem quoque beneficij testibus sine scriptura probari posse. & Bald. opinionem sequuntur Iaso. & Alciat. in illa l. pactum quod bona fide. Iaso. in rubr. ff. de acquir. possess. nu. 17. Decius in. l. nil tã naturale. num. 2. ff. de regul. iur. idem in l. 1. num. 3. de bonor. possess. contra tabu. liber.

Ioannes de Selua. de benef. 3. p. q. 22. Boerius decis. 338. nu. 4. & hi allegant alios, vt non dubitem communem esse opinionem hanc. Tametsi contra eam teneat Rebuf. in præx. bene. titul. requisita ad col
4 lat. num. 26. Cui tamen opponi solet tex. in extrauagan. iniunctę. Bonifacij octaui de elect. qua probatur prælatum Priorem siue Abbatem non posse intrare possessionem beneficij in quo fuit à summo pontifice institutus, nisi institutionis atq; collationis literas ostendat, quasi insinuet text. ille collationem ex scriptura necessariò esse probandã. Sed tex. ille in prouisionibus à summo pontifice factis priuatim agere videtur, idque insinuant verba illa apud sedem apostolicam. & ita videtur eum text. intellexisse Panormit. in capit. in nostra. num. 11. de rescrip. nam cùm maius periculum versetur in his quæ apud sedem apostolicam expediuntur, graciores enim res sunt quæ ibi tractantur, ad excludendam omnem fraudis suspicionem rectè prospectum est, vt per scripturam fiat probatio in hac specie. Dignitates quoque à principe collatæ non nisi instrumento probari possunt. l. probatorias. de diuer. offi. libro. 12. Mandatum præterea principis non nisi literis probari potest. l. prohibitum. de iure fisc. libr. 10. l. missi opinatores. de exact. tribut. libro. 10. quare legatus non est credendum, nisi principalibus instrumentis legationis fidem faciant. Barto. in. l. Palatinos. de collat. fund. fisc. libro. 11. Decius qui multa addit in. l. 1. notab. primo, de mand. princip.

5 Constat autem hæc decisio optima ratione: nam cùm testificandi vtilitas publica sit. in aut. de testibus. in principio. collat. 7. & probationum copia non sit coarctanda sed amplianda. l. quoniam. sup. de hær. l. generaliter. in principio. infrà de rebus credit. l. generaliter. infrà de iniur. neque iudicem oporteat ad vnam speciem probationis animum alligare. l. 3. vers. quæ argumenta. ff. de testibus. optimè introductum est, vt transactionis & cuiusuis rei probatio fieri possit tam ex testibus quàm ex instrumentis.

6 Qua ratione neque illa pactio erit admittenda, qua conuenit inter contrahentes, ne debiti solutio per testes probari possit, sed solùm per instrumentum, iuri enim publico derogare videtur huiusmodi conuentio. atque ita eam improbat glossa ordinaria. in aut. vt sine prohibit. mat. 5. quia verò. verb. senatusconsulto, ibi. & per hoc puto. collat. 7. vbi eam opinionem sequuntur Iacobus de Belloui sso. item Bartolus num. 10. Angelus. 16. vers. in glossa. & tenuerunt hanc opinionem nonnulli ex antiquioribus doctoribus, quorum Albericus meminit in. l. si quis in conscribendo. num. 12. sup. de epis. & cleri. Angelus in. l. pactum inter hæredem. num. 5. colũ. fin. versicu. & eodem modo. ff. de pact. vbi inquit glos. illam esse singul, neque reperiri alibi. Paulus de Castro ibi numero. 5. dicens singularem esse glos. illam. quam etiam sequuntur idem Angelus de Perusio in authen. iubemus. numero. 5. de iudi. vbi inquit singularem esse glos. illam Alexander ibi numero. 11. atque idem Alexand. in. l. quod de bonis. 5. frater. numero. 2. Vincentius de Hercul. ibi colum. 2. ff. ad. l. Falcidiam. Socinus in. l. certi condictio. 5. quoniam numero. 16. ff. si cert. pet. at, vbi inquit glos. illam reputari singularem. quam etiam sequuntur Ioannes Andræ. in cap. si diligenti. colum. 5. post medium. versic. & scias. de for. compet. Antonius ibi numer. 16. versic. per hoc dicunt. Ioannes de Imola ibi numer. 11. testatus non semel hanc esse communem opinionem. Communemque esse testatur Felinus ibi eam sequutus numero. 14. & communem esse affirmant idem Felinus numero. 29. Decius numer. 30. in capit. 2. de probat. communem esse testatur Socinus regul. 339. fallent. 3. quæ mihi semper placuit. Tametsi nonnulli quos Albericus allegat in illa. l. si quis in conscribendo. teneant contra

nium

ſium & Angelus de Aretin. in. §. idem iuris. numero. 49. de except. Inſtit. neque ſatis in huius articuli reſolutione pedes firmauerit Andræas Tiraquellus de retract. municip. §. 1. gloſſ. 2. numero. 17. Accedente quoque iuramento locus erit gloſſæ opinioni, quod Dominicus obſeruauit in capitu. quamuis pactum. numero. 6. de pactis. libr. 6. licèt gloſſ. illam non alleget. In multis ſanè iuris noſtri articulis ſcriptura eſt neceſſaria, quorum multos enumerauit glo. ordinaria in. l. contrahitur. ff. de pigno. pluraſque recenſuit gloſ. vulg. in capitul. primo. §. poſtquã. decenſi. libro. 6. inter quos ille eſt notatu dignuſſimus, quem decimum nonum glo. enu-
7 meraunt in. fideiuſſore obligando, in cuius obligatione neceſſum eſſe gloſſ. arbitratur ſcripturam interuenire. & gloſſ. illius opinionem ſequuntur antiquores omnes ibi. item Dominicus. numero. 4. Franeus numero. 3. & idem ante gloſſ. illam tenuit Speculator. de inſtrumen. edit. §. reſtat. colum. 4. verſicul. 28. numero. 1. & teſtatur gloſſ. illam eſſe communiter approbatam. Franciſcus Nicomitus allegat. 22. numero. 10. volunt ubi alios allegat. Sed iudicio quidem meo excepta hac ville iure non probatur. Eaſdemque fideiuſſionem teſtibus quaque poſſit contra eos contractus probari poſſe, neque caſum hunc à regula generali exceptum vnquam fuiſſe, neque textus in l. penultim. de fideiuſſoribus. infrà, quo gloſſ. illa mouetur ad probat. agit communiter alleg. in fideiuſſore, qui aliquem ſine temporis præfinitione iudicio ſiſtere promiſit. nam ſi iſte ſcriptura promiſſionis non liberatur à promiſſione elapſis duobus menſibus, nam minimum obligatio hæc protrahatur. Sed in fideiuſſore contractus non eſt cur ſcripturam exigamus, quæ in fideiuſſore iudicio ſiſti ideò eſt neceſſaria, quoniam actus ille ſit pars quædam iudicij, non niſi ſcriptura confecta conſtare poſſit. capit. quoniam
8 contra. de probat. quare gloſ. in illo capi. primo, ſentiens hanc difficultatem, prudenter inquit ſcripturam hic non eſſe neceſſariam ſecundum quoſdam. de except. cuius iuris diſpoſitionem Hiſpaniæ totus forus obſeruat.
11

Teruò collige ex text. ibi. ſi tamen de tranſactione confeſſione tua conſtet. confeſſionem partis vicem probationis habere eadem probant iura vulgaria. l. vnica. infrà de confeſſio. in. l. proinde. §. notãdum. ff. ad. l. aquil. in capitul. fin. de cohabi. cleric. & mulier. capio cùm ad ſedem. §. nos priors. de reſtitu. ſpoliat. capit. cum olim. de verbor. ſignific. Imò verò partis confeſſio longè ante cellit quamcumque aliam probationis ſpeciem. quod probat text. egregius in capit. primo. de confeſ. libr. 6. nam cùm propoſitio negatiua im-
9 probabilis pene eſſe videatur. l. actor quod aſſeuerat. C. de probat. l. cum aſſeuratio. Cade. non numerata pecunia. per partis confeſſionem optimè illa probari poterit, vt in illo capit. primo. Cumque concluſio in cauſa omni prorſus probationi finem præſcribat, etiam ſi ex inſtrumentis probatio fiat. capit. cum dilectus. de fide inſtrum. adhuc tamen locus erit probationi quæ fit per partis confeſſionem. capit. cum Ioannes Eremita. de fide inſtrument. l. amplioremi. §. 1. ibi aliquid nouiuncta gloſſa de appellat. atque hæc duo iura in hanc propoſitionem induxit Bald. in rubric. de probat. infrà nume. 5. verſic. ego aliter probo. Paulus de Caſtro ibi numero. 10. & eorundem textuum argumento ſcribit Felin. in rubr. de probat. numero. 6. renuntiantem probationibus non videri renunciaſſe probationi ex cõfeſſione aduerſarij. Quibus adde, quòd. ſi per confeſſionem partis probatio facta ſit, poterit iudex ferre ſententiam etiam peremptæ inſtantiæ lapſu triennij. quod Bald. eleganter notant. in. l. properandum. in princ. fin. colum. verſic. vnum tamen addo. de iudi. licèt iure canonico

hac Bald. decisione opus non sit, quoniam iure illo instantia non perit triennio. capit. cum olim. de priuileg. capitu. cum venerabilis.

11 Valet præterea sententia diffinitiua etiam in causa criminali lata, si per partis confessionem de delicto cõstet, quanuis processus fuerit inualidus. l. si confessus. ff. de cust. reor. vbi eam legem ita interpretatur Bartol. licèt iudicio meo id minimè probet. In eandem sententiam solet allegari text. in capit. Pisanis. versicul. quam per eorum. de restitutione spoliatorum. quem ita expendit Bald. in authent. offeratur. in fine. C. de de lit. contest. sed neque ille text. hoc probat. Est tamen in hanc sententiam text. pulcherrimus Bonifacij octaui in capitulo primo, de accusat. in. 6. vbi valuit sententia lata ex partis confessione, cùm tamen processus videretur inualidus. Primò, quoniam iudicium inquisitionis infamia non præcesserat, quod semper fuit necessarium. capitulo. qualiter. 2. c. inquisitionis. §. ad hæc. de accusat. capitulo licet Hely. de simon. Item capitula ipsa infamiæ oportuit parti ipsi tradita fuisse, vt se ab illis posset exonerare. vt in illo capitulo. qualiter. §. debet. & tamen hæc non sunt impedimento quo minus sententia valeat. & ibi eum text. expendit in hanc sententiam Dominicus. 1. notabil. Francus. 1. notabil. qui eam propositionem pluribus confirmat fina. columna. & tenet hanc opinionem Innocentius in capitulo. qualiter. numero. 7. de accusat. Iass. in præsent. numero. 5. allegans multos authores huius sententiæ. quam esse communem testatur Philippus Decius in capitulo. at si clerici. in princip. columna. 2. de iudici. vbi Panormit. numero. 6. veluti singularem doctrinam Innocentij allegauerat. quam etiam sequuntur Roma. nu. 3. Iasson numero. 3. in. l. si patronus. ff. de iureiurand. Barba. in capitulo. causam matrimonij. numero. 9. de offic. delegat. Guido Papæ decisi. 120. licèt id restringat ad causas ciuiles Matheselanus singu. 53. vbi Gabriel Saray infinitos propè authores allegat illam Innocentij doctrinam sequutos.

12 Quartò colligere ex text. confessionem factam in supplicatione principi porrecta plenè probare etiam absente parte. atq; ita hinc Fulgosius notauit numero. 1. & frequentiores post eum. & idem probat tex. in. l. 2. de institut. & substit. vbi eum textum notauit Bart. in hoc & cæteri post eũ.

13 Adde idem esse in libello conuentionali porrecto iudici contra partem qui quàm optimè probat contra offerentem illum. l. cum precum. ĩ. de liber. caus. qui textus licèt in causa libertatis priuato iure agere videatur ad omnes causas, communiter ab omnibus extensus est, soletq; in hoc allegari text. in. l. rura. de omni agro deser. libro. 11. Ex quo textu colligit gloss. 1. ibi desiderium atque professionem apud acta publicatam corrigi per profitentem minimè posse, statim enim illi preiudicasse. Tu adde hoc verum esse

14 etiam si confessio hæc facta fuerit absente parte, adhuc enim illa libellum offerenti præiudicabit. quod Barto. eleganter notauit in. l. certum. §. si quis absente. numer. 4. versic. item prædicta quæ dixi. ff. de cõfes. & sequuntur Angelus ibi numero. 2. Zasius numero. 1. & sequuntur in præs. Aretinus & Iasson numero. 11. Decius numero. 9. Curtius numero. 1. Alciatus pagina. 2. & idem quoq; voluit Bart. in. l. 2. §. cõplura. numero. 1. versic. aduerte ista solutio. ff. de iur. fis. Antonius in capitulo fin. de confess. Panormit. ibi numero. 15. Ioannes de Imola in capitu. si cautio. numero. 15. versic. & ex hac ratione. Felinus ibi allegans alios. numero. 34. de fide instrumento. Iacobinus & Iass. vterque numero. 4. in. l. 2. de institut. & substitutio. Decius ibi numero. 8. cuius rei rationes aliquot traduntur. Prima, quòd libellus videatur semper iudici oblatus à parte, vt

eius

eius copiam iudex ipse alteri parti faciat aut offeratur. C. de liti contest. Iam igitur non videtur confessio illa facta absente parte, sed præsente. argumento text. optimi in. l. Publia. §. fi. ff. depositi. maximè cùm in iudicijs partis absentia, si qua est Dei ipsius Optimi Maximi præsentia suppleatur. l. properandum. §. sin autem reus. infra. de iudici. Secunda ratio est, quoniã scriptura semper loquatur. vulg. l. Arriani. C. de hæret. Tertia, quoniam confessio hæc præiudicare videtur confi- 17
tenti, absentiq́ue prodesse propter quasi
contractum illum iam à principio iudicij
inter partes ipsas tacitè celebratum. l. 3. §.
idem scribit. ff. de pecu. l. omnẽ obligatio
nem. ff. de iudic. idemq́ue esse notarunt in
confessione facta à reo in exceptionibus
propositis, quæ actori etiam absenti profu
tura est. l. vnica. vers. quisquis. infra de his
qui pot. nomi. ex quo text. hoc ita expres-
sim notarunt Bartol. ibi numero. 3. & in. 2.
lectione. vers. vltimo. ex hac. l. Aretin. 4.
notabil.

15 Idemq́ue videtur esse dicendum in cõ
fessione facta à supplicante pro rescripti
impetratione, licèt enim subreptitium esse
appareat, confessio in eo facta proderit ei,
contra quem impetratum fuit quod Go
fredus doctor antiquus quæstione. 13. scri
psisse fertur, & vt notabile recipit Ioannes
Andr. in. c. fi. de confess. libr. 6. vbi idem se-
quuntur Dominicus num. 6. Panormit. &
Barbat. & hos referens Rebuffus in. 2. to-
mo constit. Galli in præfatione in tractat.
de rescrip. nu. 151. Idemq́ue esse in positio-
nibus factis existimarunt, videtur enim fa
teri eas producens. c. fi. de iur. iur. in. 6.

16 Limitabis tũ modò hanc communem
traditionem, vt solùm procedat in verbis
quæ in libellum à producente illum prin
cipaliter prolata sunt, nam in enuntiatiuis
minimè procederet. ex text. eleganti in. l.
qui familiæ. ff. fam. ercis. vbi qui iudicio fa
miliæ erciscundæ contra aliquem intẽ-
dit, non ex hoc visus est fateri hæredem
eum esse, aliò enim spectat illa petitio. atq;
ita eam legem interpretantur ibi Barto. &
Bal. in vtraque lectione. & idem sequun-
tur Curtius in præs. Angelus de Aret. in. §.
si minùs. nu. 12. in fine. de actio. Inst. Iust. ibi
nu. 6. Decius in illa. l. 2. de institut. num. 9.
vt hinc intelligas in iudicijs quoque pro-
cedere regulam illam vulgarem, Verba e-
nuntiatiua non principaliter emissa proba
tionem non inducere. l. ex hac scriptura. ff.
de donat. l. ex his verbis. C. de testamẽt. mil.
cum vulg.

Secundò limitabis regulam hanc, vt mi
nimè procedat, si actor velit libellum iudi
ci iam oblatum ante litem contestatam
reuocare, nam hoc casu errorem quoque
suæ confessionis reuocabit. ex text. in illa.
qui familiæ. cuius & hic intellectus esse tra
ditur post glo. ordinariam, ibi in finalibus
verbis. & eum quoque Bartolus probauit
in. l. ex hac scriptura. nu. 17. ff. de donat. vbi
eam legem maximè commendat. & hunc
intellectum sequũtur in proprio loco Flo
rianus. item dominus Bal. in illa. l. cùm pre
cum. nu. 2. atque ita legem. cùm precum.
esse declarandam optimè contendũt De-
cius nu. 10. Curtius Iunior ibi nu. 39. in. l.
edita. sup. de ædend. quorum opinioni,
quam & ipse sequor, patrocinatur textus
optimus in. §. si minus. de act. Institut.

18 Tertiò limitabis hanc propositionem,
vt solùm procedat si libellus sit scriptus ma
nu propria offerentis illum, non verò si ab
alio scriptus, ab ipso subscribatur. ita enim
ferunt Bartolum determinasse in. l. nuda
ratio. nu. 4. ff. de donat. vt cum allegat Io-
annes de Imola in. c. si cautio. nu. 17. de fi.
instrum. Sed hæc limitatio falsa quidem es
se videtur. Primò, quoniã contradicere vi
detur generalitati legis, cùm precũ. Secun-
dò quoniam in toto penè iure par est, scri-
pturam aliquam manu mea esse scriptam,
vel ab alio scriptã, à me subscriptã fuisse. l.
si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. in prin. vers. nisi
instrumenta. de empt. & vendit. lib. 1. §. in-
ter filium. l. diuus. §. item senatus. ff. ad. l.
Corne. de fal. sed neque Bartolus in illa. l.
nuda ratio. hoc dicit. & contrarium te-

nent Imola in illo.c.si cautio. Alexand. in illa.2.de instit. Iaſſ.in §.si minus. de act. numero.7.

19 Quartò limitabis ſuperiorem doctrinam, vt ſolùm procedat inter eaſdem partes, nam quod tertias perſonas nul confeſsio poterit obeſſe cõfiteti, eſt. l.fi. ff. de interrogat. actionibus. ex qua hoc tenet Curtius in præſenti, Decius allegans Socinum in illa.2.de inſtitu.num. 8.

20 Quintò limitabis ſuperiora, vt minimè procedant in articulis ab aliquo productis: neque enim producens articulos videtur eos fateri. Decius in illa.l.2.& ante eum Dominicus in.c.fi.de iureiu.lib.6.nu.5.

Summa rerum. L. Cùm mota.

1 Querela non præparata an tranſmittatur ad hæredes exhæredati.
2 Actiones pœnales, vel alia quæ propter litis conteſtationem fiunt, tranſitorie nõ tranſmittuntur, ſi à lite per tranſactionem receſſum ſit.
3 Sed aliud eſt, ſi à lite diſceſſum ſit propter peremptam teſtantiam.
4 Tranſmittitur querela non præparata etiã ad eos, qui ſui non ſunt.
5 Etiam ſi exheres latus deceſſerit à lite, iam hæreditate abſcripto.
6 Ius dicendi nullum non agnitum, an ad hæredes præteriti tranſmittatur.
7 Text. in l. ſi inſtituta. in princ. ff. de inoff. teſtam. intellectus proponuntur.
8 Actus in dubio modalis præſumitur, non conditionalis.
9 Niſi actus natura conditionem exigat neceſſariò.
10 Vel cùm cauſa requiritur ad originem, non ad effectum.
11 Eſt autem ſuperior regula vera, etiam ſi dicat teſtator, lego Titio ſub ea conditione, &c.
12 Atque ex his elegans Bartoli illatio declaratur.
13 Actio quæ hic Pomponijs datur, datiua eſt, non nativa.
14 Et quare non detur hic actio de dolo.
15 Declaratur text. in §. quòd ſi faciam. l. natur alit. ff. de præſ. verb.
16 Declaratur text. in. l. cùm proponas. 2. ſup. de paſt.
17 Querela inofficioſi teſtamenti, an pacto ipſo in re tollatur.

§ *L. Cùm mota.*

EXorditur Bart. l. huius interpretationem, præfatus ſubtilem eã eſſe, ſpeculatiuã, & vtilẽ. Subtilem quoq; eſſe, Paul. de Caſtro affirmauit. Sed & poſteriores omnes plurimùm legis huius difficultatem commendarunt, quæ duabus partibus diuiditur. Prima, facti ſpeciem atq; deciſionẽ continet. Secunda, conſiliũ Imperatoris, quæ eſt ibi, verùm ſi fides.

1 Primò colligo ex text. in princ. querelam inofficioſi teſtamenti ad hæredes nõ tranſmitti, etiam ſi fuiſſet præparata, nam hic præparata quidem querela fuit, quoniam mota querela mater Pomponiorũ deceſsit, quare ad hæredes trãſmitti oportuit. l. poſthumus. §. ſi. cum. l. ſequenti. ff. de inoff. teſtamen. Gl. 1. reſpondet huic difficultati, dicens tranſmittendam hîc etiam fuiſſe querelam, niſi per tranſactionem ſopita fuiſſet. Ex qua ſolutione (quã omnes prorſus receperunt) infert elegãter Bart. 1. oppoſ. omnes leges dicentes actiones aliquas effici tranſitorias propter litis cõteſtationem, quales actiones omnes pœnales ſunt. l. vnica. C. ex delict. defunct. §. non tamẽ. de per pet. & temp. act. Inſti. l. omnes pœnales. ff. de actio. & obligat. l. 1. ff. de priuat. delict. eſſe limitandas per. l. hanc, vt minimè procedant, ſi à lite per tranſactionem receſſum ſit, tunc enim interire prorſus atque occidi effectum illos inductos per litis conteſtationẽ. & ad hoc (Bartolus inquit) caſus eſt huc quem teneas mente. ſequuntur idem Bal. col. 2. in princ. dicens hoc eſſe notabile Angel nu. 2. Fulg. nu. 3. Paul. de Caſtro num. 4. Roman nu. 3. Alexã. nu. 2. Iaſſ. nu. 14. & poſteriores ſequũtur ſecundum Decium nume. 2. qui non ſatis tutum hoc eſſe exiſtimat. communem eſſe doctrinam hanc teſtantur duo Curtij hic, Senior nu. 2. Iunior nu. 4. & eſſe text. hunc in hoc ſingularem affirmat Angelus in. l. 1. ff. de priuat. delict. num. 3.

3 Ex quo conſtat maximè intereſſe an

à lite

à lite sit recessum, propter interitum instantiæ, vel propter partium renuntiationem, namque priori casu adhuc durat effectus inducti per litis contestationem. glos. ordinaria in l. properandum. §. & si quidem in glos. iudicij. C. de iudici. quam ibi sequuntur Bartolus, Baldus, Angelus, Salicetus & Iason. atque communem esse constat ex Andræa Tiraquello de vtroque retractu. §. 1. glos. 10. numero. 82. & sequuntur præterea hanc opinionem Purpurat. numero. 112. Ripa numero. 28. in l. 2. sup. de eden. è quibus posterior dicit hanc esse communem opinionem. & communem quoque esse affirmat Gozadinus ibi numero. 29. Posteriori verò casu, cùm à lite discedit per transactionem, pereunt effectus illi, vt in hac, l. quare determinat glo. ordinaria in l. 1. in glos. 1. C. de longi temp. præscript. partibus liti renuntiantibus perire litigij vitium, quo res affecta erat atque ita glossam illam declarat Bartolus ibi numero 1. esseque hanc opinionem communem affirmat Panormitanus, eam sequutus in. c. causam que. numero. 9. de testib. vbi eam sequitur Felinus numer. 27. videturque idem sensisse glos. in. c. significaverunt. in glo. fi. de test. quam ibi in hoc ita expendit Panorm. num. 7.

4 Addit glos. nostra, quòd cessante transactione hodie transmitteretur querela etiam non præparata. l. si quis filium. C. de inoff. testam. quam l. glos. hîc intelligit etiam in filijs qui non fuerunt sui defuncto, de cuius agitur hæreditate, nam agit glos. de filijs respectu matris, cui illi sui minimè esse potuerunt. l. nulla fœmina. ff. de suis. & legitim. hæred. l. illud. §. ad testamenta. ff. de bonor. possess. contra tabul. atque ita expendunt glossam hanc Salicetus, eius sententiam sequutus. item Iason numero. 15. & esse communem sententiam hanc testantur Curtius Senior num. 14. Iunior nu. 4. pro qua opinione videntur induci optimè posse verba l. illius. ibi, licet se non præparauerit ad suam posteritatem transmittet. vbi posteri omnes admissi sunt ad transmissionem querelæ non præparatæ, non solùm hi, qui sui hæredes sunt, tametsi suis hæredibus dũtaxat hoc beneficij esse largiendum existimet glos. singul. in. l. si quis affirmauerit. §. 1. in glos. haredes. ff. de dol. mal. cuius opinionis Raynerius quoque & Albericus fuisse dicuntur, sed communiter explosa est. Frater sanè cui aduersus testamentum fratris turpi persona instituta datur querela inofficiosi testamenti. l. fratris. l. fratres. de inoffic. testament. in principio. versic Sofor. Instit. de inoffi. testament. l. regia. 2. tit. 8. p. 6. etiam hodie nõ transmittet querelam non præparatam. quod Paulus numero. 3. Iason numero. 3 in illa. l. si quis filium. rectè notarunt. idem Iason in. l. scimus. §. fi. numero. 5. eo titul. Angelus in. l. hoc colore. ff. de inoff. testamento. Curtius ibi numero. 11. Cagno. numer. 14. quoniam diuersa ratio sit in fratre, quàm in filio, qui cùm per exhæredationem veluti à proprijs bonis exclusus videatur. l. 1. §. largùs. ff. de succeff. edict. facilius admittitur ad iuris remedia, per quæ ille bona illa consequi possit. Querela quoque inofficiosæ donationis non præparata, non transmitteretur ad extraneos hæredes. quòd Baldus notauit in. l. 1. vltima quæstio. de inoff. donat. quoniam illa assimilatur querelæ inofficiosi testamenti. l. fi. de inoff. donat.

5 Sed & aliud insinuat glos. hæc, quod ipse nota dignum esse arbitror. Vult enim querelam non præparatam transmitti, etiam si exhæredatus decesserit adita iam hæreditate ab hærede scripto, hic enim mater Pomponiorum decessit adita iam hæreditate. & idem quoque voluit glos. in. l. posthumus. § fi. in glo. fi. de inoff. testamẽ. sed contrarium videtur significare text. in illa. l. si quis filiũ. ibi in tali specie, quasi nolit lex illa illã dispositioné extra illã speciẽ trahi, nã quoties ipsa se continet intra certos fines, nó est lex illa extendenda ad alios terminos, etiã si eadé aut certè maior ratio sit, nisi extẽsio illa fiat authoritate alterius legis. ita enim scripsit Cyn. in. l. iubem°. vlt. quæstio.

quæstione. C ad Trebellianum. Præterea filio exhæredato qui decessit adita iam hæreditate negligentia non leuis fuit, qui querelam non præparauerit; cùm exhæredatio aditione iam confirmata fuerit. sed opinio glos. verior est, communemq; esse affirmat Claudius nu. 4. namque in. l. si quis filium. deciditur casus magis dubitabilis, de transmittenda querela, non adita hæreditate: nam adita hæreditate, facilius fuit querelam transmitti; vt quæ iam exhæredato competebat. argumento text. in. l. traditio. iuncta. l. substitutio. ff. de acqu. rer. dom. Neque filio potest imputari, qui non egerit querela, sciebat enim ad quinquennium. sibi durare. in princ. Inst. de inof. testament. Sequor igitur opinionem hanc.

6 Sed an ius dicendi nullum si non fit agnitum à præterito, ad hæredes eius, sicut & querela pertineat. Et ex potentia sui hæredis, ad hæredes transmitti scripsit Baldus (quem in hoc quotidiè Salmanticæ laudabamus) in. c. fascitatus. numer. 9. versiculo. porrò ius dicendi nullum est perpetuum. de rescript. vbi in hoc allegat textum elegantem in. l. vxoris abortu. C. de posthum. hæred. instituen. & tenent eandem sententiam idem Bal. in. l. in suis. 11. oppos. ff. de liber. & posthu. idem Bal. in. l. filio præterito. col. penult. ff. de iniust. rup. l. mola ibi nu. 65. idem Bald. in. l. 2. nu. 8. de liber. præter. & in. l. si ille. 5. quòd si quem. nu. 2. de decur. lib. 10. Idem Baldus in. l. si fratris. nu. 3. C. de iure deliber. & ante Bald. Albericus in illa. l. filio præterito. fin. colu. idem Albericus in. l. scimus. de inofficios. test. numero. 2. & tametsi contrarium tentauerit Iason in præsenti nu. 16. & in. l. si infanti. numer. 16. de iure deliber. Baldi opinionem defendunt, eam sequuti Claudius, & Curtius Iunior, vterque numer. 5. & eam quoque sequutus est idem Iason in. l. si à primo. nume 6. ff. de liber. & posthum. dicens Baldo in hoc neminem contradicere: Socinus ibi ante Iasonem num. 2. Iason. in. l. si arrogator. nu. 12. vers. ex his non quiescit animus. ff. de adopt. idem Iason in. l. emancipata. numero. 24. C. qui admit. Guillelmus Benedict. in. c. Raynuntius. verb. mortuo itaque testatore. 2. num. 149. de testament. Antonius Gometius libro primo variar. resolu. c. 11. num. 8. vt non dubitem communem esse sententiam hanc.

7 Secundò collige ex text. ad querelam transactione extinctam redire non posse eos, quibus illa competebat, etiam si scriptus hæres conuentionem non impleat ex parte sua. sed contra text. hunc allego ipse text. in. l. si instituta. in principio. ff. de inoff. testam. glos. 4. in parte. per vos. soluit hanc difficultatem dicens, quòd matri ipsi Pomponiorum daretur quidem regressus ad suam querelam, sed filijs ipsius non datur, quoniam difficilius est ad eos transire remissa iam præparatione per transactionem. & hunc intellectum sequuntur Petrus & Cynus. 4. oppos. Angelus numero. 2. Fulgosius num. 3. Saliceatus & Alexander numer. 6. qui hanc solutionem veluti tutiorem sequendam esse existimat. & esse communiter approbatam testantur Iason. numero. 18. Decius numero. 5. Curtius Senior numero. 16. Iunior numero. 8. Alciatus numero. 11. & iterum numero. 19. Claudius numero. 5. Rationem differentiæ in eo constituunt, quoniam facilius ipsimet exhæredatæ personæ debuit dari regressus, quàm filijs eius, quoniam ipsa persona exhæredata iniuria affecta fuit. l. Papinianus. in principio ff. de inoff. testamen. Secundus intellectus ad. l. si instituta. est glos. in præsenti. quòd ibi fuit facta renuntiatio sub conditione, si fides renuntianti seruaretur, quare fide transactionis ab scripto non seruata, meritò querela intenditur. qui intellectus, neque ipsi glossatori placet, & Bartol. licèt verum esse dicat, veluti diuinantem reijcit, & cùm ibi non satis constare possit fuerit facta renuntiatio sub conditione 8 vel modo, in dubio capienda præsumptio est, vt sub modo nó sub conditione fuerit

actus

actus celebratus. l. quæro. §. interlocutorem. ff. locat. qui text. hoc probat ibi profuturam locatori doli exceptionem. nam si conuentio censeretur celebrata sub conditione, exceptione opus non esset locatori, vt Seium conductorem pœnam petentem amoueret. atque ita tex. illum inducit Bart. in præl. nu. 2. dicens ex eo tenere doctores dispositionem in dubio censeri sub modo factam, non sub conditione. & ante Bart. fuit hæc sententia Cyni. 4. oppos. ita etiam text. illum inducentis. & communem esse doctrinam hanc testantur Alexand. nu. 8. Decius nu. 7. tenet eam Iacob. 7. Iass. num. 20. allegans eiusdem opinionis authores, Bal. Ang. & Paul. & communem esse testatur præterea Alexan. consi. 9 103. nu. 4. vol. 1. & Fulgosius in præl. nu. 4. inquit sententiam doctorum sibi placere, non per text. in §. inter locatorem, quoniam verbũ exceptiuum illius. l. interpretatur Fulgosius de intentione facti, & exceptionis, iuxta gloss. in l. qui se debere. ff. de condict. ob caus. l. 2. ff. de except. Sed communem hanc resolutionem Fulgosius inquit melius probari in l. si pro fundo. §. eo. sed reuera hoc benè probat tex. in illo. §. inter locatorem. & tex. pulcher. in. l. cùm ab eo. ff. de contra. empt. Sed contra hanc Bar. & aliorum opinionem est text. in. l. à testatore. ff. de cond. & demonst. vbi actus potuit videri conceptus & sub modo & sub conditione, & tamen refert ibi Scæuola Claudium magno ingenio respondisse in dubio conditionem inductam fuisse. et in hoc notat Imola text. illum nu. 2. verba in dubio esse interpretanda vt inducãt cõditionem non modum addit ille fortasis hoc alibi non inueniri melius quàm ibi. Sed illi textui respondent Alexan. in præl. num. 8. Iass. num. 20. ex natura ablatiui ab soluti inductam ibi fuisse conditionem potius quàm modum. l. cui fictus agris. ff. de vsur. cui solutioni & Curtius acquiescit numer. 16. Secundò respondit Iass. ex Cumano in illa. l. à testatore. legem illam velle, vt actus in dubio modalis sit interpretandus, non conditionalis, quæ solutio nil est. Tertiò respondit Curtius Senior nume. 23. textum illum agere in vltimis voluntatibus, hunc in contractibus: sed hanc solutionem rectè improbat Lancellotus, generalis enim est doctrina Bart. pro omnibus dispositionibus, sed prior solutio verior est.

Doctrinam hanc limitat ipse Bart. non procedere, quoties actus ipse necessitate naturaq; sua conditionem importaret, vt si dicat quis, promitto tibi centum pro dote, nam sub conditione promissor hic videtur obligatus, si matrimoniũ sequutum fuerit. l. stipulationem. l. promittendo. ff. de iure dot. l. 4. §. fi. de pact.

10 Secundò limitat Bal. in præl. 2. oppos. vt non procedat generalis hæc doctrina, quando causa requiritur ad originem, nam hoc casu dispositio erit interpretanda conditionalis, non modalis, secus si causa ad effectum requiratur. allegat text. in. l. cùm tale. §. 1. ff. de condit. & demonst. & eius doctrinam tenet Alexand. numer. 8.

11 Superioribus tu adde vsqueadeò dispositionem omnem modalem præsumi, non conditionalem, quòd si testator ita dicat, lego tibi centum sub ea conditione vt hoc facias, actus non erit conditionalis, sed modalis. l. ea conditione. C. de rescinden. vendit. l. quoniam. C. de rer. permut. l. cùm res. C. de donat. l. societatem. in principio. ff. pro so. l. Mæuia. ff. de manu. test. & que Bartol. notauit in. l. quibus diebus. §. Termilius. numer. 5. ff. de condit. & demonstr.

12 Vltimo loco inducit Bartolus doctrinam hanc ad huiusmodi quæstionem, si offensus ipse dicam offensori, remitto tibi actionem iniuriarum pro centum, nam actio iniuriarum videtur sublata, etiam antequam soluantur mihi illa centum, duabus rationibus. Prior est, quòd actio hæc, cùm ex maleficio descendat, per pactum ipso iure tolli potuit. l. si tibi. §. quædam. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

Posterior

Posterior ratio est, quòd in dubio verba hæc sub modo, non sub conditione sint accipienda, & modalis actus ea est natura, vt minimè suspendat effectum dispositionis, sed ipso iure inducatur. l. quibus diebus §. Termilius ff. de condit. & demonst. quare in. l. si instituta. non est præsumendum, renuntiationem fuisse factam sub conditione, sed potius sub modo. vnde intellectum glo. quem & Bartolus reprehendit, dicit esse communiter reprobatam Claudius nu. 7.

Tertiò soluit gl. in. l. si instituta. querelam fuisse præparatam, hic haberi pro non præparata. quæ solutio nil est, nam cùm mater ibi viuat, nil est cur querelæ præparationem curemus.

Quartus intellectus fuit quorundam recentium scriptorum, quos suppresso nomine allegat Andreas Alciatus libr. Paradox. 5. cap. 6. qui arbitrati sunt legem. si instituta. hoc Alexandri Imperatoris responso esse correctam, quod Alciatus ipse rectè improbat.

Quintus igitur intellectus est, ipsius Alciati ibi existimantis in l. si instituta. regressum esse ad querelam, quoniam pacto nudo renũtiatio fuerit facta, hîc nõ esse, quoniam renuntiatio ita fuit concepta, vt ex ea querela sublata fuerit. sed communis intellectus verior est, & cæteris tutior esse videtur.

13 El gl. danda. tu collige actionem præscriptis verbis quæ Pomponijs hîc conceditur, datiuam esse non natiuam. sed glo. opinio in hoc est magis communiter reprobata. teste Iaſſ. nu. 22. Claudio. 17. Natiua enim est; habens transactionem materiam præexistentem vnde oriatur. Notarũt autem omnes hinc vulgarem illam differentiam actionum natiuarum & datiuarum, quam & ipse glo. hanc interpretatus solebam explanare, sed quoniam explicita à me fuit in his quæ ad §. at cum do. l. naturalis. ff. de præscrip. verbis. scripsi nu. 10. hoc in loco missam facere constitui.

14 Deinde contra text. hunc ego ita argumentor, Dicitis hîc competere Pomponijs actionem præscriptis verbis, quod videtur constare minimè posse, quinimo actionẽ de dolo competere, quoniam fuit hîc celebratus contractus, facio vt des, discedo à lite, quam super querelam institui, vt mihi des certam bonorum partem. l. naturalis. §. quòd si faciam. ff. de præs. verbis. Gl. si in principio tangit hanc difficultatẽ, dicens hic non fuisse celebratum contractum, facio vt des, sed do vt facias, licèt mater Pomponiorum præuenerit in faciendo. idemque colligit glos. suscipere. idque ex litera text. videtur constare ibi, ita vt partem. cùm igitur fuerit contractus do vt facias, meritò datur actio ordinaria præscriptis verbis. vult igitur glo. hæc contractus hos innominatos, à modo ineundi cognominari, idemque semper docuit Accursius alijs existimantibus, à modo implendi esse denominandos. Sed veriùs receptiusque est, quod Bartolus quendã Bartolucium sequutus, semper arbitratur, contractus hos duplicem habere inspectionem, nam ex parte eius quem oportet dare est, do vt facias, ex parte eius quem oportet facere est, facio vt des, atque ita relatis omnium sententijs hac in re pluribus ipse resolui in. l. naturalis. §. sed si facio. nu. 5. ff. de præscrip. verb. vnde petenda erunt huic loco necessaria.

15 Quare videbatur actionem præscriptis verbis hic non oportere dari sed de dolo, cùm ex parte matris Pomponiorum fuerit celebratus contractus, facio vt des, discedo à lite, vt mihi des certam bonorum partem, & eadem actio Pomponijs ex persona matris debuit competere. l. 24. ex his. ff. de verbo. obligat. sed Bar. respondet nu. 4. actionem de dolo in cõtractu, facio vt des, solùm eo casu competere, cùm ex implemento facientis nil emolumenti quæritur alteri parti, vt si ego centum tibi dem, vt pro me in plateam nudus incedas, nam si ieris tu, cessat hic contra me actio præscriptis verbis, quoniam illa, & actio in factũ dantur propter naturalem æquitatem, ne

cum

cum iactura mea locupleteris. l. quoties. iũ
cta. gl. in ff. de præſ. verb. Sed ſi nil tibi adſit
ex facto meo, ceſſat æquitas illa naturalis, cui innititur actio præſcriptis verbis,
& ideo datur actio de dolo. hanc Bart. do
ctrinã ita reſtringẽtis tex. in illo. §. q ſi faciã.
ſequũtur prope oẽs in præſenti. Tametſi
Alciat. nu. 2. ſuccenſens doctoribus, dicat
eorũ ſententia generale Pauli reſponſum
ſubuerti, nec tantùm illis licere, vt interpretatione ſua textuũ verba corrumpant. ſed
communem eſſe Bar. ſententiam pluribus
probaui in illo. §. quòd ſi faciam.

16 Deinde eadem gloſſa opponit contra
text. hunc textum in. l. cùm proponas. 2.
ſup. de pact. vbi facta ſuper quadam hæreditate tranſactione, ſi vna pars non ſeruet
tranſactionem, alteri ius ſuum integrum
manet, ſicuti ante tranſactionem competebat. Huic difficultati reſpondet gl. quòd
cùm hic contra filios inducatur, ne ad eos
pertineat matris querela etiam præparata,
hoc & pro eis inducitur, vt detur illis actio
præſcriptis verbis. Sed hæc ſolutio licèt Bar.
eam ſubtiliter ſuſtineat nume. 7. nil eſt: maior enim fauor illis impenderetur, ſi ad antiquam ſuam querelam aditum haberent.
Quare iterũm ſoluit gl. ibi vel dic. ſpeciale
eſſe rationẽ querelæ, quòd ideo in præſenti non eſt regreſſus ad antiquam querelam, quoniam illa fuit per tranſactionem
ſublata, quod non fuit in. l. contraria.

17 Ex qua ſolutione tu collige, quòd ſicuti actiones pœnales deſcendẽtes ex maleficio pacto tolluntur ipſo iure. l. ſi tibi. §. quędam. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. ita etiam
querela tollitur ipſo iure. Sed hanc opinionem reprobat Bartolus nume. 7. namque
ſi vera eſſet, nec ipſi matri Pomponiorum
liceret ad querelam redire, quod eſt contra
l. ſi inſtituta. & querela non tollitur ipſo
iure, quoniã nõ naſcitur ex delicto. quare
interpretes omnes gloſſam hanc reprobarunt, ex quibus Alexand. num. 10. Rimin.
ſi. col. Curtius Senior nume. 29. Claudius
num. 17. teſtantur gloſ. eſſe communiter
reprobatam, & præterea Alciatus lib. 5. paradox. c. 6. col. ſi. Quòd verò ad. l. cùm proponas, attinet, vera omnium præſentiũ ſolutio eſt, ibi actionem primam non fuiſſe
extinctam per tranſactionem, at in præſenti querela præparata non fuit, aut certè præparatio per tranſactionem fuit exinanita,
quæ concordia omnibus probata eſt, teſte Curtio Iuniori num. 29.

Summa rerum. L. Tranſactionis placitum.

1 *Procurator conſtitutus ad agendum, non poteſt tranſigere.*
2 *Et eadem ratione eccleſiarum prælati non tranſigunt ſine conſenſu capituli.*
3 *Ratio dubitandi ac decidendi ad hanc. l. proponuntur.*
4 *Procedit autem ſuperior annotatio, etiam ſi in procuratione contineatur clauſula ratificationis (quòd aiunt.)*
5 *Sed neque compromittere procurator poteſt, niſi habeat ſpeciale mandatum.*
6 *Et an id quoque in compromiſſo neceſſariò procedat.*
7 *Habens mandatum ad compromittendum, an poſſit tranſigere.*
8 *Procurator ad pecuniam exigendam, an poſſit terminum ſolutioni præſcriptum prorogare.*
9 *Declaratur text. in. §. ſi quis profeſſus. l. ſi. ff. de publ. & vectig.*
10 *Dux exercitus an poſſit pacẽ inire cũ aduerſario*
11 *Et an fœdus ad diem percutere.*
12 *Declaratur gl. 1.*
13 *Declaratur gl. actionem.*
14 *Caſus aliquot proponuntur, in quibus procurator poteſt tranſigere.*
15 *Procurator etiam cum libera non tranſigit ſuper re ardua.*
16 *Mandatum, cum libera, nunquam præſumitur.*
17 *Habens mandatum vt poſſit facere quicquid velit, an videatur habere mandatum cum libera.*
18 *Si procurator efficiat meliorem conditionem domini tranſactione, an ſit ſuſtinẽda tranſactio.*
19 *An valeat contractus eccleſiæ vtilis factus ſine ſolennitate.*
20 *Ad debiti exactionem ſicut ad tranſactionem requiritur ſpeciale mandatum.*
21 *Declaratur text. in. l. filiæ. ff. de ſolut.*
22 *Procurator de cuius mandato non conſtat, non exigit debita cum cautione rati.*
23 *Declaratur text. in. l. ſi ſine. §. cùm autem. rem ra. hab.*
24 *Coniunctus non exigit ſine mandato debita cõiuncti etiam prodigi vel minoris.*

25 *Habens mandatum ad locandum vel vẽdendum, an pretium locationis vel venditionis exigat.*
26 *Procurator ad exigendum, an possit accipere ab sponte soluentibus.*
27 *Et quid econtrario.*
28 *Mandatum ad exigendas pecunias, exigit scripturam.*
29 *Idem iam esse receptum in procuratorio.*
30 *Procurator non prorogat diem solutionis sine speciali mandato.*

¶ L. Transactionis placitum.

NOn diuiditur tex. hic, summatim hoc continet. Procurator ad agendum non potest
1 transigere. idem probat text. in. l. non abstulit. C. de nouat. vbi procurator constitutus ad agendum, non potest liberare accepta aliqua debiti parte debitorem. idem probat text. in. l. sed si tantum. ff. de pact. vbi notat Bald. nume. 3. qui. l. illam interpretatur sub. l. nam & nocere. procuratorem constitutum ad accusandum, non posse facere pacem cum accusato. idem probat text. in. l. hoc iure. ff. de solut. in. c. qui ad agendum. de procurat. libr. 6. vbi ad transigendum non admittitur procurator, nisi habeat speciale mãdatũ. Qua ratione prælati, qui veluti procuratores
2 sunt ecclesiarum. non possunt transigere sine consensu capituli. c. cõtingit. de transact. conuenit autem & huic legi, lex regia. 19. tit. 5. par. 3. item. l. 6. & 13. tit. 10. li. 1. forolegũ. Qua ratione receptores bonorum cõfiscatorum ab inquisitoribus constituti, ad ea bona exigenda, transigere super illis minimè possunt, quòd instructio Toletana prospexit. c. 23. cuius meminit doctissimus episcopus Ciuitatensis in instit. cath. c. 9. num. 123. Fuit autem ratio dubitandi ad. l. hãc. quoniam procurator ad causam
3 aliquam agendam constitutus, videtur habere mandatum etiam ad audiendam sententiam. l. qui procuratorem dat. ff. de procurat. Solemus autem argumentari de sententia ad transactionem. l. non minorem. ĵ. eo. Alciatus col. 1. quam optimè huic rationi dubitandi satisfacit, dicens eam esse mentem contrahentium, vt sententiam audiat procurator, non vt à lite transactione discedat.

4 Ampliabis tu modò legẽ hanc, vt procedat etiam si in mandato procuratoris contineatur clausula ratificationis, nã clausula hæc non tanti est, vt ad ea extendatur, pro quibus requiritur speciale mandatũ. gl. singularis. in. l. si procuratorem absentem. ff. de procu. in. gl. ratum. quam ibi notat Angel. nu. 4. dicens non esse alibi opinionem illius glo. tametsi ipse ab ea discedere videatur. & eam sequuntur Paulus ibi nu. 4. Iaſſ. in præl. nu. 8. allegans alios idem tenentes. Angel. in. l. si procurator. nu. 2. ff. de condi. indeb. dicens. gl. illã esse singularem. & idẽ voluit gl. in. c. per tuas. de arbit. in fine. alia in. c. contingit. de transa. alia in. c. cùm dilectus. in gl. procuratiõe. de relig. domi. Bart. in. l. 1. q. 1. ff. de off. proc. Cæs. vbi Ias. nu. 21. Orosc. nu. 12. opinionẽ hanc communem esse testantur, eam sequuti. & communem esse opinionem hanc eam sequutus testatur Alexa. in. l. si procurator. nu. 5. de procurat. C. vbi idem Iason ibi nu. 11. communemque esse allegans multos testatur doctissimus episcopus Segobiensis lib. 1. variar. resolution. c. 6. num. 4.

5 Ex ratione autem legis nostræ notant omnes, neque compromittere procuratorem posse, nisi speciale ad hoc mandatum habeat, transactionis enim species est compromissum. glos. 1. in fine. in. l. sub prætextu. 2 ĵ. eo. vbi ipse plura addam. Secunda ratio est, quoniam sicuti transactio, ita nec compromissum sine speciali mandato fieri potest. c. per tuas. de arbit. Tertiò, compromissum est species quædam alienationis. c. cum tempore. de arbit. vnde minor hoc ipso, quòd compromisit, videtur læsus, vt iam aduersus compromissum restitui possit. l. si minor. ¶. minores. ff. de min. quare hanc opinionẽ tenẽt Bal. Sali. & Paulus de Cast. nu. 2. Alex. nu. 1. Iaſſ. nu. 2. Iaco. nu. 1. Claud. nu. 1. Dec. nu. 3. & cõmunè esse hãc opinionẽ testãtur Alciat. nu. 4. Curt.

Iunior

Iunior numero. 6. eam sequuti. & fuit hæc sententia Bartoli in. l. mandato generali. numer. 1. vers. & ex hoc nota. ff. de procurat. quo in loco Angelus de Perusio num. 1. existimat hoc esse intelligendum, si fiat compromissum in arbitratorem, sed in arbitrum iuris existimat ille procuratorem posse cõpromittere. Verùm hæc Angeli sententia est magis communiter reprobata à doctoribus in præsenti, quod Alciatus affirmat numer. 5. & est quidem opinio hæc communis verissima, maximè attento iure huius regni, quo sententiæ arbitrorum pariunt actionem iudicati, atque statim mandantur executioni lege Madritij, condita pragmatica Toleti anno. 1539. petitione. 8. nisi de modico domini præiudicio agatur, quo casu licebit huiusmodi procuratori compromittere. Angel. in illa. l. mandato. num. 1. Decius in præs. num. 8.

6 Secundò limitabis communem opinionem non procedere in compromisso necessario, iuxta formam statuti, hoc enim casu procurator statuti necessitatem sequutus poterit compromittere. Antonius ab Alexan. & Iass. numer. 3. & affirmat teneri omnes hanc opinionem Alciatus numer. 22. qui vnum Decium excipit. & sequuntur eam multi authores quos allegat Petrus Dueñas Salmanticensis regul. 36. nume. 5. quorum ea ferè sunt rationes, quòd hi arbitri cõpromissarij loco iudicũ ordinariorum habentur. Bartol. & posteriores in. l. cùm specialis. de iudici. Secundò, quoniam in mandato generali procuratoris venit id omne, ad quod mandans iure vel consuetudine compelli potest. l. benè à Zenone. vbi id notant Bald. & Angelus. C. de quadrie. præscript. Tertiò, quòd interuentus procuratoris non debeat deteriorem facere conditionem aduersarij. l. 25. defendi. ff. ex quibus caus. in poss. eat. Quartò, quòd illudi posset necessitati statuti si vellet quis comparere per procuratorem. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. atque hæc opinio mihi placet.

7 Sed an qui habet mandatum ad compromittendum, possit transigere, & econtra. Et fertur quidem Hieronymus Tortus in præsenti determinasse, vt non possit, cuius opinionem Iass. probauit nu. 6. Alciat. nu. 13. contra Decius nu. 7. Claudius nu. 6. inter hos mediam viam eligit Curtius Iunior num. 7. dicens, eũ qui potest ex mandato transigere, posse multò magis compromittere, sed habentem mandatum ad compromittendum, transigere non posse, quoniam actus hic præiudicialis magis sit, vt qui explicari nõ possit, nisi dato aliquo vel retento. l. transactio. ff. eo. Ego verò etsi Philippus Decius suã aduersus Iassonem, opinionem Alexandri quoque, & Cornei authoritate fulciat, à Iassone non discedo, qui videam fines mandati religiosissimè esse obseruandos. l. diligenter. ff. mandat. neque valet actus procuratoris sine mandato, licèt actus illius facultas mandato inclusa videretur. l. si itaque. ff. de iureiur. l. si procurator. ff. de procurat. atque non solùm mandatum, sed & mandati qualitatẽ 01
seruari oportet. c. cùm venissent. vbi id notat Bal. nu. 3. de eo qui mit. in poss. caus. rei seruan. & sicuti sententia non valet contra mandatum lata, ita neque contra mandati qualitatem. c. Pisanis. de restit. spoliat. vbi id notat Panormit. nota. 4.

8 Notarunt præterea nonnulli argumento huius legis procuratorẽ ad recipiẽdam solutionem destinatũ terminum debitori prorogare non posse, nam huic conuentioni transactio quædam inesse videtur. & hoc probarunt etiam ex tex. eleganti. in. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de ver. oblig. vbi hoc notat Bar. statim in princ. & habet locũ tex. ille in quocũq; ad ministratore veluti præside, tutore, vel similibus, quibus minimè licet debitorib⁹ tẽpus solutioni prescriptũ prorogare. Bal. & Sal. in. l. pactũ curatoris. sup. de pact. vbi Alex nu. 6. testatur hanc esse cõmunẽ opinionẽ, & Alexandri testimonio, idẽ affirmat Tiraquell. allegãs alios de retrac. conuẽt in fine. nu. 18. & procedit quidẽ tex. in illo. §. Callimachus etiã

si procurator habeat mandatum cum libera. ita enim practicari & obseruari testatur Carolus Molinęus in consuetud. Paris. titu de materia feud. §. 27. nu. 4.

9 Sed his obesse videtur textus elegans in l. fi. §. si quis professus. ff. de publi. & vectiga. vbi licet publicano vectigal remittere mercatori. & cùm variè Barto. Cuman. Imola, Roman. & Paul. de Cast. text illum in proprio loco intellexerint, atque idem in illo. §. Callimachus. vbi vterque Imola, Socinus & Iass. eundem text. interpretari conantur, existimo verum intellectum esse existimantium ibi nil remisisse Publicanum, sed quoniam eius permissu vectigal mercatori non soluerit, merces non amissurum, superesse autem fisco aduersus Publicanum, & eius fideiussores vectigalis exactionem: cùm enim Publicanus iudex à republica ipsa in eam rẽ fuerit cõstitutus, eius iussus partem à pœnæ commissione potuit excusare. l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui not. infami.

10 Vltimò ex hac l. & illud multi obseruarunt, Ducem exercitus alicuius, cui gerendi belli potestas à principe facta est, nõ posse cum hoste fœdus inire. quòd ex allegata l. mandato generali. de terminat. Bart. in l. conuentionum. nu. 2. ff. de pact. quarationem iure suo senatus populusque Romanus fœdus cum Iugurtha Numidię Rege ab Aulo Romano Imperatore percussum, rescidit, quòd Sallustius retulit his verbis: Senatus ita vti par fuerat, decernit. suo atque populi iniussu, nullum potuisse fœdus fieri, Tribunus quoq; plebis rogationẽ ad populũ promulgauit, vti quereretur in eos qui de pace aut bello cũ hostibus pactiões fecissent. Idẽ constat ex Liuio lib. 2. de bello Maced. ad finẽ ex illis verbis, Nam neq; sine authoritate Senatus quicquam eorũ ratum fore, qui cum Rege ipsi pępigissent.

11 Sed inducias an possit inire. Et glo. si in illa l. cõuentionum. existimat inducias eũ inire posse, siue ad longum tempus fiant, siue ad breue. & eam sequitur Bar. sed Bar. reprehenduntibi Angel. Paulus. & Iass. & communiter reprehendi ex Oroscio constat nu. 8. quam Fulgosius & Iacobi. nu. 3. sustinent, si ad breue tempus inducię fiant ob belli ipsius necessitatem, vt putà, vt cõmeatus inuehantur, vt desideratorum in acie corpora humo dentur, vt vulneribus sauciorum medicamina adhibeantur. Et hanc limitationem posteriores omnes sequuntur. qui & alias duas addunt, si sit ille dux cũ libera, vel qui locũ tenentis vices gerat. Retulit autem Aemilius Ferretus ibi nu. 7. exempla quædã, quibus testatur populũ Romanũ fœdera à Ducibus percussa irrita habuisse, quoniam illis pacis transigẽdæ potestas a Repub. facta non fuerit.

12 Gl. 1. exponit, placitum. i. pactum. Est enim dictio hæc in hanc significationem frequens iureconsultis, frequentior Imperatoribus.

13 Gl. actionem exponit. i. actum siue exercitium. quæ expositio facta est timore imminentis difficultatis, nam qui mandat actiones videtur cedere vtiles. l. 2. de act. & oblig. j. quare videbatur procurator hic in rem suam factus.

14 Gl. fi. ponit tres casus, in quibus nõ procederet hæc lex. Primus est, in habente speciale mandatũ, hic enim iure optimo poterit transigere. Secũdus est, in habente mãdatũ in rẽ propriam. Tertius est, in habente mandatũ cum libera. & probantur hi casus legibus in gl. allegat. Sed hic tertius casus accipiendus est, si procuratori mandatum sit cum libera, in lite, & causa, nam si solùm in lite, de lite posset procurator transigere, non de causa. quod Paulus de Castro nu. 2. Iass. num. 7. obseruarunt, quibus ipse libenter accedo.

15 Secundò est accipiendus casus hic, præterquam si procurator cũ libera velit transigere super re valdè præiudiciali, hoc enim nõ licere in specie huius text. notarunt Carolus Molinęus in consuet. Paris. tit. 1. §. 10. q. 3. Diegus Couarruuias à Leyua in ru. de testamen. 2. par. nu. 14. ver. ex quo fit. existimant enim illi ex cõmuni stylo notariorũ clausulam hanc, cum libera, instrumentis

potiùs

potiùs inferi, quàm ex mandatorum consensu. Sed nos aliter iudicamus, censemus enim clausulas omnes instrumentis contentas, ex consensu, mandatoque contrahentium fuisse propositas. Quibus tu illud addes, nunquàm præsumi mandatum factum fuisse cum libera, nisi specialis de ea re concessio appareat. l. quam Tuberonis. in princip. vers. alia causa. ff. de pecul. quem text. dicit esse meliorem de iure ciuili in hoc Baldus in c. contingit. nu. 2. de transaction. nisi mandatum ab vniuersitate aliqua vel collegio fiat, quod probatur in. l. præses. §. eo. vbi præses potest transigere nomine ciuitatis, habet igitur potestatem cum libera, aliter minimè transacturus, vt in hac lege. & enim text. expendit Baldus ibi: vers. nota duo. & perpetuò hoc esse corde tenendum existimat Iaff. in. §. in bonæ fidei. numer. 5. de actio. Instit. Addit Corneus hume 2. quæ tum casum in procuratore generali, sine libera, si dominus solitus sit cõcedere procuratoribus facultatem transigendi. argumento l. vel vniuersorum. ff. de pig. act. l. procurator tutorum. ff. de procurat.

17 Sed an qui mandatum dedit ita vt procurator posit facere quicquid dominus ipse facere posset, videatur dedisse mandatum cum libera. Et videri existimat Barto. in. l. procurator cui generaliter. numer. 3. ff. de procurat. sed Bart. opinionem communiter reprobatam esse affirmat Augustinus Berous quæstion. 5. Ego Bartoli sententiã sequi malo, motus non tam eius authoritate (licèt ea sit grauissima) quàm decisione text. in. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. vbi in mandato de quo agit Bart. solùm videtur exceptus dolus, tametsi alia verba quoque sint mutua. l. ex quibus consensio cum libera colligi potuerit.

18 Sed an si procurator hîc vtiliter transegerit, melioremque domini conditionem transactione fecerit, valeat transactio. Et non dubitauerim si ratam dominus habuerit transactionem antequam aduersarius resiliuerit transactionem conualescere: nam etsi à principio speciale mandatum ad transigendum requiratur, ratihabitio tamen & in his quæ speciale mandatum exigunt, retrotrahitur. l. quòd si tali. ff. de minor.

19 Nam & eodẽ argumento si minor contrahat, vel quemcunque actum gerat sine tutoris authoritate, si actus ille vtiliter à minore gestus sit, iure optimo valebit. l. non ideo dominus. de procurat. ¶. Ecclesia quoque, quæ sine certa solennitate res suas minimè alienat. c. sine exceptione. 12. quæst. 2. si vtiliter sine illa solennitate contrahat, valiturum contractum, argumento est text. elegans. in. l. cùm hi. §. eam transactionem. ff. hoc titulo: quo probatur, transigentem super futuris alimentis sine prætore rectè contrahere, si transactione illa conditionem suam fecerit meliorem. Colligit inde gloss. ibi. verb. alimentarius. propositionem, quam in Ecclesia supra firmaui. de cuius gloss. opinione ipse multà proponam. in. l. fi. ¶. pró emptore.

20 Notarunt autem plærique omnes hoc in loco, casus quosdam, qui per procuratores, à quibuscunque cõstitutos sine speciali mandato explicari non possunt, qui plures sunt, quàm vt iusti interpretis diligentia enumerari queant. Sed ipse vnum hîc repetendum censui, quia sui esse potest, quoniã frequentior est, magisq; de eo solet dubitari. Sicut igitur ad transigendum, ita ad debitum alienum exigendum, requiritur speciale mandatum. dicit vero procuratori. l. hoc iure. ff. de solut. h. 7. tit. 14. p. 5. cumque coniunctus sine mandato ad negotia coniuncta admittatur. l. sed & hæc. in princip. ff. de procurat. ad exigenda tamen debita non admittetur sine speciali mandato. l. 3. ff. solu. matrim. l. qui hominem. §. si gener. ff. de solut. l. 3. §. sed si fortè. ff. iudicat. solu. imò neque pater debita filij, sine filij speciali mandato potest exigere. l. 2. ff. vt legat. seu fideicommiss. nom. caueat. ex quo text. constat id esse accipiendum, etiam si coniunctus cautionem rati offerat. Sed neque mater filij debita exiget sine speciali

mandato. l. qui aliena. §. quanquam. ff. de negoc. gest. cui text. videtur text. alter maximè aduersari. in. l. filiæ intestato. ff. de solut. pro quarum legum difficultate explicanda gloss. in illo. §. quanquam. verbo. liberat. inquit in. l. filiæ intestato. matrem exegisse debita filij, quoniam illa originem duxerant ex contractu gesto ab ipsa matre filij nomine. hunc gloss. intellectum glo. sequitur ibi Albericus, & eum quoque repetit inter alios gloss. in. l. filiæ intestato. verb. liberatos. vbi eum sequuntur Oldradus, & eum referens Albericus, dicens eam esse veram solutionem Bartol. ibi nume. 1. dicens hanc esse veram solutionem, & notandam. & eam sequuntur Angelus & Paulus de Castro. Sed neque maritus debitum vxoris sine illius speciali mandato exiget. l. cùm maritum. de solut. 21

Procurator quoque, de cuius mandato dubitatur, etiam si cautionem præstet dominum exactionem ratam habiturum ad debita aliena exigenda, non admittitur. gloss. singularis. in. l. non solùm. §. qui alieno. in gloss. debet ibi. idem dico. ff. de procurat. & gloss. illius opinionem sequuntur Guillelmus de Cugno. & eum referens Angelus num. 3. Baldus nume. 3. eam gloss. opinionem sequuntur Petrus de Bellapertica, & hunc referens Cynus in. l. 1. quæstion. 9. de procurat. C. & sequuntur eandem opinionem Raynerius de Forliuio. ibi. quem refert Alexand. nu. 12. Odofred. & Albericus num. 6. Bald. fi. quæst. Fulgos. fi. col. & testatur eam opinionem esse communem, eam sequutus Franciscus Curtius ibi num. 9. Sequitur eam Faber ibi col. 3. vers. sed an cum cautione. & fuit hæc opinio Azonis in Summa de procurat. nume. 23. quam sequitur Paulus de Castro in. l. si fine. §. cùm autem. nume. 2. ff. rem rat. hab. dicens hanc opinionem sibi placere, & veriorem esse. pro qua videtur text. in aut. de collat. §. eos autem. coll. 8. tametsi text. ille in exactore publici tributi loquatur, in quo quæstio hæc minimè dubia esse videtur. 22

Est tamen contra hanc opinionem communem tex. in. l. si fine. §. cùm autem. ff. rem rat. hab. vbi procurator, de cuius mandato dubitatur, exegit domini debitum cum sola rati cautione, quod rubrica illa suadet. quare Bartolus ibi propter eum text. ab opinione gloss. in. §. qui alieno. discedit. & eandem opinionem contra gloss. tenet ipse Bartolus in §. qui alieno. quam etiam sequuntur Angelus in. l. vero procuratori. nume 1. Alexand. num. 12. Iaff. col. 1. vers. quinto limita. in. l. 1. de procurat. Ancharranus, quem nemo horum citat in c. 1. nu. 7. de procurator. Inducitur præterea contra hanc opinionem gloss. text. in Lapud Iulianum. §. vtrum. ff. ad Trebell. vbi procurator iure optimo cogit hæredem scriptum adire hæreditatem, & sibi restituere; quòd si periculum scriptus timeat, cauendum huic esse per procuratorem. quare eandem opinionem ex ea. l. contra gloss. tenent ibi Ioannes de Imola & Alexander num. 4. quam sequutus quoque videtur ibi Claudius nume. 2. & testatur hanc opinionem esse communiter approbatam, eam sequutus Roderi cus Xuarez in. l. post rem iudicatam. §. quia supra visum est contra quos. nume. 25. Ego verò gl. in. §. qui alieno. & veram & communem esse existimo, & eam sequor propter grauitatem huius negotij, ne aliquando via paretur, qua aliena debita sine vero domini consensu exigantur; Neque obstat text. in. §. cùm autem. quoniam ibi & si à principio de mandato non constitit, quapropter fuit necessaria cautio rati ex post facto, tamen verè constitit de mandato. quod Paulus de Castro ibi obseruauit. neque text. in §. vtrum. gloss. opinioni refragatur, quoniam ibi de verbali quadam fideicommissi restitutione agitur. 23

Constat præterea ex superioribus errasse Lodouicum de Roma. qui in. l. 3. col. 3. nu. 7. ff. sol. mat. contendit huic cõiunctæ personæ licere exigere coniuncti debita, si ille 24

si ille minor sit, vel prodigus, vel alio quo uis mentis defectu laboret. allegat Roma nus text. in. l. patri pro filio, in prin. ibi. aut eius vitæ sit adolescens. ff. de minor. vbi cognatis vel affinibus pro cognato suo vel affini qui in prodigalitatis vitium ruebat, licet impetrare restitutionem in integrũ, quæ suapte natura exigit speciale mandatum. l. illud. ff. de minor. sed tex. ille Romani sententiam minimè probat. agit enim in casu admodum fauorabili illi personæ cõiunctæ, cuius vel maximè interest, vt ipsi nomine restitutio in integrum impetretur, at verò exactio debiti posset esse damnosa ipsi minori vel prodigo, quoniã fortasse qui pecuniam exigere iam dilapidabit. præterea argumẽtatur Romanus à casu singulari, qui exorbitans cum sit, non est temerè trahendus ad consequentiam. Romani igitur opinionem rectè improbarunt ibi Alexan. Alexan. nu. 4. Iaſſ. nu. 7. Claudius. nu. 4. quod limitati

25 Vsq; adeò autem speciale mandatum interuenire necesse est ad exigenda debita aliena, vt si quis procurator mandet vt rem locet vel vendat, non ex hoc videatur potestatem fecisse recipiendi pretij locationis vel venditionis ex text. singularis in. l. 14. igitur præpositio. ibi vel si ad locandum tantùm. ff. de exercit. vbi magister nauis qui habuit potestatem ab exercitore locandæ nauis, non ex hoc censetur habere mandatum ad exigẽdas vecturas. atq; ideò eum tex. veluti singularem notarunt in hoc Roma. sing. 23. idem Roma. singul. 624. Fabianus de monte. de empt. & vendit. 3. q. princip. nu. 27. Montaluus in. l. 13. in gl. fi. ut. 10. lib. 1. for. legũ. Sed hãc opinionem falsam esse prorsus cõstat ex l. quod seruus. ff. de solut. vbi vt primum quis fecit alicui mandatum ad contrahẽdũ, videtur mãdasse vt & ex contractu gesto possit exigere solutionem. idẽ probat text. in. l. quod seruus. ff. deposit. & in. l. si cũ filio. ff. de cõpensat. in. l. si vnus. in prin. ibi. & ei solui potest. ff. de pact. quare ex illa. l. quod seruus. quã primò allegaui, colligit Bart. in. l. filiæ. nu. 2. habentem mandatum ad vendendum, censeri habere mãdatum ad recipiendum pretium venditionis. idem colligit Bar. in illa. l. si vnus. nu. 1. verſiculo vltimò nota istum tex. vbi idem sequitur Iaſſ. nu. 12. Oroscius ibi. nu. 13. dicens à Bar. in hoc neminẽ dissentire. idem Bar. in. l. eum qui. §. qui sibi. nu. 2. ff. de verbor. obligat. Paulus de Castro in. l. quòd seruus. nu. 2. ff. deposit. neq; opinioni Romani patrocinatur tex. in illo. §. igitur præpositio. quoniam ibi non fecit magistro, exercitor potestatem locandi simpliciter, sed locandi tantùm, quasi expressè vecturas sibi atq; earum exactionem reseruauerit. atq; ita illum tex. verè iudicio meo interpretatur. Decius. in. l. 3. n. 6. de pact. Supportet autem procuratorem in hac exactione cauere rem esse dominum probatorum ex text. elegantiss. in. l. non solùm. §. sed interdum. ff. de procurat.

26 Arbitrantur præterea multi ex hac ratione procuratorem constitutum ad exigendum pecuniam non posse virtute huius mãdati pecuniam accipere ab sponte soluentibus, cùm ad hoc non habeat mandatum speciale, sed solùm ad exigendã pecuniam, hoc est ab inuito extorquẽdam, hoc enim verbum, exigere, significat. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. l. creditor intelligitur is. ff. de ver. sig. ita enim voluit Speculat. de procurat. §. vt autẽ. verſ. notabiliter. nu. 14. Angelus de Perusio in l. si procurator. nu. 3. ff. de procur. Ancharanus in. c. in nostra. nu. 2. de iniur. Frãcus in. c. bona fides. nu. 1. de regu. iur. lib. 6. Fabianus de monte. de empt. & vẽdit. 3. q. n. 27. & esse hanc opinionem communem affirmat Romanus in. l. 3. nu. 8. Verũ hæc opinio scrupulosior quidem, quàm vt sustineri posset vel ante formulas sublatas; nam & verbum, exigere. vltroneam solutionem potest significare. l. verbum exactè ff. de ver. sign. l. non abstulit. de nouat. §. l. inductum. §. de solut. & qui mandauit vt Titius suo nomine pecunias exigat, mandasse quoque videtur, vt eas recipiat ab

sponte soluentibus, cùm via hæc longè minus dispendiosa sit ipsi mandãti. argumento tex. optimi. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. vers. at si ex testamento. ff. de acquir hæred. estq; in hanc propositionem tex. optimus in. §. is qui exequitur. vers. quod si minoris. Institut. mãdat. nã cũ in principio tex. promittat fines mãdati esse diligẽter custodiẽdos in vers. quod si minoris. dicitur quòd si non seruatis ad vnguem finibus mandãti, res ipsa geratur vtiliori via ipsi mandãti non censeri id extra mandatum fuisse factũ. neq; huic versiculo. quod si minoris. obstat tex. in. l. 3. §. qui rem. ff. de re milit. vbi qui non seruat fines mandati punitur, etiam si vqliſimè rem gesserit, quoniam constat tex. ille priuato militaris disciplinæ rigore. atq; ita illum tex. optimè interpretantur Cremẽsis sing. 152. Gometius in. §. fuerat. nu. 7. de act. Inst. Ioannes Hannibal in. l. nemo potest. nu. 50. ff. de leg. primo. Pinellus in rub. de bon. mater. 2. part. nu. 35. Posse igitur procuratorem ad exigendam pecuniam constitutum virtute huius mandati pecuniam accipere ab sponte soluentibus, tenuit Bart. in. l. hoc iure. nu. 2. ff. de solut. testantur hanc opinionem esse communem Alexan. nu. 3. Socinus. nu. 6. Aretinus. colũ. 2. in prin. Iaſſ. nu. 17. Claudius. nu. 7. in. l. 3. ff. solut. matrimo. qui omnes eam sequuntur, Communem esse præterea testantur Andreas Tyraquellus de retract. municip. §. 9. glo. 3. nu. 10. qui solùm Alexandrum citat in illa. l. 3. ff. solut. mat. Rodericus Xuarez in. l. post rem. vbi eũ paulò ante allegaui. nu. 11. Cagnol. in. l. bona fides. nu. 11. ff de regu. iur. Petrus Gamar. in. l. falsus. nu. 12. de furt. ĩ. Franciscus Niconitius allegatione. 33. nu. 27. & est verissima.

27 In casu autem contrario aliud esset statuendum. Nanq; si quis constituat procuratorem ad solutionem recipiendã, virtute huius mandati non poterit pecuniam exigere. quod Bal. eleganter notauit in. l. 2. nu. 1. vers. ex prædictis infero. ff. de iurisdi. omnium iud. quoniam forsasse qui. mandatum dedit ad recipiendam pecuniam à suo debitore, noluit, vt ab inuito exigeretur, vel propter gratiam personæ, vel quoniam ipse creditor soleat lites exercari. Item si res. §. 1. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. atq; hanc opinionem ipse libenter sequor.

28 Præterea cùm mandatum tam testibus quàm instrumentis probari possit. l. cum te. cum his quæ ibi scripsimus supra eodẽ, mandatum hoc speciale ad pecunias exigendas scriptura constare debet. neq; satis esset testibus id probare propter negotij huius grauitatem, quod Bal. eleganter notauit in. l. falsus. n. 27. de furt. ĩ. cuius sententiam veluti elegantem sequutus est Rodericus Xuarez in illa. l. post rem indicatam. vbi paulò ante eum citaui. nu. 28 & eam quidem sequuntur non sine maxima cõmendatione Barbatius in his quę ad Bart. adiecit in. l. non solum. §. qui alienno. nu. 4. ff. de procurat. Alexander in. l. 1. nu. 16. de procurat. ĩ. vbi inquit ille non habere Bal. in hoc contradicentem. idem Curtius ibi. nu. 46. Franciscus Cremensis singul. 139. si procurator ad exigendum. Boerius qui multos allegat. decis. nu. 281. Catellianus Cota. verb. mandati. ĩ. neq; dubito cõmunem esse hanc Bal. decisionẽ.

29 Quæ tamen vsu iudiciorum indubitatissima est, in quo non solùm mandatum ad debitorum exactionem de quo Bald. agit & qui eum sequuntur, verùm mandatum quodlibet ad lites exercendas, quod ex iuris regulis vel testibus probari potuit. gl. in. l. merit. in gl. præscripsent. de procu. ĩ. quã ibi sequũtur omnes & fuit opio Azo in summa de procur. n. 23. & voluit idẽ glo. in. c. 1. in gl. portitoribus. de procurat. quam ibi sequuntur Ioannes de Imola n. 6 Panor. qui eã optime sustinet. n. 5. & testantur hanc opinionem esse communẽ eam sequuti. Alexan. nu. 14. Iaſſ. nu. 7. Iacobi. nu. 9. Curtius. nu. 28. in. l. 1. de procurat. ĩ. communem esse affirmant Ioannes de Imola. in clem. 1. nu. 3. de procurat. Decius

cius in.l.pactum quod bona fide.num.2. de pact.sup.idem in.l.vnica.nu.16.de mandat.princip.Catellianus Cota verb. mandatum.2.id tamen vsus iudiciorum longè ablegauit, nanq; per scripturam mandatum ad lites probari oportet. quod Ioānes Andr. obseruauit ad Speculum. de procuratore.§.ratione autem formę.in additione incipienti,testes. atq; eandem cōsuetudinem iudiciorum referunt Paulus de Castro.in.l.non solum.§.1.n.6.ff.de procurat.dicēs hanc consuetudinē esse optima ratione fundatam.idem affirmat idē Paulus de Castro in.l.si procuratorem.n.6.ff.eo.tit.de procurat.& apud hoc regiū tribunal, ridiculum videretur,si procurator vellet mandatum testibus probare.& apud nos eandem consuetudinem testatur Gregorius.in.l.21.in glos.1.ante finē.tit.5.par.3.

30 Vltimò adde,quòd sicut speciale mādatum est necessarium ad debitorum exactionem,ita quoq; speciale mandatum requiritur,nec sufficeret mandatum cum libera ad hoc vt procurator possit prorogare diem solutioni præscriptum.l. qui Romæ.4.Callimachus.ff.de verb. oblig. quē tex.notarunt ibi omnes in hoc.atq; ita obseruari in praxi affirmat Carolus Molinęus in consuetudinibus Parisiensibus. tit.de materia feudali.§.27. nu.4.

¶ *Summa rerum. l. De alimentis.*

1 *Super futuris alimentis in vltima voluntate relictis non licet transigere.*
2 *Sed neq; compromittere.*
3 *Quæ sit ratio huius dispositionis.*
4 *Ratio communis defenditur ab obiectione quadam.*
5 *Et an huiusmodi transactio firmetur iuramēto.*
6 *Iurans huiusmodi transactionem an possit contra eam venire,si ad extremā vergat inopiā.*
7 *Et quid si alimentarius iurasset non transigere.*
8 *Pacto nudo an possit alimentarius remittere huiusmodi alimenta.*
9 *Et quid si alimenta debeantur ex contractu, sed originem ducant ab vltima volūtate. Et quid si pœna sit adicta transactioni. Et quid in medicinis dicendum sit.*
10 *Ex voluntate testatoris licere transigere super huiusmodi alimentis.*
11 *Super alimentis præteritis licitum esse transigere.*
12 *Fauor alimentorum futuris solùm datur alimentis.*
13 *Is cui debentur alimenta, præterita quoq; petere potest.*
14 *Vidua cui non est dos restituta,an præterita alimenta petere possit.*

¶ *L. De alimentis.*

Diuiditur in duas partes. In prima ponitur vnum dictum.alterum in secunda,quæ est ibi. De futuris autem.

1 Collige primò super futuris alimentis non esse licitum transigere sine prætore. Sed neq; naturalem obligationē hinc oriri existimat Fulgos.in.l.& elegāter.in prin. nu.2.ff de cōdict. indebit.quod de alimētis in vltima voluntate relictis duntaxat accipiendum est:nam si ex contractu debeantur,impunè transigere licebit.l.cum ij. ff. de transact. quoniam duplex iam hic fauor versatur,& alimentorum,& vltimæ voluntatis.tametsi Lance.Decius dicat diuinationis morbo hunc intellectū laborare.

2 Et sicuti transactio,ita quoq; compromissum in hac specie prohibetur. quod Curtius iunior & Alciatus hic rectè obseruarunt Ferretus in.l.cum ij. n.17. & antè omnes Alber.ibi.nu.4.Nicola. Euerardus consilio.62.col.2.vers.nec etiam valet compromissum.

3 Sed quare hic fauor alimētis his datus est.Et respondent Iacobus Butricarius & eum referens Bal.quoniam ex his alimentis vita hominis dependeat: neq; enim citra illa vitam vnquam possis traducere.l. necare.ff.de liber agnol. & hanc rationem doctores omnes sequuti sunt.& eā agnoscit in hoc etiam Bart.in tract.aliment.nu.33.in fine.communemq; esse affirmat nostet Orosc ius in illa.l.cum ij. §. eam transactionem

actionem nu. 11. qui tamen confundi eam
4 existimat. ex text. ibi in fine dicente hoc habere locum etiam si homini diuiti alimenta relicta sint, quare ille aliam rationem huic dispositioni prætendit. Ego communem sequutus existimo minimè eam labefactari ex textillo, nanq; homo etiã ditissimus posset facultatibus labi. 5. fi. de replicat. Inst. quoniam multæ sunt humanæ sortes. l fi. de long. temp. præs. & hunc casum prospiciens lex statuit, ne vel locupletes posset super futuris alimentis transigere incõsulto prætore. Neq; mouet si cõsideres pro Oroscio tristem hunc paupertatis euentum non esse spectandum. l. inter stipulantem. 4. sacram. ff. de verbor. oblig. maximè quod cuiusq; mortalis facultates in dies crescere quotidieq; augescere præsumptio sit. l. si defunctus. C. arbit. tute. l. cura. 5. deficientium. ff. de mune. & honor. nãq; huic obiectioni respondeo ipse casum aduersamq; fortunam leges ipsas interdum considerasse, si id ad alicuius prouisionem nulliusq; iniuriam spectet. l. generaliter. 4. si libero homini. ff. de fidei com. libert. Franciscus autem Duarenus lib. 1. quæst. anniuers. c. 44. eam huic rei rationem prætendit vt. s. defuncti voluntas obseruetur, qui alimẽta legatario particulatim nonnullam pecuniæ summã præstari voluit.

5 Sed transactio sine prætore super futu- 6
ris alimentis in vltima voluntate relictis an firmetur iuramento. Et neq; iuramento firmari hanc conuentionem existimat Bart. in illa. l. cum ij. in prin. nu. 7. Fulgo sic ibi. nu. 5. & ante Bart. Speculator & Ioan. Andr. tit. qui filij sint legiti. 5. 1. vers. sed pone quidam. Bal. in l. pactũ dotali. fi. quæst. C. de collat. Sed melius rem hanc arbitratus est idem Bart. in l. si quis pro eo. fi. col. nu. 17. ff. de fideiuss. existimans conuentionem hanc iuramento quidem firmari. cuius opinionem sequuntur Cumanus ibi. Iass. in prin. col. 1. Corneus. nu. 3. Decius. n. 12. Curtius Senior. nu. 5. communem esse affirmat Alciatus. nu. 12. & secũdùm hãc opinionem respondit Decius cons. 345. n. 4. & hanc pleriq; omnes probarunt in illa l. cum ij. vbi Iass. nu. 11. Oroscius in. 5. & in mortis. nu. 12. ex quo etiam constat hanc esse communem opinionem. quod idẽ sequuti testantur Alciatus. in. c. cum contingat. nu. 192. de iureiur. Episcopus Segobiẽsis in. c. quamuis pactum. de pactis lib. 6. 2. part. 5. 6. nu. 4. Gigas de pensio. quæst. 45. & eam sequuntur Iasson in. l. de his. nu. 11. ff. de transact. Hubertinus de Bonenco in authenti. sacramenta puberum. n. 9 6. si aduer. ven. Tiraquell. allegans alios in. l. si vnquam. in prin. nu. 136. C. de reuo. donat. Antonius Gometius. 2. tomo Variar. resc. 14. nu. 26. vers. decimo infertur. Brunus de potẽtia & effect. form. & solen. 32. fallẽt. vers. quarto pro hac limitatione. communem esse testatur Iacobus Michael patrocinio. 28. nu. 3. quam & ipse libẽter sequor. neq; enim hæc trãsactio prohibita est quoniam sit contra bonos mores, sed propter vtilitatem popularium. Sed neq; cõtrarius hac in re Bartolus mihi vnquã visus fuit: nam in. l. cum ij. existimat iuramento non firmari transactionem. quę opinio ex iuris ciuilis regulis vera quidem esse videtur, sed in. l. si quis pro eo. Bartolus iure canonico inquit firmari hanc conuentionem. argumento tex. in. c. quamuis pactum. de pact. lib. 6.

Limitabis tu modò hanc communem propositionem vt nõ procedat si postea hic qui renunciauit ad extremam vergat inopiam, quo casu ne fame ille depereat, poterit aduersus transactionẽ venire, qua si casus hic omissus in renuntiatione fuerit. argumẽto text. in. l. sed & si quis. 5. quę situm. ff. si quis caut. l. fistulas. 5. frumenta. ff. de contra. empt. autores huius limitationis sunt Alciatus & Episcopus Segobiensis, quos iam allegaui. Existimo ego præterea etiam si huic extremæ necessitati derogare quoq; voluent alimentarius, adhuc fidem esse infringendam, quasi nõ possit hic mortem etiam volens oppetere. l. non tantum. ff. de appellat.

Secun-

7 Secundò limitabis opinionem cõmunem vt non procedat, si alimentarius iurasset priùs super huiusmodi alimentis se minimè transacturum, nam si postea trãsigat & iuret, non valebit transactio, quoniam prius iuramentum adiuuat ius commune. argumento text. generalis. in. c. intellecto. de iureiur. atq; ita in specie limitationem hanc proposuit Fernandus Menchaca de succes. lib. 4. §. 18. nu. 169.

8 Sed pacto nudo an possit alimentarius remittere hæredi aliméta: Quod videtur, transactionem enim solùm prohibuit lex inconsulto prætore fieri, & ideò transactionem prohibuit lex, quoniam facilè res sunt homines in transactiones vbi aliquid recipiunt, quàm in pacta liberalia: li sed si ego. ff. ad Velleia. l. fi. C. de prædi. de cur. lib. 10. quare hanc opinionem sequũtur Iacobus Butricarius, & hunc referens Alberi. in l. cum ij. in prin. nu. 2. & in hanc opinionem inclinat Iaſſ. ibi. nu. 10. Alex. cõſ. 11. nu. 16. vol 2. Lancellotus Decius in l. siue apud acta. col. 2. in prin. ff. eo. Verior tamen opinio est prohibitionem hãc & pactum gratuitum comprehendere nè cit cum ueniatur oratio. atq; ita tenuit gl. in illa l. cum ij. in gl. alimentorum. quam ibi antiquiores sequuti fuisse videntur. & esse communiter approbatam testantur Fulgo. nu. 4. Iaſſ. nu. 10. & eã sequitur Feretus in fine. Iacobinus. nu. 13.

9 Ampliabis tex. hunc vt procedat etiã si alimenta debeantur ex contractu, si ex testamento ortum habuerint. finge enim testatorem iussisse vt Titio hæres venderet alimenta centum nummis, an Titius hic possit super illis alimentis transigere: nam si causam proximam immediatãq; respicias, videntur alimenta hæc ex contractu venditionis deberi inter Titium legatarium & hæredem celebratum, & tamen quoniam ex testamento defuncti alimenta hæc originem ducunt, verius receptusq; est (quibusdam licèt reclamantibus) transactionem non esse admittendã. ita enim determinarunt Guillelmus de Cugno et qui hunc referunt Alber. & Bal. in illa l. cum ij. §. planè. Iacobinus in prin. l. illius nu. 10. quoniam rem hanc illi arbitrati sunt ac si in testamento ipso alimenta huiusmodi relicta sint. argumento tex. in. l. si id quod ex Pamphila. in prin. ff. de leg. 2. l. fundum. ff. ad. l. Fal. l. facta. §. 1. ff. ad Trebell. l. 1. §. si quis sub conditione. ff. vt legat. seu. fideicom. nomi. caueat. Secundò ampliabis. l. hãc, vt neq; pœna adiecta huiusmodi trãsactioni debeatur. ita enim volqit Bart. in illa. l. cum ij. in prin. nu. 7. ff. de transact. & idem sequũtur Fulg. & Iaſſ. nu. 3. in. l. qui fidem. ff. eod. quę opinio cõfirmari quam optimè potest ex gl. elegan ti. in. l. si patronus; verb. Fauiana. ff. si quid in frau. pat. ad quam multa notaui in. l. 2. de rescind. ven. nu. 74. videtur q; probari ex. l. 56. tit. 5. part. 5. verſ. e como quier. Ter tiò ampliabis. l. hãc vt habeat locum etiã in medicinis futuris relictis in vltima voluntate, quoniam hę quoq; contunentur alimentorũ appellatione. l. cæteta quoq;. 44. ff. de ver. signif. ex quo text. in ita colligit Bart. in. l. legatis. nu. 2. ff. de aliment. & cib. leg. idem Bar. in tract. de aliment. nu. 6. Dynus, Ang. & Imola. in. l. si cum dotem. §. sin autem in sequisimo. ff. soluto mat. Alex. ibi. nu. 2. & testatur esse communem opinionem Decius in præl. nu. 3. Iaſſ. & Oroscius in. l. cum ij. §. qui transigit. licèt appellatione cibariorum medicinæ non comprehendantur. vt in illo. §. sin autem. & est optimus tex. in. l. in rebus. §. possunt. ff. commodat. licèt hęc differentia videatur confundi ex. l. sicut impendia. ff. de vsuf. licèt eam sequatur Rolan. consil. 22. num. 3.

10 Limitabis tu modò tex. hunc vt minimè procedat, si testator ipse permittat alimẽtario vt possit in hac specie transigere, nam hoc casu licèt aliqui dubitauerint, nõ erit necessaria prætoris authoritas. ita enim determinarunt Guillel. de Cug. & hunc referens Albericus in illa l. cum ij. §. vult igitur oratio. nu. 6. Baldus. in. §. planè. eiusdẽ Iacobinus in prin. legis. nu. 14. Tiraquellus

lus post.ll.connubia.glossl.6.nu.19. nam cùm testator potuisset alimenta non legare, multò magis illi licebit vt super illis in consulto prætore transigatur. Potest præterea testator remittere decreti necessitatem in alienatione prædij minoris. l.2. & fi.quand.decret.opus nō est.l.fi.ff. de reb. eorum.nam & illud potest iubere testator, ne vel cum prætore alimentarius possit transigere, quia fortasis cognouit alimentarium non satis industrium esse. argumento text.in.l. Titio centum.in prin. 2.respon.ff.de con. & demonst. neq; est nuda prohibitio hæc alienationis, vestiri enim videtur fauore ipso alimentorum. quare opinio hæc mihi placet, quę Alberici fuit post Guillel. ibi. Iacobi.in.§.eam transactionem.nu.7.

11 Secundò collige ex text.super alimentis præteritis etiam si ex vltima voluntate debeantur permissam esse transactionem, quoniam ex illis vita hominis non dependet. Simile est in decimis, quæ & ipsæ alimenta sunt ministrorum ecclesię. c. de decimis.16.q.1. namq; super illis futuris in cōsulto prælato non transigitur. c. statuimus.de transact. valet tamen transactio super decimis præteritis. gl. ordinaria in.c. vt super.in.gl.1.de rebus eccle.non alien. quā ibi sequuntur Ancharranus.nu.1. Imola. nu.4. & vterq; eorum (vt sunt legum sciētissimi) statim gl. opinionem confirmant authoritate legis nostræ, quam ibi etiam sequitur Panor.n.7. Rebuffus de dec.q.13. n.22. & cōmunē esse testatur Curtius Iunior. nu.1. in. l. prēter. glossam allegans.

12 Tertiò collige ex textu fauorem qui alimentis iure datus est ad futura solùm alimenta, non ad præterita pertinere. hanc opinionem dicitur tenere Bar. in. l. mella. nu 4.ff.de aliment. & cib legat. qui bene lectus hoc non dicit. quare quod in causa alimentorum diebus feriatis procedatur. l.2.ff.de ferijs. ad alimenta futura solū pertinet. Bar. in præf. 2. lectio. Iaſſ. n. 5. Decius. n. 10. Curtius Senior. n. 13. Alciatus. n. 19. Albericus in. l. cū ij. in prin. Iaſſ. & Oroscus in. §. eā transactionem. Albericus in. l. si quis à liberis. in prin. n. 21. ff. de liber. agnos. Henricus in. c. fi. de transact. Iaſſ. in. l. 1. §. 2. nu. 7. ff. de feri. cumq; in causa alimentorū sum mariè sit procedendum. vt in illa. l. si quis à liberis. §. si vel parens ibi. summatim id solum in causa futurorum alimentorum recipiendum est. Curtius Senior in præf. nu 1. Albericus quem iam allegaui, idemq; notarunt de appellatione fauore alimentorum non recipienda. l. fi. ff. de appell. recip. nam in futuris solùm locum habet. ita enim Iaſſ. Decius & Alciat. notarunt. communemq; esse opinionem hanc affirmat Alberi. eam sequutus in. l. si iudex nutriri. nu. 4. ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. idq; Ioannes Andr. prænotauerat ad Specul. de appe. §. in quibus. nu. 11. & idem in cæteris causis statuendum est.

13 Quartò collige eum cui debentur ab aliquo alimenta, præterita etiam petere posse addit Claudius. n. 2. ex Romano. Le gāte testatore alicui alimenta si indigeat, præterita quoq; hunc alimentarium petere posse, si probet se indiguisse. Sed tex. hic solùm est accipiendus in alimentis debitis iure actionis: nam quæ iudicis offi. debentur, futura solùm peti possunt, qualia sunt illa quæ præstat pater filio, libertus egenti patrono, ita enim hoc declarat Bar. in. l. libertis. §. 1. nu. 4. ff. de aliment. & cibaria. legat. quem sequuntur in præf. Alexan. paulò post principium. Iaſſ. nu. 6. Decius. num. 5. Curtius Senior. nu. 14. Alciatus. n. 21. nisi filius mutuas pecunias accepisset ad se exhibēdum, nā teneretur pater hoc ęs alienum dissoluere. Bart. vbi sup. ex tex. in. l. fi. ff. de in rem versō.

14 Quare errasse videtur Baldus in præsenti affirmantem posse viduam, quam tenentur hæredes mariti alere intra annū datum illis ad dotem restituendum. l. vnica. §. exactio. cum glos. restituendis. de rei vxor. act. petere ab illis alimenta præteri ta: nam cùm illa non debeātur iure actionis sed offi. iudicis, præterita illa petere nō potest. & ita Bal. opinionem arguunt om

nes

nes quos sup. citaui. Sed vno casu sustinet doctrinã Bal. si mulier hæredes mariti interpellasset vt sibi alimenta exhiberent, ac deinde in sumptus alimentorum ęs alienum conflasset, quæ declaratio Pauli de Castro est, qui Bald. non allegat in l. diuortio. in prin. nu. 6. ff. solut. matri. & Pauli opinionem sequuntur Alexan. in præl. Iacobi. nu. 5. Antonius Capitius decis. 24. n. 9. Ioannes de Neuizanis allegãs alios cõs. 74. num. 3. & mihi placet.

Sed an super alimentis futuris agi possit gl. quærit in præsenti, & ego explicabo in l. 1. C. de fideicommiss.

Summa rerum. L. Si super possessione.

1 Declaratur text. in verbo. possessione. & n. 2. Fabrum male. l. hanc. intellexisse.
3 Verbum, ct dere, rebus etiam corporalibus adapteri.
4 Valet transactio si ex ea ad transigentem aliquid possit peruenire.
5 Transactio an sub conditione casuali vel mixta fieri possit.
6 Licere arbitratori certos modos partibus imponere.
7 Cum sunt appositæ dies & pœna non admitti moræ purgationem etiam ex parte rei.
8 Tenens vim pati in re quam possidet, potest iudicis præsidium inuocare.
9 Idemq; esse si rem non possideat sed detineret.
10 In quo & si libello opus non sit, requiritur qualis qualis informatio de possessione.
11 Quæ cautio multo magis pro personis implorabitur, etiam si eam petens caucre ipse non velit.
12 Neq; vllo tempore ius eam petendi deperibit.
13 Diebus quoq; feriatis illa à iudice petetur.
14 Et familiæ quoq; hominum armatorum si visum iudici erit, dabitur.
15 Tenetur quoq; is qui hanc cautionẽ præstat pro familiaribus suis repromittere.
16 Et dabitur quoq; familiæ eius qui se offensum iri timet.
17 Et habet locum cautio hæc, etiam si qui eam petit, dederit causam timori.
18 Tutor esse non tenetur inimicus patris pupilli & si causam præbuerit inimicitiæ.
19 Testis inimicus non admittitur, etiam si pars dederit causam inimicitiæ. & idem est in iudice.
20 Reuocatur legatum propter inimicitiã cui ipse testator causam dedit.
21 Declaratur tex. in. l. si mulier. ff. quod me. caus.
22 Sed cautio hæc an fiet cum fideiussore vel pignore, vel an sufficiet nuda.
23 Cum cautio interponitur pro securitate personæ, cum pignore fit vel fideiussore.
24 Cautio prætoria semper intelligitur cum pignore vel fideiussore.
25 Iuramẽtum quoq; huic promissioni accessurum.
26 Sed an petens huiusmodi cautionem teneatur fidem facere timoris, vel satis sit cum proprio iuramento affirmare.
27 Cautio hæc à iudice præcepta quanto tempore duret.
28 Cautionem hanc non circumscribi loco eam præcipientis.
29 Sed superfluum videri eũ qui alterum offenderit legitimè sit puniendus.
30 Interposita hac cautione actio iniuriæ ad hæredes transit.
31 Et qui eam violauerit pœnam promissam luet accusatus.
32 Leges quoq; ipsas cautionẽ personis quibusdã elargiri.
33 Item principes & supremos horum in magistratus.
34 Possessio dimissa ex causa transactionis non facit dominium possessorem.
35 Iudex nisi interpellatus non impartitur officium suum.
36 Gl. omnes declarantur.

¶ *L. Si super possessione.*

BAl. inquit pulchram esse legẽ hanc, quę in tres particulas diuiditur. In prima ponitur dictum imperatoris cum decisione. In 2. remedium quoddam ab ipso imperatore prospicitur. In tertia aliud remedium ponitur. Secunda est ibi, cuius rei gratia. Tertia ibi. cum etiam in text. ibi possessione. id est, re possessa. hoc est fundo domo vel alia re. Albericus. & ita accipitur etiam in l. possessiones. infrã de probat. l. interdum. ff. de verbo. signific. & in alijs locis. Quare errasse videtur Ioannes Faber in intellectu huius responsi in l. incerti iuris. finalibus verbis. de interdict. qui cum remedio aliquo possessorio in

hac.l.agi existimaret,respondit facta trãs-actione super causa possessionis non pos se iam agi obstante transactione super proprietate.Sed hæc verba Gordiani aliò spectant,vt vides.

3 In tex.ibi.possessionem cederes.colli-ge,quòd licèt verbum,cederes,pertineat ad res incorporales, quoniam in in-corporalibus operatur cessio quod tra ditio in corporalibus. gloss. ordina-ria in.l.fin.in gloss.suo nomine.quand. fis.vel priuat. Paulus de Castro.Aretinus Iass.numero.5.Segura.numero.37.in.l.1. §.si vir vxori.ff. de acqui. possess.è quibus Iass.inquit gloss.illam esse notabilem.idé Iass.in.l.si sic legatum.§.si quis ita.numer. 18.ff.de legat.primo.pro qua est text.in.l. qui absenti.§.1.ff. de acquirend. possess. hîc tamen adaptatur rebus etiam corpo-ralibus Et idem probat tex.in.l.1.§.per pro curatorem.ff.de acqui.poss.

4 Secundò collige ex text. valere trans-actionem,si ex ea aliquid ad transigen-tem potuit peruenire. Sed videtur trans-actionem non valere,quoniam in ea ali-quid dari promitti ve semper oportet. l. transactio.infrà eodem.l. suus.de repud. hære.infrà.Huic difficultati respondet O-dofredus in præs.dicens pactum hîc non transactionem fuisse celebratum. sed me-lius gloss.2.dicens satis esse dari aliquid potuisse,licèt reuera datum non sit.& idé sequuntur Barto.1.opposit. Bald. Paulus & recentiores, & cæteri sequuntur teste Alciato numero.4.quoniam verba actũ importantia in potentia solent comple-ri.l.Labeo.ff.de statu.liber.Cui simile & il lud est,quòd cùm primum testamentũ rumpatur per secundum,non est necesse ex secundo testamento hæreditatem adi-tam fuisse,sed adiri potuisse. §. posterio-rè.Inst.quib.mod.testam.infirment.cum aliis.

5 Tertiò collige ex text. ibi. vt si intra diem certum. transactionem non solùm purè, sed & sub conditione fieri posse.idé probat text.in.l.tale pactum.§.qui prouo-cauit.ff.de pact. quod transactioni cum cæteris contractibus commune est.§.om-nis.de verbor.obligat.§.emptio.de emp-tion.& vendit. cumq; hæredum institu-tione.§.hæres & purè.Institut.de hære. instituen.sed hic potestatiua conditio erat. Sed an sub casuali vel mixta trans-actio possit celebrari. Et Iason nume-ro.2. non nisi sub potestatiua trans-actionem explicari posse existimat,non ausus vel transuersum (quod aiunt) vnguem ab exemplo nostræ legis di-scedere.Sed melius Bald.qui in.l.3.de repu di. hær.infrà numero.9. existimat etiam sub casuali conditione transactionem cõ cipi posse,qualis illa est,si nauis ex Asia ve nerit.& tametsi Curtius Senior numer.2. dicat non posse ferre se hanc opinionem, eam sequuntur Decius, Curtius Iunior, Alciatus, Claudius numero.4. & cæteri. nam conditio hîc habetur loco dationis, sicut in stipulationibus habetur loco cau sæ.l.à Titio.ff.de verbor.obligat.& in vlti mis voluntatibus vestit prohibitionem nudę alienationis.l.4.§.idem Iulianus. ff. de conditio.institut.Præterea omnis con tractus facilius admittit casualem condi-tionem,quàm eam quæ ex contrahentis voluntate pendet.l.in vendentis.de con trahend. emptio.j.l.sub hac.ff.de actio.& obligat.

6 Quare notarunt omnes hic arguentes de transactione ad compromissum lice-re arbitratori imponere suo laudo certas conditiones ac modos,dummodo non multum id abhorreat à mãdati sui forma. quod Bartol.primus omnium dicitur an-notasse in.l.cum aquiliana.numero.4. ff.de transact.quod Bald.Fulgo. Alexan. Ias. Riminal. vterq; Curtius Alciatus hic & referunt & sequuntur.

7 Quartò collige ex text.ibi. vel si eam inferre quantitatem non curasset vlterius quæstionem non patereris.cum sunt ap-posita in contractu dies & pœna,non ad mitti morę purgationem etiam ex parte rei,nam in actore id probant iura vulga-

ria

ria in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & obligat. l. Thais. §. si intra. ff. de fideic. com. libert. l. magnam. C. de cont. & commit. stipula. atq; ita dicit se pluries text. hunc allegasse Paulus de Castro. numero. 3. Sed illud videtur vel maximè huic propositioni refragari, quòd regula illa locum nō habet cùm agitur de veteri actione conseruanda, quo casu etiam si sit adiecta dies & pœna, admittitur morę purgatio saltem intra paucos dies. l. si ita quis. §. Seia cauit. ff. de verbor. obligat. vbi ita ex illo textu colligunt gloss. Bart. & cæteri, & esse communem opinionem testantur ibi Aretinus. colum. 3. versic. aduertendum etiam Iasson. nu. 26. & ita ex eodem tex. notauit Barto. in. l. si insulam. 9. quæst. numero. 24. ff. de verbo. obligat. Alexan. ibi numero. 50. Iass. numero. 37. Ripa. numero. 103. Bartolidoctrinam sequuti. Sed respondet Paulus de Castro in præsenti, quòd quando est vel dies tantùm vel pœna tantùm, tunc pro veteri actione conseruanda rectè admitti morę purgationem, secus si vtrumq; promissioni accessent. ita intelligens. l. hanc. Sed hic Pauli intellectus licèt eum. probauerit Ripa in illa. l. si insulam. videtur esse contra tex. in illo. §. Seia cauit. quare secundo loco potest text. hic intelligi iuxta Angeli sententiam in illo §. Seia cauit. colum. 2. versic. sequitur in litera existimantis ita demum admitti morę purgationem si aliquid solutum factum ve fuerit, quare cùm nil hic Agripino frater vxoris soluisset, non admittitur ille ad morę purgationem. Sed Angelus ipse suæ opinioni parum fidens, ab ea libenter discedit. Vnde tertius intellectus est Curtij Iunioris ad hanc, l. quem illæ refert ex Aretino dicentis non negare text. hunc admitti morę purgationem, quam ipse Curtius Agripino existimat concedendam. Quartus. l. huius intellectus est, quòd hic actus fuit celebratus sub conditione, quæ cùm sit ad vnguem explenda, excludit morę purgationem. ita text. hunc interpretantur in præsi. Bald in fine. Alex and. columna. 1. Iass. nu

8 Quintò collige ex tex. ibi. vim fieri prohibebit. quòd qui timet vim pati in sua possessione, potest à iudice implorare vt sibi idoneè consulatur ne vim illam patiatur. & ad hoc inquit Albericus numero. 1. text. hunc sæpè allegari. idem probant text. in l. si seruus, infrà. quod cum eo. l. fin. in princ. ff. quod met. caus. l. si pater. C. qui bon. ced. possl. l. fin. ff. de offic. procurat. Cæsar. l. fundi. ff. de except. quę in hoc notauit Roman. consilio. 244. numero. 1.

9 Tu adde idem esse si quis non possideat rem, sed illam detineat, nam & pro tuenda detentatione iudex interpellatus præstabit officium suum. l. 1. §. necessario. ff. si mulier vent. nom. Bald. in l. fi. numero. 3. C. de edict. diui. Adri. toll. Iaf. & recent. in præsent. pro qua sententia est pulcher text. in l. Aquilius. iuncta glo. fin. ff. de donat. quam hic Curtius Iunior retulit numero. 7. & esse communiter approbatam Senior affirmat. nu. 8.

10 In quo obseruauit Curtius hîc in his quæ ad Paulum de Castro adiecit, quòd & si libello opus in hac parte non sit, oportere tamen quali quali informatione iudici de possessione constare.

11 Quę cautio cùm pro rerum defensione admissa sit, admittetur multò magis pro defensione personæ, si iustus timor sit offendi eam posse. l. illicitus. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. confug. ex quibus Bartol. post antiquiores argumentum hoc rectè desumpsit. idem Bart. in l. 1. C. in quib. caus. colo. censit. libro. 11. & in l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœn. & in l. sanctum. ff. de rer. diuis. idem Barto. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. Panormit. numero. 2. Felin. latissimè numero. 10. in rubr. de tregua & pa. & esse hanc propositionem communem testantur Albericus numero. 24. Alexander ad Barto, numero. 24. in l. 2. in princ. ff. solut.

mat. Præstabitur quoque hæc cautio etiã si is qui eã petit, cauere ipse nolit, neque secuntatem repromittere, si tamen vanus timor allegetur. argumento text. in l. hæc autem in princip. ff. si cui pluſquã per. l. fal. ex quo text. ita determinat Bart. in l. qui bona. §. si quis quia. num. 1. ff. de damn infect.

12 Sed neque vllo tempore facultati petendi hanc cautionem præscribi potest, cùm timor hic habeat tractatum successiuum. ita enim scripsit non leui fundamento Baldus de præs. 4. part. princip. quæst. 30. numero. 3.

13 Diebus quoque feriatis iudices in hac causa adiri possunt, tenenturque hanc indemnitatis cautionem exigere. quod Alexan. eleganter notauit consilio. 130. colũ. 2. numero. 3. volum. 4. periculum enim hic more ineſſe posset. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui oper. nunt. qua ratione ipse hac in causa existimo iudicem nõ oportere appellationi deferre. ex. l. fi. ff. de appell. recipi.

14 Potest etiam is qui offendi timet, à iudice impetrare vt sibi ministret familiam satellitum, si tanta aduersarij potentia sit, vt illa opus sit ad ipsius defensionem. l. fin. de erogat. milit. anno. libr. 12. vbi gloss. verbo, agnoscere, hoc interpretatur, dummodo ab hoc, quem satellites comitantur, familia alatur. & gloss. illam sequuntur omnes ibi. & præterea Iaſſ. in præs. numero. 6. Barto. in l. sanctum. ff. de rer. diuis. Bald. in l. generaliter. §. sed his de præsentibus. in verbo. expensis. de reb. credit. Angel. in. §. fin. numero. 11. in fine. de actio. Init. dicens gloss. illam singula. Iaſſ. in l. prætor ait. §. item etiam. numero. 11. ff. de eden. idem in. l. si victum. numer. 2. ff. de re iudicat. Cepola in. l. qui neq; §. solutum. numero. 2. ff. de verbo. signifca, Gerardus de Petra sancta. singul. 78. Guido Papę decisio. 211. numero. 2. Aufrerius decisio. Thol. 100. Antonius Corsetus verb. expensa. 3. Villadiegus de hære. prauit. quæst. 11. Quinimo affirmat Alciatus in præs. numero. 23. vidisse se hoc familiæ præsidium præstari impensis eius, quem timor est ne aduersarium offendat, ne audacia iustè timentibus damnosa sit quod si egens is sit qui damnum timet, non dubitauerim familiæ præsidium illi esse præstandum impensis eius, quem timet, si is causam timori dedisset: nam & debitor pauper incarceratus impensis creditoris est in carcere subleuãdus. quod ex glossin illa. l. fin. pleriq; deduxerunt. & in primis Odofredus ibi dicens eam bene seruari Faber in. §. fin. de actio. numero. 5. & testatur esse communiter approbatam allegans multos dominus Bernardinus Sandoualius in opusculo pauperum incarceratorum. capit. 10. columna secunda.

15 Tenetur autem is qui hanc indemnitatis cautionem promittit, pro familiaribus quoque suis, & his, quos doctores nostri complices vocant, repromittere. argumento text. in l. qui insulam. §. fin. ff. locat. vbi qui incorruptas ædes reddere promisit, non solùm facto suo, sed domesticorum quoque vim factam præstare tenetur atque ita ex illo text. tenuit Guillelmus de Cugno. in. §. ne potentiores. Bart. ibi numero. 5. Oroscius ibi. numero. 12. & in hoc Bart. passim sequuntur doctores. quod idem sequutus affirmat Parisius. consil. 168. numero. 5. volumi. 4. idemque visus est tenere Innocentius in capit. ad apostolicæ. de re iudic. libro. 6. in verbo. adhęrentes. & hunc referens Bald. in l. 1. columna. 2. versic. 1exto operatur. C. de episcop. & cleric. Felin. in rubrica de treg. & pa. versiculo. quinta declaratio. Franciscus Ripa. in rubrica. ff. de damn. infect. numero. 16. qui rectè hoc limitat, vt solũ procedat, vbi quis familiares suos potest prohibere ne aliquem offendant.

16 Cõtra is qui hanc indemnitatis cautionem repromittit, amicis quoque eius, qui eam implorat, cauere tenebitur. argumento text. in l. cum precario. ff. de preca. in l. 2. & in l. nõ solum. ff. de vsu & habit. atq;

ita tenet Bartol. in illo. §. ne potentio-
res numero. 5. Oroscius ibi numero. 11. sed
& cautio hæc si impliciter præstita alicui,
familiæ quoq; eius impensa videtur. quod
Ange. rectè obseruauit in. l. Papinianus.
§. si quis mortis. numero. 3. in fine. ff. de in
offic. testamen. namq; offendens consan
guineum eius cui repromisit securitatẽ of
fendisse videtur. argumento text. optimi
in. c. sciant cuncti. de elect. libro. 6. & in ca
put. quicumque. de sentent. excommuni.
libro. 6. quæ iura optimè notarunt Ro-
man. in rubrica. ff. de arbit. numero. 56. So
cinus. numero. 8. Iasson. numero. 5. in. l. 1.
in fine. vocat. vt ea. Socinus in. l. 1. numero.
3. de his quæ pœ. nom. Iasso in. l. de pupil-
lo. §. si quis. numero. 12. de. no. oper.

17 Sed non leuis quæstio fuit, an is quo-
que qui causam dedit inimicitiæ petere
posit hanc cautionẽ. Et hoc casu videtur
cautionis æquitatẽ cessare. arg. tex. elegan
tes. in. l. si mulier. in prin. ff. quod met. caus.
ibi, cessat edictũ quia hũc sibi metum ipsa
infert. vbi mulier non licet metum alle-
gare, cuius ipsa causa fuit. atque ita tenent
hanc opinionem Angel. de Perusio in. l.
qui bona. §. cæterum. numero. 2. ff. de dãn.
infect. Paulus & Rom. in. §. si quis iuxta. e.
iusdem. l. Sed verius est in hac specie etiam
præstandam esse cautionem, quoniam ge
neralis est dispositio. text. in. §. ne potentio
res. quare ad hunc etiam casum videtur
pertinere. l. in fraudem. §. fi. ff. de test. milit.
Præterea ad euitandum grauamen iniu-
stum potest quis allegare metum, cui ipse
causam dedit. l. nec timorem. §. 1. ff. quod
me. caus. Tertio loco huic sententiæ pa-
trocinatur text. in capit. de benedicto. 32.
quæst. 1. vbi mantuus vxori adulteræ præ
stat hanc cautionem, cùm tamen illa in-
stissimam causam inimicitiæ atque dolo-
ris manto facto deterrimo obtulerit. l.
Gracchus. infrà, de adult. atque ita hanc
opinionem ex hoc text. tenet Panormit.
in capit. 1. numero. 8. vt lite non contest.
idem Panormit. in capit. literas. numero.
23. de restitut. spoliat. & fuit hæc sententia
Bart. in illo. §. si quis iuxta. vbi idem sequi
tur Imola & Alexand. Felin. in illa rubri
ca de treg. & pa. colum. penul. versic. octa
ua declaratio. Iaff. in præs. numero. 6. Vi
talis de Campan. in clausula, nil nouari se
curitate pendente. numero. 18. Ripa. in ru
brica. ff. de damn. infect. dicens hanc esse
veriorem opinionem numero. 21. Oro-
scius in illo. §. ne potentiores. numero. 14.
Lopius in repet. rubric. de donat. inter vi
rum & vxorem. §. 77. numero. 29. in fine.
communem esse opinionem hanc testa
tur Franciscus Ripa eam sequutus in ca.
1. numero. 14. de iudi. colum. 2. quæ apud
antiquos semper fuit in controuersia.
quod ex Ioanne Andreæ constat ad Spe
culum titul. de pignor. §. sequitur. versic.
quid si timeo. qui & communem opinio
nem probasse videtur.

18 Quæ & illo fundamẽto vallatur, quòd
cùm propter inimicitias cum patre pupil
li gestas, tutor datus iure se excusare pos-
sit. §. idem propter inimicitias. Instit. de ex
cus. tut. id verum est vndecumque inimi
citiæ illæ prouenerint, etiam si is qui se ex
cusare contendit, ansam, occasionemq;
odio præbuerit. ita enim voluit glos. nota
bilis in. l. athletę. §. dat remissionem. in gl.
facta. ff. de excus. tut. vbi eam notat in
19 hoc Bald. Atque eadem demum ratione
cùm inferendis testimonijs atque à iudici
bus eorum authoritate pensanda inimi
citię odijque ratio habenda sit, suspecta
quippe est inimicorum fides. l. 3. in princ.
ff. de testib. l. 1. §. quæstionum. ff. de quæst.
aut. de testi. §. si vero quis dicat. coll. 7. id
quidem verum est, etiam si is, contra quẽ
testis producitur, causam præbuerit dissi-
dio atq; inimicitię. ita enim voluit elegan
ter Antonius de Butrio in cap. veniens. 2.
numero. 5. argumento text. ibi de sponsa.
Alexander consi. 99. numero. 3. vol. 1. Iaff.
in. l. hereditas. numero. 4. infrà. de ijs quib.
20 vt indig. Frater quoque impunè à fratre
exhæredabitur propter causas enumera
tas in authent. de nup. §. ingratitudinem.
coll. 4. siue culpa præcesserit ex facto ipsius

ex hæredati, siue testatoris. quod Carol. Molin. notauit consil. 45. numer. 8. nam & legatum censetur reuocatum à testatore propter superuenientem inimicitiã inter testatorem & ipsum legatarium, etiam si testator eam excitauerit. l. 4. ff. de adimé. lega. ibi. & pœnituit testatorem prioris offensæ. quem text. optimè induxit in hanc sententiam Peralta in l. legatum. numero 3. ff. de lega. 2. idemq; videtur probare text. in l. ex parte. ff. eod. titul. ibi, cum testator grauissimis inimicitijs persequutus. vt malè contrarium tradiderit Barto. in l. cum tabulis. §. quoniam. nume. 2. ff. de ijs quib. vt indign. Iudex quoque vt suspectus iure optimo recusabitur, etiam si is qui eum recusat veluti inimicum, causam dederit inimiciciæ. ita enim voluit gloss. in l. athletas. verb. facta. ff. de excus. tut. cuius opinionem tenet Innocentius in capit. cum ita. de re iudic. testantur hanc opinionem esse communem eam sequuti Ripa. in capit. 1. numero. 14. de iudi. Episcopus Segobiensis. de sponsa. 2. part. capit. 3. §. 5. numero. 7. qui alios allegant, modò ne præstudio recusator hic inimicitiam affectauerit, quo iudicem recusaret. argumento text. vulgat. in l. tria onera. 2. ff. de excus. tut. cuius rei exemplum effingit Barto. in l. 1. §. cum quis. numero. 1. ff. de quæst. dicens nó esse repellendum testem, cui pars maximã iniuriam intulit ne testimonium ferret. & idem sequuntur Panormit. in cap. memi nimus. de accus. Felin. in cap. fin. numero. 4. de testam.

21 Neque superiori quam assero sententiæ obstat tex. in l. si mulier. quoniam metus non excusat ibi mulierem quominus mulier illa ingrata erga patronum ingratitudinis pœnas luat, quas iustissimè commeruerat. hic autem allegatur metus ad euitandum iustum grauamen.

22 Sed cautio hæc an nuda sufficiat, an verò cum pignore vel fideiussore sit præstanda. Et Bar. in illo §. ne potentiores. numero. 4. quæstionem hanc proponens respõdet, videri sub fideiussore esse cauẽdum, quia nullus dubitabit satioré hinc securitatem esse, si cum fideiussoribus præstetur. l. 1. ff. qui sat. da. cogant. Rursus videtur (Bartol. inquit) nullam hic pignoris vel fideiussoris obligationem dari, cùm leges simpliciter caueri iubeant, de nuda igitur caunone hoc esse accipiendum. l. sancimus. C. de verbor. significa. Quare Bartol. ipse ex sententia Guillelmi de Cugno rem hanc ita distinguit, vt si locuples ille sit à quo cautio petitur possideátque immobilia, non esse ab hoc pignus vel fideiussorem exigendum. argumento text. in l. sciendum. ff. qui sat. dat. cogant. Si autem inops ille sit, sub fideiussore vel pignore repromittet. Albericus autem in illo §. ne potentiores. numero. 7. arbitrio iudicantis hoc committit, qui ex causæ personarumque qualitate æstimabit quomodo hic cauendum sit. & idem Oroscius ibi. qui Albericum non meminit numero. 7. Sed semper hãc cautionem cum pignore vel fideiussore præstandam non leuia argumenta sunt. text. in cap. literas ibi, sufficienti securitate promissa. & in cap. ex transmissa ibi. sufficienti cautione recepta. de restu. spoliat. Quoties enim verbum, cautio, profertur cum aliqua qualitate, fideiussores exigit aut pignora. l. si mandato. Titj. §. fi. ff. mãda. l. ergo. versic. addici. ff. de fideicommis. libert. l. si debitori. ff. de iu. glo. in. c. ad nostram. de iurei. alia in cap. fin. in glos. Idoneè. de vsu. libro. 6.

23 Præterea cùm cautio interponitur propter personæ suspicionẽ, semper esse debet cũ pignore vel fideiussore. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui sat. dar. cogãt. ex quo ita colligit gl. or. in l. penul. in gl. penul. ff. de pecu. hære. maximè quòd cũ maius hic periculum versetur, cautius est agẽdũ. l. 3. §. sed et si qa. ff. de carbo. edict. nuda verò cautio fragilis est. l. qui ita. §. 1. l. cogi. §. idẽ quærit. ff. ad tre. bel. atq; hãc opinionẽ sequũtur Felin. in rubric. de treg. & pa. ver. l. secũda declaratio. Ripa in illa rub. n. 9. Maranta de ordi. iu. 6. p. membr. 8. numero. 13. & mihi placet, siue

siue iudex hanc cautionem exigat ex officio suo, sine ad partis postulationem. & ante eos tenuit hanc opinionem Albericus, quem illi non allegant, in l. fin. in principio numero tertio. ff. quod met. caus. dicens ita seruari ex consuetudine, fuisseque opinionem hanc Odofredi in l. congruit. ff. de offic. præs. quam & Albericus illo argumento confirmat, quod huiusmodi cautio iudicis officio præstatur, est igitur
24 prætoria. Prætoria autem cautio semper intelligitur cum pignore vel fideiussore. l. 1. § iubet. versi. cauen. ff. de collat. bono. l. prætoriæ stipulationes personas. ff. de prætor. stipulat. ex quibus hanc doctrinam præterea deduxerunt Oldradus, Cynus, & Bartolus in l. sancimus. C. de verb. signifi. quo in loco Corneus numero. 3. testatur hanc esse communem opinionem, quam sequitur Iaff. ibi col. 1. Imola numero. 4. Felinus numero 5. in c. ad nostram. de iureiu. & esse communem testatur Aretinus in l. diu ortio. § interdum. numero. 20. ff. solut. matrim. communem præterea esse traditionem hanc affirmat Iasson eam sequutus. in l. 5. in princ. num. 8. ff. de verb. oblig.
25 Iuramentum quoque huic promissioni accessurum, Albericus in. § ne potentiores.
26 num. 8. rectè arbitratur. Sed an petens huiusmodi cautionem teneatur apud iudicem fidem facere timoris. Et videretur solo huius iuramento timorem hunc probari, nam & creditor suspicionis fugæ debitorem insimulans, solo iuramento suspicionis causas probat. quod Angelus determinauit in. l. nemo carcerem. de exact. tribu. libro. 10. quam opinionem totus mundus obseruat, quod Pauli de Castro authoritate affirmant recentiores scriptores. & esse communem opinionem hanc affirmat Socinus, eam sequutus in l. si ab arbitro. numero. 9. ff. qui sat. dar. cogant. & communiter practicari affirmat Ioannes Baptista de debit. fug. q. 6. numero. 18. Sed verius existimat Bartolus in. l. capitalium. § ad statuas. numero. 2. ff. de pœnis. nulli esse concedendam hanc securitatem, nisi cum causa, quam iudici prævia cognitione constare oportet. atque hanc Bart. opinionem Felin. in rub. de tregua & pac. num. 10. Ripa in rub. de damn. infect. numer. 8. meritò probauerunt. item Imola in. l. 2. § 1. versi. extra glossam. ff. solu. matrim. Quos illa ratio mouit, quoniam præsumendum minimè sit, quenquem alteri insidiaturum, nisi id constet legibus omnibus hominibus securitatem promittentibus, vt in illo. § ad statuas. Præterea neminem oportet grauari ad fideiubendum sine euidenti causa, fideiussio enim onus iuris præsumptione æstimatur. l. 2. § sed si dubitetur. ff. de iudi. Atque hæc sententia mihi placet, nam quod de creditore suspecti de fuga debitoris diximus, non est citra controuersiam, quin potiùs verior creberiorque opinio est, non solo creditoris iuramento hic esse standum, sed alijs quoque probationum adminiculis, quibus deficientibus, iudex ad capturam minimè procedet. ita enim voluit eleganter Baldus in. l. apertissimi. in vltima quæstione. Salicetus ibi fin col. de iudici. communem esse eam opinionem testatur ibi Iaff. numero. 22. quam etiam tenet idē Bal. in. l. quod euitandi. numer. 2. C. de condict. ob turpi. caus. idem Baldus in. l. creditor qui non 8
idoneum. ff. si cert. pet. idem Bald. in. l. 2. in principio ff. sol. matrim. quo in loco eam sequitur Alexand. numero. 22. & communem esse testantur Claudius col. 4. Purp. numero. 70. & eam sequuntur Alexan. in l. qui bona. § quidam. in nu. 19. ff. de dam. infect. & in. l. si fideiussor § fin. numero. 12. ff. qui sat. dar. cogant. Iasson ibi numero 11. & eam sequitur Curtius in. l. 2. numero 38. ff. de iurisd. omn. iudic. atquè ita esse solitum practicare affirmat Angelus de Areti. c
in principio de act. Instit numer. 8. versic. in quibus locis. & communem esse hanc opinionem affirmat, eam sequutus Decius consil. 75. col. 2. versiculo. quarto hoc deducitur. communemque esse affirmat Antonius de Tremo. in addit. ad bon. curat. rub. de recus. num. 3.

27 Sed cautio hęc à iudice præcepta, quanto tempore duret. Et sunt qui existiment triginta duntaxat diebus cautionem hanc duraturam, ex text. in authen. de mandat. princip. §. Sed neque. & fuit hæc quidem opinio antiquorum, & communem esse testatur Albericus in. §. ne potentiores. numero vndecimo. Guillelmus verò de Cugno. ibidem arbitrio iudicis hoc committit. Cuius sententia illo vulgari fundamento vera est, quòd cùm tempus huius cautionis non sit iure determinatum, iudicis arbitrio commissum videtur. l. 1. in fine. ff. de iure deliberand. Præterea non esset benè prospectum petenti cautionem, si elapsis triginta diebus offendi posset, esset que permolestum iudicanti, si toties cautionem reuouare cogeretur. l. benè à Zenone. de quadri. præs. quare Guillelmi opinionem & Bartol. probauit numero septimo, Oroscius numero octauo. communem esse affirmat Ripa, eam sequutus in rubr. ff. de damn. infect. numero. 23. nam text. in. §. sed neque. huc non pertinet, loquitur enim de quadam securitate, quam iudex ipse partibus præstat. Sed hæc dissimilia sunt.

28 Illud constat cautionem hanc non circunscribi territorio iudicis eam præcipientis, nam si cautio hæc Salmanticæ sit data, & qui eam dedit, aduersarium Pintiæ offendat, verius est securitatem hunc frangere. quod Bartolus numero. 6. Albericus numero. 10. Oroscius numero. 13. in. §. ne potentiores. scripserunt, & à prætore Pintiæ hunc puniri posse Oroscius scripsit. & idem sequitur Iaſſ. allegans Angel. in. l. fi. num. 12. ff. de iuris. omn. iudic.

29 Sed cùm citra cautionem qui alterum offendit, legitimè sit puniendus, superfluæ igitur cautiones non est cur interponantur. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. seu fideicommiss. no. caueat. & verius est hunc grauiùs esse puniendum, propter fidem violatam. l. quum ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. inf. l. aut facta. §. causa. ff. de pœn.

30 Est & ille huius cautionis effectus notandus, nam cùm dissimulatione actio iniuriarum sublata censeatur. §. fin. de iniur. Instit. neque ad hæredes illa transit, nisi lite contestata. l. iniuriarum. ff. de iniur. interposita hac cautione, actio iniuriæ veluti perpetuata transit ad hæredes. ita enim voluit eleganter Bartolus in. l. non impossibile. numero. 3. ff. de pact. vbi idem sequuntur Angelus colu. 1. versiculo. est etiam effectus. qui hoc commendat. Fulgosi. numero. 6. Paulus de Castro num. 7. Iacobinus numero. 5. dicens hoc esse quotidianum. & approbatam esse hanc Bart. determinationem affirmat Oroscius ibi. idem sequutus numero. 13. ijdemque notarunt actionem iniuriarum, quæ lapsu anni perimitur. l. si conuitij. de iniur. ℨ. l. penul. titul. 9. part. 7. interposita hac cautione in longius tempus prorogari.

31 Adde huc notabilem huius cautionis effectum, nam qui pacem violauit, poterit compelli ad luendam pœnam, quam promisit accusatus criminaliter. Ita enim Bartolus, Angelus, Iacobinus & Oroscius annotarunt in illa. l. non impossibile. nam si cautio hæc non fuisset interposita, accusatus punitusque criminaliter ciuili actione iniuriarum, accusari non posset. l. prætor edixit. §. si dicatur. ff. de iniur. Pœnam autem, sub qua aliquis promisit aliquem non offendere, parti offensæ cessuram certum est ex regu. tex. in. l. multarum compendia. sup. de mod. mult. Et Paulus de Castro annotauit in illa. l. non impossibile.

32 Leges quoque ipsæ, quibusdam personis cautionem hanc largitæ sunt, vt legatis, quos offendere grauissimum semper fuit. l. fi. ff. de legat. l. sanctum. ff. de rerũ. diuisio. quod si quis hos violet, iure singulari hostibus eum dedi iura voluerunt.

33 Principes quoque solent hanc cautionem quibusdam impendere, cuius ille effectus est, vt si quis aduersus principis verbum aliquem offendit, præterquàm quòd pœnis legitimis est coërcendus

cendus reus quoque læsæ maiestatis constituitur.l.1.ff.ad.l.Iul.maiest. idque Bartolus annotauit in illo.§. ne potentiores. numer.9.idem Bart.in.l.1.de nauicul.libr. 11.numer.2. vt omittam ego hic nouam Budæi ad illam.l.1.interpretationem, quã & Duarenus corroborat libr.2.quæst. anniuers.c.22. Nullus autem præter Principem huiusmodi securitatem potest tribuere. quod Ioannes Platea obseruauit in.l. cùm sæpè.nume.1, de erogat. milit. anno. libr.12. & multi quos Ioannes de Neuizanis allegauit consi.83.nume.5. Alienigena autem non compellitur per iudicem loci hanc cautionem præstare. Bartol.in.l.& si susceperit.§.fi.num.1.ff.de iud.Iaſſ.in præs. num.7.Felin.in rub.de treg.& pac. Regij quoque huius auditorij magistratus passim litigantibus hanc securitatem repromittunt, & dicuntur apud nos (cartas de amparo.) Cautionẽ autẽ hanc indemnitatis iudex nisi id pars petet, nunquam iubebit, quod allegans Imol. & Felin. notauit Ioannes de Arnano singul.53.

34 Sextò collige ex text. hoc in versiculo. cùm etiam. quòd possessio dimissa ex causa transactionis non facit dominum possessorem, sed vtilem duntaxat ei actionem quærit aduersus realem actionem: quæ text. particula probat sententiam glossæ ordinariæ in.l.stipulatio ista, in principio verb.successores.ff.de verb obligat.

35 Vltimò collige ex illis verbis interpellatus. iudicem non imparti officium suum ad priuatã vtilitatem, nisi petatur à parte. idem probant iura vulgaria in.l.1.§. magistratibus.ff.de magist.conueniend. in.l.4. §.hoc autem.ff.de dam.infect.vbi plura cõgeruntur.

36 Gl.1.existimat fratrem vxoris meæ leirum mihi dici. Sed quod Alciatus ex Nonio Marcello notat, Leuir est, qui est frater viri alicuius mulieris, qui etiam text.in.§. gradus.l. non facilè. ex Græco optimè restituit.

Gl.2.fuit declarata 1.notabil.

Gl.3.& 4.sunt expositiuæ.

Summa rerum. L. Fratris.

1 *In contractu transactionis non est locus pœnitentiæ, etiam re integra.*
2 *Exceptio transactionis, impedit litis ingressum.*
3 *Aliæ quoque exceptiones impedientes litis ingressum, numerantur.*
4 *Exceptio præscriptionis, impedit litis ingressum*
5 *Etiam coram arbitro proposita.*
6 *Statutum compellens ad transactionem, non habet locum in re iam transactione decisa.*
7 *Transactio an habeat paratam executionem.*
8 *Optimè sanctio pragmatica Regum catholicorum expenditur.*
9 *Turpe esse eõiuncto fidẽ conuentionis frangere.*
10 *Filiusfamilias an possit sine consensu patris venundare se ad pretium participandum.*
11 *Et an operas suas artifici locare possit, inuito patre.*
12 *Filiusfamilias an prouocare possit in singulare certamen, sine consensu patris.*
13 *Vxor an sine consensu mariti possit se venundare ad pretium participandum.*
14 *Gl. declarantur.*

§. L. Fratris.

POtest diuidi text. hic in duas partes, in prima ponitur dictum, ratio in secunda, quæ est ibi, nullus etenim.

1 Primò collige in transactione non esse locum pœnitentiæ, licèt sit contractus innominatus. atque in hoc semper tex. hic allegatur, in quo ego plura dicam in.l.quãuis §.eod.

2 Secundò collige, causa transactione decisa non posse agere in iudicio eum, qui actionem amisit, obstãte exceptione transactionis, quæ semper impedit litis ingressum. atque in hoc omnes notant. l. hanc. idem probat text.in.l. eleganter. §. si quis post.ff.de condic.indebit in.c.1.de liti.contest. libro.6. namque generale est, vt motor litis iã decisæ audiendus minimè sit.l.3. §.ibidem.ff.ad exhiben. Generaliuſq; Bar.

3 colligit in præsenti. exceptiones oẽs litis finitę impedire litis ingressum, nã de transactione

actione dicitur hic de exceptione iurisiurandi.in.l.1.ff.de iureiu.& in illo.c.1.idem probat tex.in.c.& si Christus.de iureiu.vbi id notat Pano.nu.2. de exceptione reiiudicatæ.in.l.1.ff.de re iudic.

4 Sed & idem præscriptioni priuilegium est, vt eius exceptio impediat litis ingressum.quod Bart.hîc notauit allegans text. in.l.fi.ff.pro suo.vbi Bartolus idem notauit.idem videtur probare text.in.l.si nulla.ibi.si nulla præscriptione tua interpellatur petitio.infra de acquir.possess. in.l.omnes.verb.mouentur.de præs.30. vel.40.ann. vbi hoc obseruauit Bartolus numero primo.idem probat tex.in.l.1.§.fi. ff.ad Tertulli.vbi hoc notat Bar.in.l.transacta.vbi Bart.etiam idem notauit de verb. signifi.idemque notat Bart.per text.ibi in l.emptor.de longi.temp.præscript.idemque visus est tenere idem Bartol.in.l.cùm quærebatur.nu.3.ff.iudica.solui.Quod tu accipe,non solùm in vsucapione, sed & in præscriptione,quod ex legibus à me paulò ante allegatis satis constat,& notauit expressim Angel.de Aret.in.§.æquè.nu.10. de except.Inst.etiam si opponatur præscriptionis exceptio in modum replicationis. l.1.C.de sta.defunct.Sed & in criminalibus impedit exceptio hæc litis ingressum.l.adulter post quinquennium.C.de adult.l. sed si vnius.in princip.vers.si antè.ff.de in
5 iur. Coram arbitro quoque exceptio hæc impedit litis ingressum,ne ad compromissum procedatur.quod notarunt Corneus consil.46.nume.3.vol.2.Decius consil.22. nume.3.& hîc allegat alia.modò exceptio hæc statim probetur.Bartolus in.l.fin.ff. pro suo.Baldus in.l.si is quem.§.de stat defunct.Felin rubr.de præscript.colu 4.& cùm litis ingressum impediat præscriptionis exceptio,indubitabile videtur,quod Romanus consuluit consil.249.numero 2.impedire quoque exceptionem præscriptionis,ne interrogatoria admittantur,qui tamen agit in exceptione transactionis, & sententiæ,licèt id veluti notabile,Claudius hîc quoque retulerit,numer.6. Vnde optimè Cicero in Oratione pro A. Cecinna vsucapionem appellat finem solicitudinis & periculi litium.Sunt & aliæ non paucæ exceptiones impedientes litis ingressum,quas enumerat Paulus de Castro in.l.nam & posteà.§.1.numero.2.de iureiur.plures congessit Bald.in.l.1.postquàm liti.5.oppositi.sup.de pact.Alexand. ad Bart.in.l.vir bonus.ff.iudicat.sol.quæ omnes veluti declinatoriæ proponuntur ad impediendum litis ingressum,nam proponi etiam possunt veluti peremptoriæ ad merita causæ.quod Bal.in illa.l.postquã liti.optimè notauit,& in exceptioné nu.16. de præb.Alex.& Ia.in illa.l.nam & posteà. Maranta de ord.iud.6.p.mẽbro.9.nu.12.

6 Et cùm hoc transactioni priuilegiũ sit, ex hac.l.colligũt extemplò Bal.Salic.Fulg. & propè iuniores omnes statutũ cõpellẽs ad cõpromissum minimè habere locũ in re transactione decisa.atque ita obtinuisse se Alex affirmat.& communẽ opinionem esse testatur Alcia.nu.10.& eã alij sequuntur quos allegat Petrus Dueñas reg.36.nu.6.

7 Et prętęrquàm quòd exceptio trãsactionis impedit litis ingressum,habet quoque priuilegiũ paratę executionis.ita enim aiũt tenere Ioan.Andr.in.c.1.vers.9.quando. de libell.oblat.sed Ioannes Andr.benè lectus hoc minimè dicit,licèt vterq; Curtius & Alciatus prętentes eum in hoc allegauerint,& contrarium suadere videntur multæ leges huius tituli dicentes,ex transactione dari actionem præscriptis verbis,atque generale est,ne contractus iure communi habeat paratam executionẽ.l.minor.25.annis cui fideicõmissum.ff.de mino.quę text. multi in hoc notarũt,& eos citãs doctissimus Gabriel Quemada.in cõpẽdio quęst.fiscaliũ.q.9.quare Alc.& Cur.opinionẽ hãc quã ipsi Ioan.And.imponũt falsam esse arbitrãtur,licèt cõmuniter teneri Cur.Senior affirmet nu.2.Ego existimo trãsactionẽ facta corã iudice,atq; eius authoritate firmata paratã habere executionẽ.ex text.in.c.si quãdo.de of.deleg.Et licèt inter canonistas ibi nõ sit parua cõtẽtio,an iudex delegatus

possit

posit compellere partes ad obseruãdam transactionem apud ipsum factam illud extra quæstionem esse video, an transactio illa habeat paratam executionem, fatentur enim omnes apud iudicem ordinarium executionem huius transactionis legitimè peti posse. quod ex Felino ibi constat, col. fi. versic. quartus casus. Si igitur hoc est constitutum in transactione apud iudicem delegatum, probabilissima sententia est idem esse in transactione facta apud iudicem ordinarium, cuius iuris dictio & firmior est, & efficacior. l. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius.

8 Apud nos autem hoc est expeditissimum pragmatica Madritij facta à Principibus Catholicis anno. 1502. vbi optimi principes statuerunt transactionibus quoque extra iudicium factis paratam esse executionem, dummodo publici notarij authoritas illis accesserit, atque ita eas quotidiè exequi iubemus.

9 Tertiò collige ex illis verbis. contra fidem sanguinis. turpiùs esse venire contra conuentionem factam cum coniuncto, quàm cum extraneo, quoniam multum semper sanguinis coniunctioni iura tribuerint. l. 2. ff. de receptat. Adde textum in l. ex stipulatione. ibi. paciſci proximis personis. de sent. & inter. omn. iud. & cùm litigare cum consanguineo exemplo sit pernicioſum, iubet lex, vt domesticæ quæstiones, quoad eius fieri potest, litigantes intra priuatos parietes determinent. l. congruentius. C. de pat. potest. l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœn.

10 Ex gl. 1. tu collige licere filiofamiliâs venundare se ad pretium participãdum. quæ est vel maxima extensio ad text. in. §. penultim. Instit de iure per. in. § maxima, de capit. diminut. Fulgoſi. in præsenti glossam hanc interpretatus, dubitasse se aliquando testatur, an filiusfamiliâs possit derogare patriæ potestati, venundans se ad pretium participandum. Et inquit se modò nolle id determinare. Sed eandem opinionem tenet glossa expressior in. l. si ex causa. §. Pomponius. in glossa maiuscula. ff. de minor. vbi eius glos. opinionem sequuntur Bartol. nu. 3. Alberic. statim in princ. atque hanc opinionem tenet etiam gloss. in. §. penult. in gloss. maior. ibi. sed nunquid patri. de iure per. & sequuntur hanc opinionem Rimin. al. fi. col. allegans Guillelmum eiusdem sentẽtiæ authorem. Claudius nu. 9. & sunt pro gloss. opinione non leuia argumenta. Primò, regula generalis, quæ filijsfamiliâs permittit se obligare quocunque contractu præter mutuum votum, & additionem hæreditatis. l. filius familiâs. 2. ff. de acti. & obligat. l. tam ex contractibus. ff. de iudic. l. 1. §. filium. ff. depoſit. vnde & bonis ille cedere potest. l. pe. C. qui bon. cede. poss. quo beneficio si vti ille noluerit, incarcerabitur. 11
gloss. in. l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor. Poterit igitur & se venundare. Secundò licet ipsi. filiofamiliâs patrem suum priuare patria potestate, seipsum occidendo. l. sed si damnum. §. sed & si ipse. ff. de pecul. igitur & seruitutem obeundo, quæ mortalitati ferè comparatur. l. seruitutem. ff. de regulis iuris. Tertiò, licet filio familiâs priuare patrem iure patriæ potestatis, si religionem ingrediatur. l. Deo nobis. de epiſcop. & cleric. licebit igitur & se venundando. Franciſcus Curtius iunior num 8. existimat contrariam opinionem esse veriorem, hoc vel solo fundamento, quòd cùm filius non possit sine consensu patris adoptari, allegat text. in principio de adopt. Instit. qui hoc minimè probat, sed id probat text. in. l. in adoptionibus. ff. de adopt. quæ adoptio in 21
ducit in filio minimam capitis diminutionem. §. minima. de capit. diminut. multò minus poterit venundare se ad pretium participandum, ex quo minuitur ille maxima capitis diminutione. §. maxima. de capit. diminution. Hanc opinionem ante Curtium videntur mihi tenuisse Faber numero tertio. Angelus numero 8. in. §. serui. Instit. de iur. per. qui dicunt licere parentibus reuocare venditionem

hanc

hanc ſi ignorantibus ipſis facta ſit. Ego verò ab opinione glossarum non diſcedo, quoniam elegãtia ſunt quæ pro ea induxi fundamenta, argumẽto Curtij reſpondẽs in adoptione ideo patris conſenſum requiri, quoniam ſi lex eum expreſsim deſideret, quod non eſt in hac venditione ad pretiũ participandum. Sed quare lex hîc etiã eundem patris conſenſum non exquiſiuit, cùm maius hinc filiofamilhãs periculum immineat, quàm ex adoptione? Reſpõdeo ipſe, quòd ſi lex in hac venditione parentis conſenſum exigeret, extemplò videretur filijsfamilhãs abſtuliſſe facultatem, ac commercium huius contractus, cùm vero ſimile non ſit aliquẽm parentem, huic filij ſui venditioni eſſe aſſenſurum, & cùm
11 liceat filiofamilhãs ſine patris conſenſu ſe venundare ad pretium participandum, licebit multò magis ei conuenire cum cerdone, ſarctore, vel architecto, vel fabro quouis lignario vt ei ſeruiat per triennĩ, neque parenti licere huiuſmodi rumpere cõuentionem, quòd inſcio ſe expedita ſit. ita enim contra Martinum de Fano, & Odofredũ determinat Albericus in l. veluti nu. 26. ff. de iuſt. & iu. & hanc ſententiã ſequuntur ibi Laſſ. nu. 16. Claudius num. 8. qui illam l. declarat ſub. 5. ius naturale l. 1. Zaſius ibi nu. 3. neque pater poteſt de hac filij conuentione indignari, cui non operas, ſed pietatem filius debet. l. penult. ff. de obſeq. pat. præſt. quòd ſi filius nemini ſe locaſſet, ſi paterni iuris ſit, non dubitauerim poſſe patrem eum compellere, vt ſibi ſeruiat. quòd Angel. conſi. 85. nu. 3. Boerius
12 deciſ. 195. nu. 5. reſponderunt. Filium quoque familhãs exiſtimo & in ſingulare certamen ſine patris conſenſu prouocari poſſe, tametſi contrariũ defendat quibuſdam veterũ exemplis Alciat. de ſing. cert. c. 26.
13 Superioribus tu adde, non vt filio ſine conſenſu patris, ita quoque marito ſine conſenſu coniugis licere venundare ſe ad pretium participandum, quod ex noſtris vix vnum aut alterum inuenias tetigiſſe, ſed eſt lege regia Hiſpaniæ conſtitutum
14 In gl. 2. ibi decernimus. dicit Alberic. Lillam ad hãc nil pertinere, quare errore huc allegatam fuiſſe. ſed eam benè Claudius inducit nu. 11. ibi. ad ſinceritatem geminã. quoniam ſicut ibi oportet epiſcopum ſeruare duplicem fidem epiſcopi & ſacerdotis, ita hîc, hunc qui tentabat rumpere tranſactionem oportet eam obſeruare ob fidẽ conuentionis, & propter ſanguinis coniunctionem.

In gl. fi. ibi ſi liceret, vel dic hyperbolen hîc eſſe, quæ figura non eſt legibus aliena. quod notabimus in l. non minorem. j. eo.

ſi. titu. 5. part. 4. Cuius & ratio & diſpoſitio generalior quidem eſt, quàm vt ſancti doctoris ſententiam ſuſtineat, qui. 36. diſtinctionem quarti libri ſententiarum interpretatus hanc in marito venditionem eatenus prohibendam cenſuit, quatenus illa facta debiti coniugalis redditionem impediret. Nam neque votum facere poteſt maritus ſine conſenſu vxoris, niſi illud ſit ad viſendam terram ſanctã. c. ex multa. 5. in tanta. de vot. In cæteris autem votis factis ab altero coniugum quid ſtatuendum ſit, explicat optimè Sotus libr. 7. de iuſtit. & iur. q. 3. artic. 1.

Summa rerũ. l. De fideicommiſſ.

1 *Fideicommiſſum reciprocum poſſe remitti, neque hinc læſionem vllam illatã cenſeri remittenti.*
2 *Tex. hic an ſit correctus ex. l. quoniã in prioribus.*
3 *Qui conduxit aureis centum ab eccleſia reditus fundi pro ſua vita, an ſi longiſſimam vitã egerit, videatur eccleſiæ patrimoniũ defraudaſſe.*
4 *Tex. hic an habeat locum inter fratres ætate diſparis.*
5 *Valeat ex hac. l. ſtatutum compellens affines ad compromiſſum.*
6 *A iudicio ſortis appellari minimè poſſe.*
7 *Ludo acquiſita an ſint reſtituenda in foro animæ.*
8 *Et an in foro exteriori.*
9 *Sponſiones quas, apueſtas, Hiſpani vocant, an ſint permiſſæ.*
10 *Procurator cum libera, an poſſit in arbitratorẽ compromittere.*
11 *Declarat. tex. in l. et Atilicinius. ff de pact. dota.*
12 *Generale nomen eſſe tranſactionis, quod & ad refutationem pertineat.*

¶ L. De fideicommisso.

RVichram esse l. hanc Bar. profitetur, & posteriores oēs quam plurimùm legis huius vtilitatē commendarunt, & vnicum esse text. hunc affirmat Bal. in l. cum Archimedoram. num. 3. vt in posse legat. Diuiditur in duas partes, in prima ponitur factū, ratio in secūda, quę est in vers. cum fratrū.

1 Ex prima text. particula tu colligē fidei commissum reciprocum posse remitti, ita vt remittens illud non censeatur læsus ex remissione, idē probat tex. in l. cùm proponas. 1. sup. de. pact. Quare notarunt omnes hinc, quòd quando aliquis actus potest afferre commodū & incommodum, non est cur ex eo læsum sē fuisse aliquis quæri possit. idem probant tex. in l. verum ¶. item sciendum. ff. de minor. in l. si ea lege. ¶. de vsur. in l. penul. ¶. de solut. in l. si pater puellæ. ¶. de inoff. testament. vbi non censetur grauata filia, vt querelam inofficiosi testamenti possit intendere, quod iusserit eam pater si intra certum tempus moreretur, portionem suam restituere, si etiam in huius fauorem alij cohæredes sub eadem conditione restituere sint obligati.

2 Sed an text. hic, in quo videmus filios grauatos inuicem fuisse, & text. in illa. l. si pater. hodie quoque locum habeant, cùm filius absque vllo prorsus grauamine legitimam sit accepturus. l. quoniam in prioribus. l. scimus. §. cùm autem. de inoff. testament. l. 17. titu. 1. l. 11. titu. 4. part. 6. Et gloss. quidem ordinaria in illa. l. quoniam. in gloss. tollatur. existimat, non esse lege illa derogatum. l. si pater puellæ. & fuit hæc opinio Azonis in summa tituli de inoff. testam. nu. 22. & gl. opinionem sequūtur Ricardus Malumbre, & eam referens Fulg. ibi nu. 2. atque idem Fulg. in l. si pater puellæ. nu. 1. dicens putare se hanc esse meliorem sentētiam. Cumanus in l. cùm ex filio in princ. num. 5. de vulg. & pup. qui allegat Iacobū de Aret. & Ange. ita tenētes. quam & alij non pauci sequuti sunt, et nouissimè Fernandus Menchaca acutissimi ingenij viri de succes. creat. §. 10. nu. 250. contra gl. fi. in eadem. l. si pater, existimans correctas esse leges has ex. l. quoniam in prioribus. vbi idem tenet Bartolus affirmans ita seruare consuetudinem. idem sequuntur ibi Baldus, Paul. & Iass. qui eandem consuetudinem testantur. Bart. ol. in l. filijs matrem. num. 1. de inoff. testamen. & fuit etiam huius sententiæ gl. ordinaria. in l. cum ex filio. in gl. de vulg. & pupill. Bart. ibi nu. 2. & testantur hanc opinionem esse communem eam sequuti Cuman. ibi nu. 5. Alex ibi nu. 6. noster Rodericus in l. quoniam in prioribus. 14. limit. quam & Alciatus probat in præsenti numero. 10. neminem allegans. Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. numero. 42. ff. de verborum obligationibus. Et hæc opinio mihi placet, vel hoc solo fundamento, quod prohibeantur hoc casu alienare bona propria hi filij testantis, etiam intra quartam legitimam. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. oportet igitur huiusmodi grauamen longè à legitima ablegari.

3 Deinde Paulus de Castro numer. 3. inducit legem hanc in argumentū, vt si quis ab ecclesia comparauerit centum aureis nummis reditus fundi cuiusdam pro tempore vitæ suæ, & longissimam vitam egerit, ita vt amplius quàm ducatos mille perceperit ex fundo illo, non teneri eū ecclesiæ illi quicquam restituere, neque vsuræ hic suspicionem vllam subesse, quoniam potuerit hic etiā primo anno cōductionis vita fungi, ex quo huius cōtractus iustitia arguitur, cū damnum sicut & commodū ex eo potuerit contingere. c. in ciuitate. c. nauiganū, de vsur. et hanc Pauli determinationem sequuntur Alexand. nu. 2. Iass. nu. 2. Curt. Senior nu. 2. Alciat. nu. 5. Deci. nu. 4. & esse communē opinionem eā sequutus affirmat Iacobi. nu. 3. tametsi contrarū Petrucius quidā determinauerit. Sed distinctione hic opus est, vt si quidem tempore contractus, conductor adeò teneræ fuerit ętatis, vt sit vero simile multos annos eum

victurũ, ita vt longè ſuperaturus videretur pretiũ annui cenſus, vſura contractus carere nõ videatur. Secùs autem ſit, ſi eius ętatis ſit conductor, vt nulla deceptio interuenire videatur. quæ diſtinctio fundari videtur in l. hæreditatum. ff. ad l. fal. & Cinum habet authorem in l. ſi pater puellæ. vbi Baldus idem ſequutus affirmat ita tenere Theologos. & eſſe communẽ hanc diſtinctionem conſtat ex laſſ. ibi nu. 8. Anania in c. nauiganti. nu. 20. de vſur. quã & Cepola eã ſequutus innuit eſſe cõmunẽ conſ. 14 nu. 4. & eadẽ diſtinctio videtur adhibenda in his annuis reditibus, quos principes noſtri priuatis vendunt, qui dicuntur (juros de por vida.)

4 Ex quibus etiam oportet limitari. l. huius diſpoſitionẽ, vt non habeat locũ ſi inæqualitas eſſet inter hos duos fratres fidei commiſſum ſibi remittẽtes. Quid enim ſi vnus eſſe iuuenis in flore ipſo ætatis cõſtitutus, alter capularis quidam ſenex, qui decrepitus iam prolem ſuſcipere minimè poſſit, namque hoc caſu ſi mutua fideicommiſſi remiſſio fiat, læſus iuuenis ille diceretur, poſſetque ex hac cauſa in integrum reſtitui. ita enim. l. hanc limitarunt in præſenti Aretinus. ſi. verbis. Lãcellotus Decius col. 2. Philippus Decius nu. 4. Riminal. ſi. col. Curti. nu 1. Alciatus. nu. 2. tametſi hîc poſt Riminal. cogitandum relinquant, & cõtrarium teneat Ioannes Baptiſta, quem Curt. Iunior retulit, qui exiſtimat fratrum concordiam hîc veluti potiſsimam cauſam attendi, quam cuiuis lucro ac damno præferri oporteat. atque hanc opinionem Corneus etiam hîc probauit, allegans Bal. num. 5. Sed priorum opinionẽ ipſe probo, cuius ante omnes author fuit Cumanus, quẽ hîc referũt recentiores, & eã ſequuntur alij quos idem ſequutus allegat Tiraquellus in l. ſi vnquam. de reuo. donat. in gloſſ. donatione largitus. nu. 116. Hubert. Zuchard. allegãs alios in l. 1. nu. 58. ſub tit. 1.

5 Deduxit prętereà ex hac l. Bar. in prima conſt. 5. quibus nu. 5. valere ſtatutum cõpellens ciues ad compromittendũ cauſas omnes: quoniã licèt poſsit quis dicere ini quũ eſſe huiuſmodi ſtatutũ, quod ſibi auferat beneficiũ appellationis. l. 1. de arbit. iniquum minimè eſt, cùm idem quoq; beneficiũ auferatur huius aduerſario. & Bart. inquit notabilem eſſe text. hunc in hanc ſententiam. Adde huc quòd nec minores compulſi cõpromittere, poſſunt dicere ſe læſos. Bal. in l. ſi. col. 1. verſ. & ideo facit ad quæſtionẽ. j. de in integr. reſt. nã quod alibi gl. ſcripſit in l. ſi minor. 5. minores. ff. de minor. minorem cẽſeri læſum, vt primùm compromiſit, accipiunt hîc Aretin. ac Curtius Iunior. ſi cum maiori cõpromittat, nõ ſi cum altero minore, quo caſu æqua videtur vtriuſque partis conditio. Sed neque aduerſus fortunam minori eſſe concedendã in integrũ reſtitutionẽ. Bal. colligit ex text. ibi in l. verum. 5. ſciendũ. nu. 2. ff. de minor.

6 Et ex Bald. Rimin. hîc obſeruauit à iudicio ſortis appellari minimè poſſe. idẽ Hippol. in l. vnica. nu. 140. de rapt. virg. idẽ ſequuntur laſ. in l. ſi. in prin. nu. 10. cõmun. de leg. Decius in l. 1. nu. 17. ſup. tit. 1. Huber. Zuch. ibi nu. 57. Mauritius de reſti. c. 211. Peruſi. in rub. de appellat. col. 3. Maranta de ordine iudic. 6. p. actu. 2. nu. 246.

7 Ex quibus & illud infertur acquiſita in alearũ, chartarúmue ludo iuſtiſsimè ab eo, qui ea acquiſiuit, poſſideri, neque ante iudicis condemnationem teneri eũ ea reſtituere, dubius enim fuit lucri ac damni euẽtus, quare is cui ſors malè ceſſit, queri minimè poteſt, ſi bonorum iam liberã adminiſtrationem adeptus fuerat, & nulla fraus dolo incidit. Quę propoſitio deduci prætereà videtur ex tex. in l. ſi. verſ. ſi ſeruus. ff. de aleæ luſu. & ale. vbi eius quod filius vel ſeruus alea perdidit, repetitio datur patri vel domino, quoniam videlicet nõ ſit illis libera alienandi facultas. atque hanc propoſitionem ſequuntur Bal. in rubr. de condict. ob turpem cauſ. num. 2. & frequentiores Canoniſtæ in c. penult. de vit. & hon. cler. quo in loco ex Pan. nu. 13. ver. primo caſu. cõſtat hanc eſſe cõmunẽ opinionẽ, quã legis noſtrę autoritate cõfirmat Dec. cõſ. 115.

nu. 4.

numer. 4 & sequuntur hanc opinionem Hispaniæ nostræ clarissima lumina Diegus Couarruuias episcopus Segobiensis meritissimus in c. peccatum de regul. iur. libr. 6. 2. p. §. 4 nu. 2. Dominic. Soto de iust. & iur. lib. 4. q. 5. art. 2. Martinus Nauarrus in manu. lic. 19. nu. 9. Prosequuntur quelatissimè partes huius argumenti Petrus Couarruuias ex instituto sancti Dominici, & Franciscus Alcocerius Franciscanus priuatim in hoc edeis libellis. In foro autem exteriori constat dari semper huius lucri repetitionem. l. alcaus vsus. de relig. & sumpt. funer. l. 2. nu. 10. lib. 8 ordinamentor. quę hodie sunt in vsu, iubentibus pragmaticis multis sanctionibus earum obseruationem.

Eadem quoq; ratione constat validas esse eas sponsiones quas vulgò (apuestas) vel (parturas) appellamus, dubium enim euentus, iustitiam tribuit huic contractui. l. m naue Sauphelis ff. locat. atq; huius contractus meminit iurisconsultus in. l. si rem. §. si quis sponsionis. ff. de præscript. verb. in. l. quod virginis ff. de ales. luc. & aleat. l. qua actione §. si quis in collectatione. ff. ad. l. aquil. l. in executione §. fin. ff. de verb. oblig. l. 15. bestias ff. de postul. l. vnica de athlet. lex 10. & eum qui hoc ludo vatur, appellat Bald. in rub. de condict. ob turp. caus. numero 2. lusorem honoris & laudis amatorem. quid enim differt contentio hęc ab illa, Si Titius hoc anno consultus factus fuerit, quam passim leges adquirunt. l. si quis ita stipulatus fuerit. l. à Titio. ff. de ver. oblig. vbi Paulus & Alexander huiusmodi conuentiones approbant. Item Antonius post antiquiores in gemma numero 7. in fine de spons. Decius in illo consil. 115. Diegus Couarr. & Mart. Nauarrus, quos iam allegaui. Petrus Saterna de sponsi mercat. 2. p. nu. 17. Antonius Gomez lib. 1 variar. resol. 2. c. 11. num. 4. & hi allegant alios.

Inducitur exinde textus hic contra Ang. de Petusio in l. Imperatores nume. 2. ff. de pact. existimantem procuratorem cum libera compromittere in arbitratorem non posse, quoniam posuit ille vnu dando, alterius auferendi. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbit. sed cùm æqua sit vtriusque partis conditio, non videtur procurator deteriorem dominum fecisse, quòd ita contra miserim atque ita Angeli opinionem reprehendunt Alexand. in præsenti numero 3. Curtius Senior nu. 3. Iunior verò nu. 4.

Superioribus omnibus obijcitur textus in l. Aristarchus ff. de pact. dotal. vbi pactum dotis restituendæ reciprocum fuit, quod & in commodum mulieris potuit cedere atque in incommodum. Et ex sententia Pauli & Proculi non valuit, & miratur Bartol. ibi decisionem text. illius. sed illum textum priuato dotis fauore constare verùs est, vti eum interpretantur Alexand. Iason & Curtius prælectes. & communem intellectum esse affirmat Alciatus numero 9. & fuit intellectus Imolæ in. l. si socer. §. Lucius. numero 6. ff. solut. matrimo. namque si pactum ibi seruaretur, posset esse insigniter damnosum mulieri, si forte marito ipsius dos non esset soluta intra decennium, nam cùm alterum decennium esset expectatura soluto matrimonio, tardiùs illa posset nubere, quare lex non admittit huiusmodi conuentionem, quę etiam in causa dotis cessante hac ratione admitteretur. l. si pater. l. penult. ff. de pact. dotalib.

Gl. 1. exponit verbũ dacoi, relicto. quoniam dare ad actus viuentium, relinquere ad vltimas voluntates spectet. l. prima in fine. ff. de tabul. exhib. l. vnica. de pecu. eius qui libe. mer.

Gl. 2. breuissima est atque expositiua.

Gl. 3. exponit verbum, transactio, pro fine quodam seu refutatione, nam hic transactio concipi non potuit, cùm neque res dubia esset, neque lis incerta. sed vt text. hic rub. de transaction. conueniat, plerique omnes de transactione propria responsum hoc interpretantur, vel ea ratione quæ glos. fuit, quoniam de ipso gravamine inter fratres quæstio esse potuerit, quod mihi vix est vt placeat, nam hoc veluti constans hic Imperatores videntur

dentur habuisse, vel propter dubium euentum mortis potuit transactio rectè concipi.

12 Oportet autem ex hac gl. notare generale esse nomen transactionis, quod & ad refutationem glossi. protendit, videtúrque itaque ad omnem obligationem huis finiendæ pertinere l. 1. §. fi. ff de pact.

Gl. 4. exponit verbum captandæ, nil habet difficultatis.

Gl. 5. cũ tribus sequẽtibus, est expositiua.

Summa rerum. L. Præses.

1 *Administratores ciuitatis possunt super rebus quas administrant, transigere.*
2 *Sed videri eos non posse transigere sine speciali mandato, atque hæc difficultas explicatur.*
3 *Administratores ciuitatis sine speciali mandato possunt petere in integrum restitutionem.*
4 *Et iurare tutum calumniæ subire.*
5 *Declaratur text. in l. 1. ff. de off. procur. Cæsar.*
6 *Text. hunc non habere locum, si procurator ciuitatis potuisset probationes inuenire, quæ sufficerent ad obtinendum.*
7 *Neque etiam si à solo decurionatu non etiam ab vniuerso populo procurator sit constitutus.*
8 *Item oportet populum constare ex territorio.*
9 *Neque habere locum text. hunc in præside ciuitatis, & quanto tempore ciuitas ad retractandũ huiusmodi contractum admittatur.*
10 *Neque transactionem hanc vel ipsi transigenti nocere.*
11 *Administrator ciuitatis debitum ciuitati non remittit.*
12 *Remissio sicuti & datio eget insinuatione.*
13 *Sed neque acceptilationẽ facit procurator cum libera.*
14 *Neque appellationi renuntiabit.*
15 *Debitori egentissimo administrator ciuitatis potest debitum remittere.*
16 *Item principis procurator.*
17 *Tutor optimatis splendidius familiam pupilli exhibebit.*
18 *Episcopus potest remittere quartam funeralem sibi ac ecclesiæ debitam.*
19 *Declaratur tex. in l. aduersus. de vsur. C.*
20 *Declaratur text. in l. fin. §. fin. ff. de publica. & vectig.*
21 *Procurator ecclesiæ potest transigere, si rem de qua agitur, pro ecclesia ipsa retineat.*
22 *Procurator vel tutor minoris non transigunt, etiam si res sit apud aduersarium minoris.*
23 *Pater filij legitimus administrator, an super re filij possit sine decreto transigere, vel illam alienare,*
24 *Pater in bonis filij quæ administrat ante litem contestatam, procuratorem constituit.*
25 *Administrator an possit remittere debitum quod ex causa vsuraria debetur ipsi ciuitati.*
26 *Tutores non posse bodie pecuniam pupillarem dare fœnori.*
27 *Publici ciuitatis administratores, an bona ciuitatis possint obligare.*

¶ *L. Præses.*

NOn diuiditur tex. hic, qui cõtinet duas regulas, permissiuam vnam, alteram prohibitiuam. Prior regula est. Administratores ciuitatis possunt super rebus ciuitatis, quam administrant, transigere. 1

Sed videtur eos qui aliena negotia gerunt transigere minimè posse, nisi trãsigendi potestatem ipsorum mandatum contineat. l. trãsactionis placitum. sup. eo. l. mandato generali. ff. de procurat. Sũt enim certi quidam casus, in quibus vt quis pro alio agere possit, speciale mandatum requiritur, inter quos transigendi facultas enumeratur. Et petitio in integrum restitutionis. l. illud. §. fi l. quod si tale. ff. de minor. l. vnic. etiã per procurat. c. corã felicis. de in inte. rest. quibus multa in iure similia sunt, sed illa omnia in priuatorum procuratoribus locum habent, tex. hic in procuratore ciuitatis, cui semper censetur facta potestas cum libera, aliter enim transigere minimè posset, quod Bart. hîc notauit nu. 4. & cæteri sequuntur. Licèt hæc commissio cum libera in priuatorum procuratoribus nunquam censeatur data, nisi specialiter fuerit concessa. l. quam Tuberonis. §. aliã. ff. de pecul. 2

Quare & in integrum restitutionem hic ciuitatis procurator postulabit. argumento text. in l. si actor. C. de appellat. qui hoc malè probat, licèt propositio sit verissima, quam tenent Innocentius vers. sed quæritur. Ancharranus nu. 3. in c. suscitata. de in integ. rest. Imol. ibi nu. 9. Pano. nu. 6. 3

Cum-

4 Cumque ad iurandum de calumnia pro alio speciale mandatum exigatur. c. fi. de iuramen. calumn. libro. 6. Procurator hic ciuitatis sine speciali mandato iurabit. l. 25. quod obseruari. de iureiur. propt. calum. dan. l. 24. titul. p. 3.

5 Sed adhuc videtur hos publicos administratores transigere minimè posse. ex text. in l. 1. ff. de off. procurat. Cæs. vbi Cæsaris procurator transigere minimè potest super re Cæsaris. Bal. ibi in versiculum adde. Respondet eum qui habet mandatum cum libera ab homine posse transigere, sed non eum qui id habet à lege, hic enim strictiores habenas habet. Sed hic Bal. intellectus est contra text. hunc, in quo administrator habens mandatum à lege, potest transigere, vnde sustineri minimè potest. Quare Curtius Iunior col. 2 fortasis mam esse difficultatem hanc præfatus, propter eam discedit à communibus receptisque vulgo sententijs, dicens procuratorem a Republica constitutum, non magis habere mandatum cum libera, quàm is habet, qui à priuato constituitur. Atque huic text. quo communis sententia fundata est, respondet ille, non agere de procuratore seu administratore, sed de decurionibus ipsis ciuitatem administrantibus. Sed hæc Curtij intelligentia cùm omnibus contraria sit, tenenda minimè est. Quare tertio loco quidam authores ita text. illum interpretantur, quasi ius speciale contineat in causa fiscali. quem intellectum & Iass. ibi. nu. 3. & Curtius Senior numer. 7. in præsenti retulere, à quibus meritò improbatur. Quartus intellectus est Iass. in præsenti num. 11. & in l. contraria. 5. notabi. dicentis tex. illum non agere in procuratore fisci, sed in procuratore Cæsaris, quem ille veluti priuatus quidam homo constituit. atq; hunc etiam intellectum ad. Lillam proposuit idem Iass. in l. procurator. nu. 1. de edē. sup. nam quod ex text. in. l. procurator. verb. priuatæ rationis, constat, duplex patrimonium in Cæsare consideratur: quod dam publicum atque imperiale, quod ille ex Regia seu Imperiali dignitate cōsequutus est, in quo procuratoré fiscalem habet: aliud verò patrimonium priuatum est illi, quod ille habet extra publicam illam dignitatem, in quo etiam habet ille suū procuratorem, qui & procurator Cæsaris dicitur, qui causas ipsius veluti priuati cuiusdam administrat. Et de hoc est accipiēdus tex. in illa. l. 1. & hunc rationalem Imperatorum leges appellitant. l. 2. de mod. mulct. ad fiscum. vbi caus. fiscal. atque hæc traditio communis est, licèt eam alibi Alciatus euertere nixus sit. Quintus intellectus nouissimè traditus est à Ioanne Oros. in illa l. 1. num. 33. existimante eam solam alienationem ibi prohiberi, quæ mala fide celebrata sit: quoniam in mandato quantumcunq; generali dolus semper videatur excep-
8 tus. l. creditor. §. Lucius. ff. mād. vult igitur Oros. valere trāsactionē factā à procuratore Cæsaris, si bona fide facta sit. Qui intellectus vt est vir doctissimi, tolerari satis potest, ipse interim Iass. intellectum probo.

6 Limitabis tu modò legem hanc vt non procedat, quādo facta diligenti inquisitione, administrator potuisset sententiam obtinere, vt qui probationes potuisset ille adinuenire, ex quibus in causa posset obtinere, hoc enim casu cēsetur huic adēpta facultas trāsigēdi. ita enim limitarūt. l. hanc Paul. de Cast. nu. 1. Rimin ald. col. 1. quorum opinioni videtur adesse text. in. l. tutor. in princip. ff. de iureiu. vbi tutor causam pupilli iureiurando decidere potest, si nullam aliam probationem pro pupillo posit inuenire. Quādo autem administrator posit huiusmodi probationes inuenire, vir bonus recte arbitrabitur, quod idē Paulus notauit.

7 Secundò limitabis text. hunc, vt minimè procedat, si administrator hic sit electus ab ipsis decurionibus vel tribunis, oportet enim ab vniuerso populo fuisse creatum, vel à concilio generali. argumento est text. egregius in. l. item ebrum. §. fin. vers. actor itaque. ff. quod cuiusc. vniuers. nomi. vbi is qui a decurionibus constituitur ad causas ipsius vniuersitatis agendas, procura-

toris officio fungitur, at procurator sine speciali mandato non transigit. l. transactionis placitum. suprà eod. ergo nec ille quem Decurionatus ordo constituit. & ita ex text. illo limitationem hanc deduxit Bartolus in. Liusiurandum. §. defensor. ff. de iureiu. vbi Bartolus inquit, procuratorē electum ab vniuerso populo vel concilio generali, æquiparari tutori, electum verò à Decurionibus priuati hominis procuratorē æqualem esse. Bartoli doctrinam sequuntur ibi Paul. Alexan. & Iasson. Paulus in præs. nu. 2. Iass. nu. 8. Curtius Senior nu. 4. Riminal. col. 1. Alciatus num. 5.

8 Tertiò limitabis text. hunc, vt solùm procedat in administratoribus cōstitutis ab vniuersitate habente territorium, quæ ex hoc constituit ciuitatem, villam, vel castrum, namque non idem esset in procuratore constituto ab vniuersitate aliqua, vel collegio. ita enim voluit Paulus de Castro in illo. §. defensor. numero. 3. qui hoc commendat, allegatque ille Cynum ac Baldum idem tenentes in. l. vnica. etiam per procurat. & idem sequuntur in præsent. Iacobi. numero. 2. Iasson. numero. 9. Alciatus numero. 5. quorum ea ratio est; quoniam constituti ab vniuersitate constituente territorium compelli possunt huiusmodi munus suscipere. l. fi. §. defensores. ff. de mun. & honor. cùm igitur sit munus hoc publicum, authoritate & vtilitate censentur hi administratores habere mandatum cum libera, vt possint transigere, quod non est in aliqua vniuersitate vel collegio, quoniam hac compulsione vti non possunt. Sed iudicio quidem meo hæc limitatio non procederet, si vniuersitas vel collegium hanc administrationem concederent alicui ex sua vniuersitate vel collegio, hunc enim illi compellere possunt ad suscipiendam administrationem; quia eadem ratio in his est, quæ in. l. nostra versatur.

9 Quartò limitabis hanc, vt minimè procedat in præside ciuitatis alicuius, cui iuris reddendi potestas commissa est, hic enim transigere minimè potest, neque censetur habere mandatum cùm libera pro administrandis rebus ciuitatis. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clàm. ex quo text. limitationem hanc ad hanc. l. proponunt Guido de Suza. & hunc referens Cynus versiculo. vltimo quæro, qui cùm legem quasdam alleget in huius rei argumentum, dicit hoc esse expressum in illo. §. planè. idem sequuntur Alberic. numer. 2. dicēs existimare se veram esse hanc limitationem. Bart. nu. 3. allegans text. in illo. §. planè. Paulus nu. 5. solum Cynum allegās. Alexan. nu. 2. qui Raynerium eam citat. Iass. nu. 10. Iacob. nu. 5. Curtius Senior nu. 5. Alciat. nu. 9. & idem quoque tenet Bart. in illo. §. planè, quoniam in generali hac iustitiæ reddendæ commissione non censetur commissa administratio cum libera, quod ex eodem. §. planè. eleganter Bal. obseruauit in rub. de contra. emp. q. 3. Decius in. c. decernimus nu. 12. de iudicij. Imò verò concessio liberæ nil operatur in hac specie, quod idem Bald. notauit in. Lius iurandum quod ex conuentione. §. fi. in fine. ff. de iurei. quoniā in hac cōmissione omnia ad iustitiā referuntur. quod Iacobi. Iass. & Alciatus hīc probarunt. Ego verò vt quartam hanc limitationem veram esse censeo vsuque apud nos receptam, ita cōstanter affirmo eam in illo. §. planè. quem & antiqui & recentes scriptores semper allegarunt non probari, nam text. ille non loquitur in transactione, sed in loci publici concessione, quam præses ille facere prohibetur, quod & ex textu nostro in secunda parte constare potuit. Sed si præses vel procurator Reipublicæ gratiosè vel publicas rationes expungat, vel rem ciuitatis concedat, vsque ad quantum tempus possit ciuitas rem hanc retractare, & cùm nemo scribentium hoc attigerit. glos. singularis in. l. calculi. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium, existimat vsque ad viginti annos ciuitatem hoc facere posse.

10 Sed an transactio hæc quibus casibus

eam

eam præses facere prohibetur noceat ipsi transigenti. Et non nocere existimat gl. 1. in l. si procurator. ff. de iur. fis. quam quibusdam casibus temperat Alciat. nu. 14.

11 Secundò collige ex text. hoc administratorem ciuitatis cum libera remittere minimè posse debitum ciuitatis, quoniam concessionis seu donationis facultas in generali commissione concessa minimè videatur l. contra iuris. §. fin. cum l. seq. ff. de pact. l. filius familias. ff. de donat. l. qui peculij. ff. de pecul. l. sicut. §. an paciscendi. ff. qui mo. pig. vel hypoth. solui. nam & debiti remissio species est donationis. l. si quis de legauerit. ff. de noua. Ex quo text. colligit Bart. ibi num. 1. procuratorem cum libera non posse remittere debitori exceptionem peremptoriam, & idem probat text. in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. Ex quo text.

12 colligit gl. ff. ibi requiri etiam in hac debiti remissione insinuationem sicuti in vera propriaq; donatione est necessaria. l. sancimus. de donat. l. 9. tit. 4. p. 5. & gl. illius opinionem sequuntur in proprio loco Dynus & Rayner. de for. l. Iacob. de Aret. & Alber. qui duo posteriores limitant hoc minimè procedere si remissio fiat ex causa trãsactionis. et gl. illius opinionẽ testãtur esse esse communem Decius ibi nu. 10. Cagnolus nu. 5. & esse communem testantur Alexan. Soci. & Decius in l. creditori sup. de pact. vbi gl. illam singularem esse inquit Iacobinus nu. 2. & idem quoq; voluit Bart. in l. Modestinus. ff. de dona. nu. 1. vbi idem frequentiores receperunt. Angelus in l. pacta quæ contra. nu. 5. sup. de pact. dicens ita vidisse se practicari Perusij. & eam sequuntur plurimi vtriusq; iuris interpretes quos allegat Tiraquell. in l. si vnquam. in gl. donatione largitus. nu. 144. de reuocan. donat. qui & cõmuniorem esse testatur & veriorem. quam sequũtur præterea Iasl. & Oroscius in l. imperatores. ff. de pact. & communem esse testãtur eam sequuti Alciatus in l. decisse. col. 1. ff. de ver. signifi. episcopus Segobiensis lib. 2. Variar. resolu. c. 4. num. 8. Antonius Gome. dicens ita obtinuisse in hoc regio prætorio lib. 2. Varia. reso. c. 4. nu. 9. Adde quòd nec prælati ecclesiarum res premitere possunt seu donare, nisi & datæ rei quantitas & patrię consuetudo eum excusarent. c. cæterum. de donat.

13 Quare nec acceptilationem facere posset procurator cum libera. gl. in l. per procuratorem. & expressius Bar. ibi nu. 1. ff. de acceptilat. Iaſ. in præl. nu. 14. Alciatus nu. 23. nam & tutor habet mandatum cum libera, non tamen potest facere acceptilationem. l. & per iusiurandum. §. tutor. de acceptilat.

14 Sed neq; appellationi interpositæ procurator renuntiat. Bald. in l. si §. si. nu. 7. de temp. appellat. Angel. Imol. & Alexan. & hos referens Tiraquell. in verb. donatione largitus. nu. 143.

15 Est tamen casus in quo licet procurator cum libera donare atq; remittere, vt si egentissimus is sit cui remittit, extremaq; fortunæ inopia laboret. ita enim voluit gl. compelletur. in l. omnes. 1. de anno. & tribut. lib. 10. nam hos administratores parentum personas induere oportet pro subleuandis subditorum necessitatibus. in aut. vt iudices sine quoq; suffrag. §. eos. collat. 2. & glo. illius opinionem sequuntur Bart. ibi nu. 1. qui eam multum notat. Item Platea nu. 4. & multa idem sequutus Alex. ibi ad Bart. allegauit. Item Romanus consi. 369. nu. 32. dicens eam esse singularem. idẽ Roma. in l. si vero. §. de viro. nu. 48. ff. sol. matr. dicens singularem eam esse. nam & mulctam iam ex sententia indictam solet iudices remittere propter inopiam condẽnati. l. illicitas. §. fi. versi. de mulcta. ff. de offic. præsi. l. fi. de mod. mulct.

16 Secundò limitabis text. hunc minimè procedere in administratore principis vel alicuius optimatis qui posset pro dignitate domini facere donationes atq; etiam remissiones. argumento text. optimi in l. filiusfamilias. versi. non nunquam etiam ex persona. ff. de donat. vbi hoc notauit. Roma. col. 1. ad idem est text. in l. cum plures. §.

cum tutor. ff. de adminiſt. tut. idq; expreſſim notarunt Innocentius in. c. grandi. de ſupple. negli. prælat Iacobi. in præſ. nu. 6. Curtius Senior, nu. 10. Alciatus in. l. pactum curatoris. num 6. de pact. ſup. Tiraquel. de nobilit. c. 37. nu. 35. nil enim nobilitatem magis decet, quàm munificentia c. 1. de donat.

17 Nam & cùm regulariter tutores familiam pupilli vino nouello potare oporteat, quoniam diſpendioſa eſt veteris vini erogatio. l. iubemus. 1. de erogat. milit. anno. lib. 12. quem text. notarunt ibi in hoc Bart. & Plat. & præterea Roman. ſing. 375. tutor tamen principis vel magnatis vino veteri impunè familiam pupilli potabit, quod non inelegánter Decius ſcripſit in l. 3. col. 1. ff. ſi cert. petat. vbi idem ſequitur Purpurat. nu. 15. al legans alios.

18 Quare elegãter Bad. hîc obſeruauit. q. 5. poſſe epiſcopum remittere quartam illã canonicam ſibi atq; eccleſiæ ex funeribus pertinentem. quod Salicet. & Curtius Senior ſequuntur. Poſſet etiam tutor vel legitimus adminiſtrator debitum remittere in cuius exactione plus oporteret expende, requàm ſupereſſet ex ſumma principali. argument. text. in. l. mediterraneæ. de anno. & tribu. lib. 10. ex quo opinionem hanc deduxere Roma. conſ. 50. nu. 3. Rolandus a Valle cõſ. 15. n. 50. Gl. 1. & 2. ſunt expoſitiuæ, quibus nil eſt prorſus difficultatis. Gl. ſi. leges quaſdam allegat huic cõuenientes, in quibus adminiſtratores nil
19 poſſunt remittere. Deinde opponit contra tex. hunc text. in. l. aduerſus. j. de vſur. vbi cùm reipublicæ debitor maiores vſuras promiſiſſet, & deféſores ciuitatis quincunces exegiſſent, damnum reipublicæ intulerunt, vt iam illa non niſi minores illas vſuras petere poſſit à debitore. Glo. in præſ. difficultatis huius ſolutionẽ remittit ad. l. contrariam. quo in loco gl. ciuitatis. quatuor modis. l. illam ab hac extricat. Sed melius Bart. in præſ. nu. 1. dicens factũ præſidis rempublicam adminiſtrantis rei publicæ in remittenda re ipſius non nocere, ſed huius negligentiam reipublicæ nocere poſſe vt in. l. contraria. factum igitur hic non nocet, negligentia nocet. Hũc intellectum Bart. tenuit ante eum Cinus. 1. oppoſ. & eum ſequuntur Bal. 4. opp. Paulus de Caſt. nu. 4. & teſtantur eſſe communiter approbatum eum ſequuti Alexand. nu. 3. Riminal. col. 2. Curtius Senior. nu. 11 Iaſſ. nu. 15. Curtius Iunior. nu. 8. Qui ſimile & illud videtur, quòd cùm prælatus facto ſuo eccleſiæ non præiudicet. c. factum per ſonæ. de regu. iur. in. 6. l iubemus nullam. ſup. de ſacroſanct. eccle. certè negligentia poteſt eccleſiæ præiudicare, vt ſi patiatur rem eius vel actionẽ preſcribi. l. ſi. aut quas actiones. ſup. de ſacroſanct. eccleſ. c. de quarta. cum aliis, de preſcript. Nam & ſeruus facto ſuo non poteſt regulariter domino præiudicare. l. 3. ſup. tit. primo. at verò eius negligentia damnum domino afferre ſolet. l. ſi. de acqui. poſſ. j. At verò Fulgo. nu. 2. teſtatus hũc eſſe intellectum doctorum, falſum eum eſſe arbitratur, cùm tex. ibi non negligentiam adminiſtratoris inſinuet, ſed factum ibi taciti pacti. ſi igitur pacto tacito poteſt adminiſtrator eccleſiæ præiudicare, potent multo magis ex preſſo. Sed communia ſequutus à quibus hîc Fulgoſius hac cõſideratione diſcedit, Reſpondeo cùm Alexan. Riminald. & recentioribus negligentiam illam tacitum pactum in ſe cõtinere, quod ineſt cuicũq; præſcriptioni: vix enim eſt vt non videatur alienare qui patitur vſucapi. l. alienationis. ff. de verbo. ſignifi. quare legitima præſcriptione in caſu. l. aduerſus. opus erit, qđ communiter doctores ſentire teſtatur Alciat. in præſ. nu. 26. qui & illud tradit non competituram hoc caſu reipublicæ aduerſus preſcriptionem in integrum reſtitutionem. In iure ſanè quærendo poteſt adminiſtrator reipublicæ præiudicare ſicuti ſeruus domino. l. 3. ſup. de pact. cuius rei exẽpla ſunt multa apud Rolandum à Valle. conſi. 15. nn. 23.

20 Eſt tamẽ contra hunc Bart. & communem intellectum text. expreſſus in. l. ſi. 5. ſi. ff. de

ff.de publi. & vectig. vbi publicanus in damnum reipublicæ, cuius rem administrat, potest omissi vectigalis inuectori pœnam condonare. Ille casus in difficili est, quare accipitur à quibusdam vt agat in procuratore in rem suam à republica constituto, quales videmus hodie eos qui pontibus, quos subter flumina decurrũt, præficiuntur, qui reipublicæ solent certã quantitatem persoluere pro iure professionis mercium quarumcumq;. Hi igitur possunt vectoribus atq; agasonibus quãuis gratiam impartiri de re sua etenim largiuntur. & præter ordinarios illi text. inter prætes ita tex. illum intellexit. Bald. consi. 211. nu. 1. vol. 3. Sed hic intellectus textui illi malè conuenit. quoniam esset decisio illa indubitabilis. Præterea huic positioni malè conuenit ratio textus, cùm in eo dicatur hoc licere facere publicano: quoniã si quod damnum reipublicæ hinc emerserit, ab hæredibus aut fideiussoribus reipublicæ refarciendum sit. quare Imola & Roman. ita eum text. interprætantur, vt potuerit ibi publicanus pœnam omissę professionis remittere, quoniam ius reipublicæ saluum erat ex indemnitate, ob quã hæredes & fideiussores publicani reipublicæ tenebantur.

21 Collige deinde ex eadem gl. in vers. & nota. l. huius dispositionem in quocumq; administratore locum habere, puta prælato tutore vel curatore. Cui tu adde quod etiam si hę personæ censeantur esse procuratores cum libera, non tamen posse transigere super ea re quæ non nisi cum decreto à minore alienari potuit. ita enim voluit glo. fin. in. l. 1. sup. si aduer. transact. præterquam si rem illam retuncãt aduersarijs aliquid cedentes ecclesiæ nomine vel minoris. ex gl. singulari in. l. nulli. ff. eod. titu. quam ibi sequuntur Bart. & antiquiores, ex recentioribus autem eam sequitur Iacobi. in vtraq; lect. & affirmat Iasso. nu. 2. glo. illam ab omnibus tenen & commendari, & receptam esse in omnibus his administrationibus, licèt de procuratore principis agat. affirmat Oroscius nu. 1. & notabilem esse gl. illam eam sequutus affirmat Panor. in. c. contingit. nu. 3. de transact. & illam sequutos fuisse omnes doctores affirmat Andræas Tiraquell. post. ll. connubia. gl. 6. n. 80. Ioánes Antonius Trigona, qui alios allegat sing. 93. n. 3. nã & libertus qui in fraudẽ patroni bona sua aliena re prohibetur, neq; remittere rẽ potest ex causa trãsactiõis. l. 1. col. 3. vers. at si trãsegit. ff. si quid in frau pat. sed neq; res minorũ ratione transactionis rectè alienabuntur. l. non solum. C. de præd. minor.

22 Addit Bart. in illa. l. nulli. id verum esse etiam si res immobilis apud aduersarium detineatur vel possideatur (quod ille inquit) & idem Iasi. ibi & Oroscius sequũtur. estq; in hoc glo. singularis, quam ibi Bart. allegat in. l. cum ij. §. eam transactionem. in parte transactio. eo. tit.

23 Sed fuit quæstionis, an in patre quoq; hæc locum habeãt qui filij est legitimus administrator, an super re filij sine iudicis decreto possit transigere atq; rem illam alienare. Et Salicet. in præsenti existimat prohibitionem hãc etiam ad patrem pertinere. Nam & cùm pater veluti tutor vel curator rem filij vult distrahere, id cũ prætoris authoritate expedire oportet. l. cum emãcipatis. C. de præ. min. tametsi pronior patre petente in hanc authoritatem alienationi impartiendam prætor esse debeat. l. si pupillorum. §. si pater. ff. de re. eorum. & hanc Salicet. opinionem legendo posse sustineri Iasi. affirmat. n. 5. & eam sequũtur Crot' in. l. frater à fratre. n. 31. de cõdict. indebi. Chasi. in consuet. Burg. rub. 6. §. 5. nu. 14. contrariam tamen sententiam tenet Azo in summa de bon. quæ lib. nu. 11. vers. nec puto. cuius opinionem sequũtur in præs. Bald. 1. q. Fulgo. num. 2. Paulus de Castro. nu. 5. Alexan. nu. 7. Riminal. col. 2. Corneus col. 2. vers. sed fallit in patre. Curtius Senior. nu. 14. testatus hanc esse communem sententiam, Iacobi. n. 8. Alciatus. num. 16 dicens receptam esse Azonis opinionem. Lancellotus Decius & Aret. nu. 2. Clau-

Claudium.nu.5. temeranúq; esse ab hac opinione discedere affirmat Iaff. num. 4. communemq; esse hanc Azonis opinionem affirmat Curtius Iunior hic in his quæ ad Paulum de Castro adiecit, qui eã sequitur in lectione ordinaria.nu.1. & eã sequuntur infiniti prope autores, & eos referens Andræ. Tiraq. in l. si vnquam. in prin. num. 28. de reuoca. don. & post. ll. connubia. gl. 3. nu. 34. & præterea Hippolytus. sing. 98. Fabianus de emp. & vendit. 5. quæst. nu. 98. vers. item & quarto. Guillel. Benedict. in. c. Raynuntius. in parte. duas habens filias. n. 255. de testam. Carol. Rui. consil. 101. nu. 2. vol. 5. Episcopus Segobiẽsis. lib. 1. Variar. Resol. c. 8. nu. 5. Antonius Gome in. l. 48. Tauri. nu. 18. & hi duo posteriores testantur eam esse communem opinionem. Pinellus in. l. 1. de bon. mat. 3. part. nu. 21. dicens secundum hãc opinionem fuisse iudicatum. estque pro hac Azonis sententia text. optimus in. l. fin. §. sin autem. ff. alienum. de bon. quæ lib. vbi licet patri venundare res immobiles filij si mobiles non sufficiant ad æris alieni vel legatorum quæ filius debet solutionẽ, nec tamen ibi vlla necessitas patri imponitur adeundi iudicis pro decreto interponendo: cùm enim hanc necessitatem lex ibi remiserit, prætorem adire non est necesse. l. quæ sub conditione. §. fin. ff. de condi. instit. Est præterea pro hac Azonis sententia elegans argumentum ex text. in. l. fi. ff. de re. eorum. vbi non est necessarium decretum in alienatione quam facit tutor iuxta patris defuncti voluntatẽ, multò igitur minus erit necessaria prætoris authoritas cùm pater ipse alienat.

Neq; huic tam probatæ Azonis sententiæ obesse vnquam poterit argumẽtum Salicet. ex. l. cum emancipatis. quoniam illa locum habet in patre tutore vel curatore filij emancipati. Azo. verò loquitur in patre legitimo administratore filij, cuius longè amplior potestas est, quàm tutoris. Quod cùm ex multis, tũ vel maximè cõstat ex eo.

24 Quòd cùm tutor non possit pro pupillo procuratorem cõstituere sed actorem duntaxat. l. neq; de procurat. infrà. cui cõuenit optima. l. 3. tit. 5 part. 5. pater in bonis aduentitijs filij quæ administrat etiam ante litem contestatam, procuratorem constituit, reprobata gl. in. l. 1. verb procuratorem. de bon. mat. quam ibi reprobant Cinus ac Bart. nu. 1. & esse cõmuniter reprobatam testantur. Fulg. nu. 5. Corneus. nu. 2. Pinell. 2. pa. nu. 65. & testantur præterea hanc esse communem opinionem contra gl. illam Paulus de Castro in. l. 1. nu. 28. ff. de procur. Ioannes de Imola. nu. 7. Annania. nu. 5. in. c. accedens. de procurat. Mẽchaca de succes. creat. §. 6. in fine. neq; in constituendo hoc procuratore filij ipsius consensus requiritur. quod Robertus Maranta notauit in. l. si actor. nu. 10. ff. de procurato. qui & communem opinionem contra gl. sequitur, licèt gl. non meminerit. Constat autem ex text. in illo. §. sin autẽ. sententiam Azonis esse accipiendam cũ pater alienat in casibus necessarijs de quibus in. l. ob ęs alienum. de prædi. minor. in quibus cùm tutores non alienent si ne iudicis decreto, parenti tamẽ id permittitur. sic sanè plenq; eorum quos allegaui sententiam Azonis ac communem declarãt, quibus ipse libenter accedo: quod si extra hos casus pater alienet, alienatio non valet vt in eadem. l. probatur. §. ipsum autem. vers. non etiam licentia. imò supersunt hoc casu bona patris filio obligata. l. 24. tit. 13. part. 5. vbi hoc sensu verè eam. l. interpretatur Grego. gl. 5. qui si alienatio fiat in casu necessario etiam Azonis sentẽtiam probat.

25 Vltimò quærit gl. an administrator possit remittere debitum ciuitatis quod ex causa vsuraria vel alia illicita erat contractum. Et gl. primò concedit valere huiusmodi remissionem, quoniam non sit ambitiosè facta, sed potiùs ex bona fide. & in hoc allegat gl. leges quasdam in argumẽtũ. Quibus tu adde, quòd hic administrator seu tutor teneantur agnoscere bonam

fidem

fidem. l. quoties. §. sicut. ff. de admini. tuto. Præterea cũ qui res alienas administrãt possint patrimonium impendere pro defensione personarũ quas regunt. l. 1. §. 1. ff. de tut. & ratio. distrahẽ. l. 1. ff. vbi pupill. edu. deb. multò magis poterũt id impẽdere pro animæ salute, quã reb⁹ omnibus anteponendam esse constat. l. sancimus. de sacrosancc. eccle. quare gl. opinionem sequũtur in præs. Iacob. Butricar. & Rayne. & communem esse testatur Alberi. eam sequutus. nu. 6. Ioannes Faber in breuiario. verbo. sed quid si mitat. Bald. 2. quæst. Saliceto. nu. 5. Paul. de Castro. nu. 6. Fulgo. num. 4. Alexan. & Iaſſ. in fine. Rumuald. in fine. hoc declarans verum esse, si constet debitum esse vsurarium. Alciat. n. 24. Curtius Iunior. nu. 10. Iacobi. nu. 9. & ęquiorem esse sententiam hanc affirmat Aretinus. nu. 3. eam sequutus & idem sequũtur Bal. in. l. etiam infrà, de fideicommiſſ. dicens singularem esse glos. hanc. Iaſſ. in. l. contra iuris. 5. fin. nu. 7. ff. de pact. Tiraquel. in. l. si vnquam. in parte, donatione largitus. nu. 164. de reuo. donat. Ripa. ibi. 18. quæst. testatur glos. opinionem esse communiter approbatam eam sequutus Petrus Peralta. in. l. 1. n. 42. ff. de legat. 2. Oportebit autẽ præsidem maximè aduertere, vt ea solùm debita remittat, quæ & si soluta fuissent, repeti iure possent, eam enim solùm bonam fidem tenetur agnoscere, quæ est iũcta obligationi. argumento text. in. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solut. neque enim tutor vel administrator potest soluere vel vnum nummum ex æquitate sui capitis. quod Bald. eleganter notauit in rubrica. de consti. pecu. numero. 11. Placentinus verò existimauit neque debitũ vsurarium tutorem posse remittere. cuius opinionem Odofredus & Oldral. sequuntur. item Iacob. de Aret. & Cin. item Bart. nu. 1. testatus communem esse hanc Placenti. opinionem, idem testantibus Bald. & Paulo Castrensi. & communem quoq; esse affirmat Ange. idem sequutus. nu. 2. quam etiam videtur tenuisse glos. in. l. imperatores. ff. de pact. Ego verò priorẽ sententiam sequi malo, quæ tutior est, maximè si iuris canonici obserues dispositionem, quod vsuraria hæc lucra vt quę sunt animæ infestissima, exhorresci.

26 Qua ratione tutores qui olim pupillarem pecuniam tenebãtur fœnori dare. l. tutores. 2. infrà, de administ. tut. l. quoties. in prin. l. ob fœnus. ff. de administ. tut. hodie nec debent nec etiam si velint possũt pupillarem pecuniam sub vsuris credere, quod eleganter vt alia pleraq; scripsit Episcopus Segobiẽ. lib. 3. variarũ resol. c. 2. col. 1.

27 Sed publici ciuitatis administratores an bona ipsa ciuitatis possint obligare. Et nõ dubium est, quin huiusmodi obligatio consistat. l. si is qui bona. in princ. ff. de pignoribus. nam & tutori id licet in bonis pupilli. Item curatori adulti vel furiosi. l. tutor. in princ. ff. de pignorat. act. Atq; huiusmodi obligationibus sæpissimè executiones ad nos delatas confirmauimus, dũmodo sine fraude contractus gestus sit, atq; in publica commoda pecunia ab administratoribus accepta fuerit versa. l. ciuitas. ff. si cert. petat. l. curator. C. si res alien. pig. data sit. authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis ecclesijs. & plura ad illam. l. si is qui. obseruarunt Iaſ. & Decius. & Alciatus in. d. l. ciuitas. & alia non contemnenda Nebusantius de pigno. 3. parte. membro. 1. nu. 44.

¶ Summa rerum. L. Interpositas.

1 Declaratur text. hic in vers. ad vim tamen vel dolum.
2 Ad probandum contractum esse vsurarium non erit satis cum vsurario fuisse celebratum.
3 Nõ valere transactionẽ quæ metu fuit celebrata.
4 Quare contractus metu gesti valeant ipso iure cum illos quibus dolus causam dedit ipso iure sint prorsus nulli.
5 Matrimonium vi contractũ esse ipso iure nullũ.
6 Etiam si iuramentum illi accesserit.
7 Idem esse in dote metu promissa iurisdictione prorogata tutoris authoritate. Et quid in constitutione procuratoris.

8 Adi-

8 Aditio hereditatis metu facta an valeat ipso iure.
9 Et quid in testamento metu facto.
10 Et in renunciatione ecclesiastici beneficij.
11 Et quid de sententia à iudice metum passo lata.
12 Non è quouis metu contractum statim rescindi.
13 Et quis metus sit sufficiens ad contractus rescissionem.
14 Metus honoris an sit sufficiens, & an metus ex communicationis.
15 Et quid de principis iussu.
16 Metus reuerentialis si minæ non præcedant nõ est sufficiens ad contractus rescissionem.
17 Etiam in contractibus in quibus summa libertas est necessaria.
18 Etiam si seorsum protestatio metus facta sit.
19 Ad probandum metum non esse necessarium metus ipsius protestationem.
20 Vt præcedentibus minis corruat contractus necesse esse vt minans sit solitus minas exequi.
21 Metus reuerentialis cum enormi lesione an rescindat contractum.
21 Metus passus si soluat videtur metum purgasse.
23 Si tamen id fiat ex interuallo non etiam incontinenti.
24 Solutio etiam ex interuallo facta non purgat metum si adhuc subsit causa metus
25 Et an idem dicendum sit si contractui metu gesto accesserit iuramentum.
26 Idem est in eo qui non soluit sed dilationem petit ad soluendum.
27 Et an soluens videatur in futurum contractum approbasse.
28 Solutio spontanea demonstrat metum à principio non interuenisse.
29 Promissio quoq; sicut solutio metum purgat.
30 Spontanea solutio purgat metum etiam si soluens errauerit in iure vel in facto.
31 Solutio facta vni ex duobus creditoribus purgat metum respectu vtriusq;.
32 Contractum in dubio non præsumi metu gestum.
33 Magis creditur duobus testibus reponentibus de metu, quàm mille de spontanea voluntate.
34 Non valere transactionem inter dominum & seruum.
35 Declaratur notissimè text. in l. cum affirmes. de libe. caus.
36 Declaratur text. in l. si seruum. §. 1. de acquirẽd. heredi.
37 Princeps contrahens cum subdito efficaciter obligatur.
38 Actorem vti posse replicationibus contrarijs.
39 Communem quendam stilum libellorum ex hoc l. desumptum fuisse.

¶ L. Interpositas.

Diuiditur tex. hic in duas partes: in prima ponitur an transactio valeat per metum facta in. 2. an valeat facta inter dominum & seruum. Secũda est ibi. sed quoniã reum. Rursus prior pars subdiuiditur in tres particulas. In prima ponitur vnum dictum. In secunda illud ad praxim deducitur. In. 3. magis declaratur quæ partes sunt in text. planissimę.

Sed in primis reuoco ipse in dubium intellectum illorum verborum nostrę legis ad vim tamen vel dolum arguẽdum qualitas causæ principalis non sufficit. Et glo. qualitas ita hunc tex. interprætatur, quasi velit quòd etiam si in contractu principali super quo inita transactio est, interuenerit dolus vel metus, non ex hoc probari transactioni quoq; posteà sequutæ dolũ vel metum interuenisse. Secũdo hęc verba declarat gl. vt qualitas causæ hic pro contestatione quadam vel protestatione metus vel doli ponatur quæ sola non est sufficiens vt cõtractus metu vel dolo gestus esse præsummatur. Tertio eadem verba gl. declarat, vt velint nõ ex eo præsumi transactionem vi vel metu celebratam quoniam dicat quis se liquidam causam habuisse maximam quantitatem pro re modica præmisisse quod non est vero simile eum fecisse nisi metu coactum aut dolo inductum. Et hunc tertium intellectum videtur gl. ipsa magis probasse, atq; eum Bart. vt notabiliorem cęteris sustinet nu. 9. Bald. 2. notab. Ang. n. 3. Fulgo. nu. 4. qui hanc tertiam lectionem glo. multum notabilem esse dicit. Paulus de Castro. n. 4. Alexan. nu. 3. Riminal. col. 1. Ias. n. 1. & esse hunc intellectum communiter approbatum testantur eum sequuti Claudius nu. 19. Corneus nu. 3. vers. in textu ibi. Curtius iunior. nu. 10. Alciat. n. 26. Ex quo infert eleganter Bald. 5. notab. ad rescindendum contractum, non sufficere hominis cõiecturas. & inquit ille notabilem esse

hunc

hunc versiculum in hoc.

2 Ex quo etiam colligit Fulgos. ad probandum contractum vsurarium non esse satis cum vsurario celebratũ fuisse, qui fortasse gratis hîc pecuniã mutuauit: probatio enim ea sola admittitur, quæ cõclusionem inferat necessariò. l. neque natales. de probat. cum alijs.

Limitabis tu modò hunc tertium intellectum, vt non habeat locum in eo qui tyráno alicui rem quampiam pro re modica remittat, quo casu metus præsumitur, ex Bald. in l. decernimus. in fine. de sacrosan. eccles. lass. in præs. nu. 4. Iacobi. nu. 11. Boerius decis. 100. n. 19. Alexan. in l. si per impressionem. nu. 2. quod met. cau. Mastrant. disput. 6 nu. 19.

3 Colliges tu modò ex text. hoc non valere trãsactionẽ quæ metu celebrata fuit, aut certè ratam non esse, quod cõmune huic contractui cum cæteris est, quos metu celebratos prætor æquissimè rescindit, proclamãs quod metus causa gestum sit, se minimè ratum habiturum. l. r. ff. quod met. caut. Quæ verba nõ prætoris sunt, sed ipsius spiritus diuini: nam Deum verba illa in ore prætoris posuisse ex Raymundo de poena. fori refert Bal. in rub. de cõtrouers. inuestit. n. 8. atq; idem Bal. in l. nominationes. nu. 4. verbi. item illa vox prætoris. de appellat. C. Hostiẽsis quoq; in summa de his quæ vi, &c. in hac autem. vers. & nota, secundum Bacianum testatur diuina voce prætorem edictum illud proposuisse.

Sed quid est quòd cùm generaliter prætor cõtractus omnes metu factos inficiat, de trãsactione tamẽ hic fuit dubitatũ. Et cùm neminẽ qui hoc mouerit inuenerim, existimo non sine ratione dubitãdi. l. hãc conditam fuisse. Potuit enim videri transactionibus, per quas à lite discedit, fauorem tantum impensum fuisse, vt & metu celebratæ essent admittẽdæ, quãnis iustus ille esset, quicq; constantẽ virum frangere posset. Sed rursus imperatoribus visum fuit fauorẽ illũ legitimis transactionibus impartiri, non etiam illis, quæ vitio aliquo sunt celebratæ. Est autem notabilis text. hic obseruante Paulo de Cast. & recentioribus ad hoc, quòd actio directa edicti, qd metus causa nõ competit nisi iustissimus metu sit qui contractui causam dederit, est enim necessum quod sit metus mortis vel cruciatus corporis, & idem probat text. in l. continet. ff. quod met. caus. in. c. cum dilectus. de ijs quę vi met. ve. cau. fi. sed vt cõ petat actio vtilis ex illo edicto, non erit necessum tantum metũ intetuenire, sed minor sufficit de quo in. l. isti quidẽ. ff. quod met. caus. Item vt officium iudicis competat, minor metus sufficiẽs est. l. fi. §. si fœnerator. ff. quod met. caus. l. 1. §. quæ oneran dæ. ff. quar. rer. act. non det. l. medicus. ff. de vari. cognit. Item vt condictio competat, sufficit impressio facta per iudicem. l. si per impressionem. ff. de his quæ vi.

4 Sed quid est quòd qui cõtractus metu etiam iustissimo celebrantur ipso iure valeãt, cũ illos ipso iure infirmari videam⁹ quib⁹ dolus dedit causã si bonæ fidei sint. l. & relegãter. ff. de dol. mal. cũ tũ metui dolus sẽper insit. l. si cũ exceptiones. §. cũ qui ff. quod met. caus. item eos quibus error interfuit contrahentium. l. si per errorem ff. de iurisdict. omn. iud. l. 2. ff. de iud. l. cum testamẽtum. de iuris & fact. ign. sup. Sed respõdent in voluntate coacta cõsensum quẽdam adimuentiũ, ex quo hi contractus valent. l. si patre rẽgente. ff. de rit. nupt. l. si priuatus. ff. qui & à quib. c. merito. 15. q. 1.

5 Sunt tamen certi quidam cõtractus, qui per metum gesti sunt ipso iure nulli, quales matrimonij est. l. Titia quę ex alio. ff. de ver. oblig. at. l. hbera. C. de inutil. stipulat. c. requisiuit. c. veniens Mariota. optima. l. fi. tit. n. p. 3. c. cum locum. de sponsa. l. 15. §. 2. part. 4. & nisi illi iuramentum accesserit. gl. notabil. in. c. significauit. de eo qui duxit in mat. quam pol. per adulte. verbo tanta vis. Quæ in hunc sensum est accipienda, vt minimè hîc absolutio à iuramento sit necessaria: ex natura enim ipsius contractus matrimonij iuramentum hic in. l. operatur. l. si. de non nume. pecu. atq;

ita gl. illam optimè declarat episcop. Segob. de spon. 2. par. c. 3. §. 5. nu. 2. licèt regulariter à iuramento metu præstito sit necessariò petenda absolutio. c. debitores. c. verùm. c. si verò. de iureiur. Sed ita demum metu contractum matrimonium est ipso iure nullum, si cum certa persona quispiam matrimonium contrahere sit compulsus, non verò si cum persona aliqua de certo genere quis contrahere compellatur. argumento text. optimi in l. hoc modo legatũ ff. de con. & demonst. & est elegans decisio hæc Panor. in c. cum terra. n. 4. de elect. quam ille non satis audet firmare. Et ipse falsam esse existimo, quoniam liberrimũ consensum hunc, quo matrimonium cõtrahitur, vnde quaq; esse oporteat.

7 Idemq; est in dote metu promissa, quę hic matrimonij, cui semper accedit, naturam sequitur. l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. caus. Idé est in arrharum promissione l. fi. tit. 11. part. 3. Idemq; est in iurisdictione metu prorogata. l. 2. in prin. ff. de iudi. atq; in tutoris authoritate metu interposita. l. 1. §. fi. ff. de auth. tutor. Constitutio quoq; procuratoris metu facta, est ipso iure nulla. c. accedens. de procurat. quem text. dicit esse singularem Roma. allegans Innocent. & Host. §. sing. 760. sed ille text. hoc minimè probat, quod idem Roma. aduertit sing. 125. Posset tamen id esse verum in procuratore constituto ad contrahendũ matrimonium. atq; ita sententiam Hostiẽsis veram esse arbitratur episcopus Segobiensis de spon. 2. par. c. 3. §. 5. nu. 9. in fine.

8 Item aditio hæreditatis. l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. hęre. Sed verius est vt mero iure valeat, licèt edicto perpetuo rescindi possit. l. si metu. ff. de acqui. hær. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. caus. Quibus non obstat text. in §. Celsus. in quo aditionem præcesserit protestatio de nõ adeũdo, quæ induxit defectum volũtatis in aditione postea sequuta. qui intellectus. gl. ibi est quem Bart. probauit. & apertiùs sequuntur Imol. & Paul. de Castro. & testatur esse communem Iaff. nu. 27. & mihi placet, declarauitq; quam optimè text. illum Socinus Iunior. consi. 107. num. 4. vol. 2. Votum quoq; si metu fiat, nullius est momenti. c. 1. de his quæ vi. & alios casus enumerat gl. in c. 2. eiusdem tituli.

9 De testamento sanè metu facto dubitarunt an ipso iure nullum sit, an verò rescindere id oporteat actione quod metus causa. In qua re anceps animi est, nec satis sibi cõstat vir doctissimus præceptor meus Petrus Peralta in rubrica ff. de hære. instit. num. 63. nec est inutilis hæc inuestigatio: namq; si testamentũ est ipso iure nullum, debetur hæreditas venientibus ab intestato: intestatus enim hic decessit, qui testamentũ non iure fecit. in princ. de hære. qui ab intest. defe. si autem testamentum ipso iure valet, hæreditas ablata ab indigno fisco applicabitur. l. Papinianus. §. meminisse ff. de inoffic. testamento. & videtur testamentum hoc mero iure deficere, quoniam actus hic voluntatis quidem sit quæ iusta esse debet. l. 1. ff. de testament. sed hanc coacti hominis voluntatem iustam esse nemo dicet, nec adest hic liber illestitulus, quo vti solent testatores. l. 1. c. 2. de sacrosanct. eccles. præterea testatorem liberè testari oportet. c. placuit. §. 1. 13. q. 2. quasi testari minimè videatur, qui coactus id facit est & pro hac sententia text. in l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. vbi si testis metu cõpulsus adsit testamento, illud erit ipso iure nullum: multo igitur magis id erit accipiendum, si metus ipsimet testatori sit illatus. hanc igitur opinionẽ tenet Hostiensis in c. 2. de his quę vi. met. ve caus. allegãs in hoc tex. in illa l. qui testamento. Lancello. Decius in præs. col. 1. vers. octauo fallit. Vitalis de Campa. in clausula non vi, non metu. c. superest vt subiungamus. colũ. 2. vers. septimus. Sequuntur hanc opinionẽ Bald. consilio. 26. & consi. 350. vol. 3. Matthæus de Affluctis decis. 69. n. 4. vbi metũ inferente marito vxori testatrici decreuit senatus, testamentum quoad legatũ marito factũ esse nullũ. Socinus Iunior. cõsi. 148. nu. 8. vol. 2. Imola in l. 1. nu. 4. & in l.

qui

qui teſtamento. §. fi. n. 23. ff. de teſtament. Iaſſ. in. l. 2. n. 3. ſi quis aliquem teſta. prohibu. Ioannes Maria Riminal. ſolum Imolam citatis conſ. 15. n. 9 vol. 1. ex quibus nemo meminit Hoſtienſis, qui eiuſdem ſententiæ eſt in ſumma de his quę vi. n 6. verſ. ſeptimus. Verāq; eſſe hanc opinionē atq; contrariam minimè admittendam affirmat Fernand. Mech. eam ſequutus de ſucceſs. creat. §. 17. n. 5. ſolum Iaſſonē allegans. Et in eam inclinat Peralta in. l. ſi quis in principio. n. 133. de leg. 3. communēq; eſſe hanc opinionem affirmat Fulmianus epiſcopus lib. 3. quæſt. 23. qui omnes eam intelligunt, ſi teſtatori hæres ipſe metum intulerit. Sed cùm caſus hic à prętore non ſit exceptus, verius eſt, vt teſtamentum valeat mero iure. quæ eſt ſententia gl. in. l. 2. ſi quis aliquem teſt. prohib. vbi eam ſequūtur Bart. & alij atq; idem tenet ipſe Bart. in rub. ff. ſi quis aliquem teſt. prohib. vbi ex ſententia Dini & Petri exiſtimat id procedere, ſi metus per hæredem ipſum non ſit illatus, ſed per aliquam aliam perſonam atq; idem tenet ipſe Bar. in. l. fi. nu. 6. eo. tit. dē Bart. in. l. fi. n. 11. verſi. ſecundū tempus eſt. ff. de ijs qui. vt indig. communemq; eſſe hanc opinionem teſtātur Paul. & Corne. in. l. 1. C. ſi quis aliquem teſt. prohib. eam ſequuti, & communem eſſe inſinuat Imola in illa. l. de teſtamen. vbi id expreſſē teſtantur Areti. col. 1. AEmilius Ferret. nu. 1 ſed et eam tenere doctores affirmat Iaſſ. vbi eam allegaui. quam multi probarunt, quos Manchaca allegat vbi ſupra. n. 4. Eamque optimè ſuſtinet Gregorius in. l. 27. in gl. haziendo fuerça. tit. 1. par. 6. Quæ & illa ratione iuuatur, quòd teſtamentum dolo factum nō ſit nullum ipſo iure. l. 4 iuncta gl. de linimentis. ff. de inof. teſt. in authent. vt cū de app. cog. §. ſiue igitur. ibi. aliquam ſuſtineant circunſcriptionē. coll. 4. ſed dolus peior eſt metu. Neq; huic tam receptę ſententiæ obſtat tex. cui maximè altera opinio innitebatur in. l. qui teſtamento. 4. fin. quoniam ibi cùm in negotio alieno cogantur teſtes omni voluntāte ferendi teſtimonij defecti videntur: nam quod per manus traditur voluntatem coactam voluntatem eſſe, id eſt accipiendum in negocio proprio ipſius qui id gerit coactus, non verò in alieno, vbi neque ſimpliciter illa eſt voluntas, neq; ſecundum quid. quæ declaratio Bald. eſt in l. fi. §. ſed & ſi quis nu. 25 communi. delegat. quam & ipſe Bald. probauit in. l. 2. de epiſc. & cleri. idem Bal. in rubrica. de conſtitu. inueſt. nu. 8. tametſi id non placeat Decio in. l. 4. nu. 1. ff. de reg. iur.

10 Sed de renuntiatione eccleſiaſtici beneficij per metū facta non minor controuerſia eſt, an infirmetur ipſo iure. Quod videtur: magna enim libertas in his ſpiritualibus requiritur, in quibus nec patriæ poteſtatis iura curāt pōtifices. c. fi. de iudi. lib. 6 & ſunt quibus hæc opinio placeat ex textu in. c. 2. de his quę vi met. ve cauſ. ibi. cum integritate teſtium as vniuerſa. Inducitur ſecundò in argumentum huius opinionis tex. in. c. ad aures eius. tituli. ibi. præficiatur eidem. vbi cùm renuntiatio prælaturam non vitiet, videtur titulū non vacaſſe. Tertiò huic ſententiæ aſtare videtur text. in. c. ad audientiam. eod. tit. ibi carere debent robore firmitatis, vnde conſtat nullam fuiſſe renūtiationem. & expēdit hæc iura Fortunius hāc opinionem ſequutus de vſu. fin. dilat. 21 num. 392. quam & Philippus Corneus in præſenti. probauit. nu. 4. verſ octauus in illo. Iuuat & hāc ſententiam text. in clement. vnica. de renūt. vbi conſtitutio procuratoris ad renūtiandum beneficio non valet niſi ſponte facta: multò igitur minus valebit ipſa renūtiatio. Loratio. ff. de ſponſa. Eſt & pro hac ſententia text. pulcher. in. c. vbi periculū. §. cæterum. de elect. lib. 6. vbi non valet electio facta per metum, igitur nec renuntiatio valere debet. l. nil tam naturale. ff. de regu. iur. Vltimò inducitur in hanc opinionem text. in clement. 2. §. ſanè. de pœn. vbi nō valet renuntiatio metu carceris facta. quare hanc opinionem ante Fortu. maxima authoritate defendunt Innocēt. in. c.

ad aures. de his quæ vi. Antonius ibi. nu. 5. dicens hanc opinionem esse veriorem. & indubitatam esse Fortunius ipse testatur. & eam dicit se aliquando tenuisse Martinus Nauarrus in. c. accepta. 5. oppositi. de rest. spoliat. & affirmat Barbat. consi. 30. vol. 3. tenere hanc opinionem doctores omnes in illo. c. 2. quod met. caus. quare & Rebufus sequitur in prax. benef. tit. de resignatione metu extorta. col. 1. columna. 493. Sunt tamen quos contraria sentẽtia delectat magis, imò quòd huiusmodi renuntiatio iusto metu facta mero iure valeat, licèt actione quod metus causa possit retractari. ita enim voluit gl. in illo. c. 2. vbi eam sequuntur Panor. nu. 2. Imola. n. 5. dicens quòd cùm Rotæ auditores hoc dubium tractassent, maiorem dominorũ partem huc inclinasse addit Imola. quod cùm nullus text. sit qui hanc controuersiam decidat, in praxi seruandam esse Rotæ decisionem. & hanc opinionem sequitur Bellamera ibi. & frequentiores canonistæ illius decretalis interpretes probasse mihi videntur. & idem quoque voluit gl. in. c. super hoc. de renũt. vbi eam sequitur Imola. nu. 21. reclamante iterum Antonio ibi, atq; contrariam opinionem defendente. nu. 5. & idem quoq; voluit gl. in. c. 1. 15. q. 6. Panor. in. c. 2. de his quæ vi. nu. 19. atq; idem Panor. in. c. 2. nu. 9. de rest. spoliat. idem Panor. in. c. si vero. 2. notabil. Feli. nu. 1. de iureiur. Caldermus consilio. 1. n. 3. sub rubrica de renuntiatione. Decius consi. 209. nu. 5. atq; ita decreuit Rotæ Ienatus decis. 5. in nouis. sub tit. de renuntiatione. communemq; esse opinionem hãc testantur Nauarrus & Fortunius, quos paulò ante allegaui. quam sequitur Niconiuus allega. 7. num. 6. Neq; huic opinioni obstat text. in illo. c. 2. verbo, restituas. nam potiùs videtur probare contrarium: nam si renuntiatio non valuisset, non esset opus restitutione. neq; etiam text. in. c. ad aures. verbo, præficiatur quoniam qui communem hanc opinionem sequuntur, intelligunt epistolam illam decretalẽ vel ex nouo titulo, vel ex antiquo renouato. neq; text. in. c. ad aures. quoniam ibi traditur regula quædam generalis. sed neque text. in clem. vnica de renunt. & in clemẽ. 2. 5. sane. quoniam cùm speciales casus cõtineant, potiùs videntur probare contrarium. neq; text. in. 5. cæterum. quoniam diuersa causa est electionis in qua ius publicum versatur, quàm renũtiationis in qua priuatum. Non solùm autem rescinderetur renuntiatio beneficij si metus sit illatus ipsi renuntianti, sed & si cõsanguineo eius inferatur. arg. text. in c. sciant cuncti. de elect. lib. 6. ex quo ita doctrinam hanc ampliauit Socinus in l. 1. nu. 3. de his quæ pœn. nom. ff.

11 De sententia quoq; à iudice per metũ lata dubitarunt. Et videtur ipso iure non valere. ex text. eleganti in. c. omne. 25. q. 1. ibi, iniustum iudicium & diffinitio iniusta regio metu vel iussu à iudicibus ordinata non valeat. idem videtur probare text. in cap. vnico. de his quę vi. met. ve caus. fiũt. lib. 6. vbi sententia absolutionis ab excõmunicatione per metum lata, est ipso iure nulla & tenet hanc opinionem Hostiẽ. in cap. 2. de his quæ vi. met. ve caus. fi. Ioannes And. ibi prope finem vers. Hostiensis addebat. vbi eandem opinionem tenet Antonius nu. 10. allegans Gofredum & Archidiaconum eiusdẽ opinionis authores. & sequitur hanc opinionem Francus in illo. §. vnico. num. 7. & ante omnes Hostien. in summa. de his quæ vi. §. quod autem fit. versi. octauus in sententię. allegãs text. in illo. ca. iniustum. Rodericus Xuarez allegans alios allegat. 23. collũ. 2. versic. ex quibus infertur. Decius consi. 42. nu. 6. Fortunius de vltimo fine illat. 21. numero. 441. versiculo. octauus casus. Cõtrariam opinionem tenet glossa ordinaria in. c. quatuor. verbo. timore. & in capit. iniustum. verbo, non valeat. 11. q. 3. vbi eam opinionẽ sequitur Archidia. nu. 2. & idem quoque voluit glossa in illo. ca. vnico. verb. euacuamus. existimans sententiam excommunicationis per metum latam valere. Si igitur

hoc est

hoc est in sententia excomunicationis speciale, secùs erit in alijs sententijs. & sequuntur hanc opinionem Bald. in l. decernimus. colum. 2. verſic. sed pone. de sacrosanct. eccles. Imola in illo cap. 2. num. 5. dicens tutiorem esse hanc opinionem, eamq; glossas communiter sequutas fuisse, ob quarum authoritatem non oportere ab hac opinione recedere Panorm. ibi. num. 17. & eam quoq; tenet Roman. singul. 91. Lanfrancus de Oriano de interloquut. & appell. num. 18. solum Bald. allegans. fuitq; huius opinionis gloss. iuris ciuilis, quam paucissimi nouerunt in hinterdum. in gloss. restitutio. ibi sed nonne. ff. quod si fal. tut. aut. quam notat Bal. & sequuntur hanc opinionem Lanfrancus in cap. quoniam contra. verbo. interloquutoriæ. num. 9. de proba. Sebastianus Vantus de nullitate ex defectu processus. numero. 142. Oportebit igitur sententiam hãc actione quod metus causa rescindere, quæ dabitur hoc casu ei contra quem lata est contra aduersarium vel quemcunq; alium possessorem.

Neq; huic posteriori sententiæ, quam ego & cõmunem esse arbitror & veram, obstat text. in illo capit. omni. quoniam verbum, non valeat, illius text. posset accipi quàm optimè ope exceptionis. quasi dicat text. sententiam valere, sed actione quod metus causa rescindi posse, ea enim est natura illius verbi, non valeat. l. si libertus. in prin. ff. de iure pat. ibi ipso iure non valebit. cap. ex parte. ibi penitus non valere. de arbit. & voluit gloss. in l. vniuersã. in gloss. valeant. de precibus imperat. offerẽ. & in l. nostram. in gloss. 1. de testament. & sequuntur hanc opinionem plurimi authores quos allegat Tiraquel. in. l. si vnquam. in gloss. reuertatur. numer. 196. de reuo. donat. Sed quoniam quidam contẽdũt verbum, non valeat, inducere ipso iure actus nullitatem, vt voluit gl. in verbo. non valere. in cap si cui. de elect. lib. 6. quã multi quoq; probarunt, quos idem Tiraquell. allegauit. num. præcedenti. respondeo ipse sententiam ibi ipso iure fuisse infirmam, non tam quòd metu regio lata fuerit, quàm quòd manifestam iniustitiã contineret. cõstat autem sententiam quæ manifestam iniustitiam continet, esse ipso iure nullam l. si pars. ff. de inof. testament. vbi eum text. expendit in hanc sententiã Angel. ante num. trum. i. c. inter cæteras. de re iudicat. vbi eam conclusionem pluribus prosequuntur Antonius. Panor. & Felin. optimè Innocentius in ca. cùm Bertoldus, num. 4. versi. sed si coram papa. de re iudic. Matthæus de Afflictis decisi. 28. num. 5. Maranta de ordi. iudi. 6. part. membro 3. num. 116.

Secundò non obstat text. in illo ca. vnico. quoniam speciale eius continet in absolutionis sententia ab excomunicatione. Fuit autem ratio constituendi iuris illius: quoniam cùm principes seculares passim compellerent iudices ecclesiasticos vt absolutiones impenderent excommunicationum, iure optimo papa decreuit huiusmodi absolutiones nullas esse ipso iure in odium secularium, quo cessante, sententia eratvalitura, licèt actione quod metus causa ex generali prætoris edicto esset rescindenda. Obseruanda autem cũ primis erũt quæ de intellectu illius decretalis scripsit diligenter Syluester verbo excommunicatio. 9. num. 43.

Secundò colligeex text. non è quouis metu transactionem rescindi, sed si is interueniat, qui instantis mortis aut corporis cruciatum contineat. quod glo. 2. hic obseruauit in multis locis in hoc à doctoribus citata. quare colligit hinc Bald. nõ sufficere probare quòd metu quis compulsus contraxerit, sed metu cadentem in cõstantem virum.

Sed quando hic metus illatus videatur vt rescindi contractus possit. Et cùm variæ sint hominum conditiones atq; fortunæ, nõ vnus atq; idem metus pro rescissione omnium contractuum sufficiet, cumque certa regula hic statui pro tanta rerum varietate non possit, prudentissimè.

gl.4. Accursij hic more suo rei huius discretionē in iudicis arbitrium reponit. & hāc glo. notarunt in hoc Bal. 2. col. vers. vlterius nota. Fulgo. nu. 1. Salicet. nu. 3. Alex. n. 3. Iaſſ. nu. 4. & idem quoq; voluit gl. in ca. 2. de his que vi. & eſſe glo. huius opinionē communiter approbatam affirmat allegans multos, epiſcopus Segobien. de ſpō ſal. 2. p. c. 3 §. 4. nu. 8. pro qua eſt text. optimus in l. 3. ff. ex quib. cauſ. maior, quem dicit eſſe meliorem de iure Xuarez alleg. 24. col. 5. vers. moueor ad hoc.

14 Vnde illud planè conſequitur metum honori illatum iuſtum eſſe ad contractus reſciſionē. l. iſti quidē. ff. quod met. cauſ. neq; minoris vnquam fuit fama quàm vita. l. iuſta. ff. de manu. vindict. ſed & idem eſt ſi metus amiſsionis bonorū inferatur: neq; enim minor patrimonij quàm vitæ cura multos premit. quod in hac ſpecie Barr. obtenuauit in l. ſi obturpem. nu. 6. ff. de condict. ob turpē. cauſ. & receptam eſſe eius opinionem affirmat Alciat. in præſi. nu. 13. quæ probari quàm optimè videtur ex text. in. c. 2. quod met. cauſ. & veteri iuris prouerbio confirmatur, quo patrimonium altera vita eſſe dicitur. l. aduocati. de aduocat. diuer. iudi. ibi vitam. vbi glo. hoc obſeruauit. altera in. l. lex quæ tutores. in glo. vitam. de adminiſt. tut. quibus multa addit Tiraquell. de nobilit. c. 31. n. 349. Sed et idem arbitrantur in amiſſione maioris partis bonorum: propter tex. in. l. propter litem. de excuſat. tut. c. 1. de reſt. ſpoliat. lib. 6. quod idem Alciatus & Curtius Senior hic tradiderunt. Item Riminal. col. 1. Claudius. nu. 14. quibus alios addit epiſcopus idem ſequutus, vbi eum allegaui. numero. 18.

De excommunicatione ſanè dubitat Alciatus num. 16. an iuſtum metum inferat. Et non inferre veriorem eſſe ſententiā arbitratur: quoniam medicinalis ſententia ſit, non pœnalis. c. 1 de ſenten. excommu. lib. 6. & fuit hæc ſententia glo. in. c. cum dilectus. de his quæ vi. quę declarat id procedere, ſiue ſententia iuſta ſit, ſiue iniuſta. Sed iuſtum eſſe metum excommunicationis ſignificauit gloſſ. ordinaria in. c olim. 3. de reſt. ſpoliat. in gloſſ. fin, metum huius ſententiæ cruciatui corporis ęquiparat. Sed ſi excommunicatio iuſtè feratur, nō eſt cur queratur quis eius metu compulſum ſe contraxiſſe. iniuſta autem excommunicatio iuſtum metum inferre videtur. quæ reſolutio Ioannis Andreæ. Abbat. & aliorū eſt in illo cap. cum dilectus. quam & Riminal. hic probat. ac eſſe communem teſtatur Roman. cōnſi. 369. nu. 10. eam ſequutus. nam ſententia hæc iniuſta etiam timenda eſt. c. ſententia paſtoris. 11. quę. 3. quem tex. optimè declararunt Curtius in l. penul. de pact. C. nu. 12. Dominicus Soto de rat. tegen. & detegen. ſecret. 3. membro. quæſt. 1. folio. 70.

15 Sed & principis iuſſus iuſtum timorē inferre ſolet. gloſſ. ſingu. in ca. conuenior. in gloſ. morere. 23. q. 8. quam Riminal. & Alciat. huc allegarunt, vt de eo tamē principe accipias, qui delæuire ſolet in ſuos quos precibus non exorauerit. Bart. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. num. 14. de no. op. nunt. Panorm. in illo cap. cum dilectus. num. 8 Alciat in præſ. num. 18 & allegat multos Pariſius. conſ. 66. nu. 8. vol 4. idem ſequutus.

16 Sed metum reuerentialem, quo patri filius, vxor marito, ſeruus domino, abbati monachus obſtringitur, vir bonus an ſufficientem arbitrabitur ad contractus reciſionem, Et videtur, quoniam & metus hic libertatem conſenſus aufert. & ita tenet gloſ. ordina. in. l. 14 quæ onerandæ. in glo. metu. ff. quar. rerū act. non dat. colligens ex ea. l. argumentum, vt ſi mulier vendat rem ſuam, vel obliget, vel renuntiet, poſſe eam hos actus reuocare, ſi ob maritu reuerentiam eis conſenſerit. quam ſequitur Bal. in l. ſi ſine. ante numerum. 1. C. ad Vel lei dicens eam eſſe notabilem. atque idem Bald. in. l. 1. numero. 12. C. de bon. mat. dicens eam eſſe notabilem & ſingularem. & multi præterea, quos diligenter allegat noſter Rodericus allegat. 24. Pro qua eſt

text,

text. pulcher. in l. penult. versi. & hoc modo ff. de furt. vbi reuerentia liberti erga patronum aufert præsumptionem consensus, qui si adesset, actio furti cessaret contra ipsum patronum. & videtur idem tenere glos. in l. filius. §. inuitus in glos. 3. ibi, erubescit ff. de procurat. alia in c. plærumque in glos. 2. 2. q. 7. ibi, vel etiam erubescit loqui. Et non est dubium, quin hæc sit communis opinio cum glos. in. §. qui onerandæ. Est tamen contra eam text. egregius in l. fideiussor. §. pater. ff. de pignor. vbi filius patris suasione domum obligauit, nec tamen vnquam eum contractum potuit retractare, sed sibi præiudicauit, quoniam consensum ei obligationi dedisse manifestum est. Sed nec text. hic glos. ac communem opinionem offendat, accipienda illa est, si contractum minæ aut verbera præcesserint, quo casu solùm corruere contractum ob metum reuerentialem celebratum certum est. ita enim glos. illam in §. quæ onerandæ declarat Bart. ibi, num. 4. cuius doctrinam in hoc affirmat esse communiter approbatam Socinus consi. 263. col. 2. versic. confirmantur præmissa volu. 2. Et hanc resolutionem testantur prætereà esse communem, eam sequuti Aretinus in præsenti numero. 3 Curtius Senior, & Alciatus vterque numero. 21. Curtius Iunior numero. 15. videturque idem sentire Bartol. numero. 6. dum minas exigit in contractu hoc metu reuerentiali gesto. idemque voluit idem Bartol. in l. ad inuidiam. 1. lect. quod met. caus. testantur hanc opinionem communem Barbatius in c. causam matrimonij. numero. 12. de offic. delegat. Alexand. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. numer. 11. ff. sol. matr. Boerius decis. 100. num. 12. episcopus Segobiensis, qui alios allegat de spon. 2. p. c. 3. §. 6. numer. 4. Antonius Gomecius. 2. tomo var. reso. c. 14. nu. 27. Pro qua inducitur prætereà tex. in. c. quanuis pactum. de pact. lib. 6. vbi renũtiatio facta à filia metu patris reuerentiali, non rescinditur, quoniã metum illum minæ non præcesserint. atq; ita eum tex. inducunt ibi, Domi. & Franc nu. 2. & eodem argumento induci potest. tex. in. c. cùm contingat. de iurei. nu. 45.

17 Ampliabis tu modò hanc communem opinionem, vt habeat locum etiam in his cõtractibus, in quibus summa libertas requiritur, quale matrimonium est, nam & illud, si minæ non præcedant, minimè rescindetur ob solum metũ reuerentialem. l. si patre cogente ff. de rit. nupti. c. 1. de desponsat. impuber. Cuius text. dispositio in contractu matrimonij spiritualis minimè habet locum, putà in ingressu religionis, quem vitiat solus metus reuerentialis. glo. singularis. in c. præsens clericus. verb. patrem. 20. q. 3. quam sequuntur Imola nu. 15. dicens glos. illam fortè alibi non reperiri. Alexand. numero. 11. in. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore ff. solut. matrim. vbi Alexandr. inquit glos. illam reputari singularem. Idem tenet Antonius immemor illius glo. in c. cùm virum. nu. 6. de regulari. & peregrinam esse gl. illam, cuius opinionem sequutus affirmat Iaf. in. §. quadruplum. nu. 62. de act. Inslit. singularem esse dicit Roman. eius sententiam sequutus in l. si ob turpem. nu. 12. de cond. ob turp. caus. quam esse communiter approbatã testantur episcopus Segobiensis, vbi paulò antè eum allegaui nu. 7. Mauiencius regij huius tribunalis relator in dialogo relat. & aduocat. 3. p. c. 20 nu. 4. & eam sequitur Rodericus Xuarez dicens esse elegãtem. alleg. 24. col. 3. versi. facit etiam. Cuius rei communis illa ratio traditur, quòd voluntariũ militem velit Christus, non verò aliqua necessitate compulsum. & illam glossam sequitur Fernandus Menchaca citans multos lib. de controuersijs illustribus. c. 35. numero. 17 Et licèt illam glossam velut vnic. & singular. omnes commendent, idem videtur mihi sensisse glos. in c. 1. v. spontanea. de stat. reg. lib. 6. Sed falsam esse idẽ episcopus multorum probat authoritatibus, & iuris rationibus, cui ipse libenter accedo.

18 Secundò ampliabis, vt cõmunis propositio vera sit, etiã si mulier vel filius seorsum

metum mariti vel patris protestentur, adhuc enim si minæ cessent, vel verbera, contractus solo ex metu reuerentiali, cui etiam accesit huiusmodi protestatio, non vitiabitur. ita enim videtur sensisse gloss. singul. in l. metum in gloss. in actionibus. in fine ibi. qui exclamant coram alijs vel non coram. de his quæ vi. met. ve causs. quam ibi notat Bartolus nu me. 2. & idem quoque voluit Ioann. Andr. in. c. fi. col. 1. verb. contestatione. de appellat. Bal. in clau. numer. 3. de fide instrum. Angelus in l. cùm quidam. nu. 2. ff. de appellat. Alexan. cons. 16. nu. 11. vol. 3. vbi in hoc dicit esse notabilem gl. in dicta l. metum, Decius consil. 219. nu. 6. Alcia. in c. cùm contingat. de iureiur. nu. 2 licèt hæc secreta metus protestatio adiuuare quoque posset metus probationem, vt inutilis fermè videatur esse protestatio, qua sæpissimè mulieres nuptas vti videmus. tametsi Raynerius quem refert Panormit. in c. causam matrimonij nu. 5. de offic. deleg. fuerit arbitratus hac sola protestatione contractum rescindi posse. & idem videtur sensisse Dynus in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. quem ibi re-
19 prehendit Bar. nu. 6. Nam si alunde metus probari possit, constat metus protestationem necessariò minimè esse. glo. notabilis. in c. Lotharius. in gl. in notuit. 32. q. 1. quam antiquiores canonistæ ibi receperunt. & eam opinionem sequuntur allegates alios Philip. Dec. in l. in omnibus causis. nu. 10. ff. de reg. iur. Cagnol. ibi, nu. 3. Maynet. nu. 2. atque idem Decius in c. fi. nu. 5. de appell. & cons. 219. nu. 6. allegans Paulum & Alexandr. nec dubito hanc esse communem opinionem. Quòd si metus interuenerit in actu aliquo omittendo, vt si quis dicat se metu iudicis non fuisse ausum appellationem à sententia contra se lata interponere, hoc casu oportebit metum coram iudice ipso, aut certè coram bonis viris protestari. atque ita accipio text. in l. a. C. de ijs quæ per met. iudic. non appellat. & gloss. ibi, verb. contestatione. text. in c. fi. de appell. & gloss. ibi, verb. excusatur. & gl. in illa l. in omnibus. ff. de regul. iur. estque author huius distinctionis Alexã. in l. qui aliena. §. Celsus. nu. 6. de acqui. hæred. quæ mihi placet, tametsi hæc confuderit Boer. decis. 100. nu. 10. Quib' tu adde, quòd si dicens se per metum non appellasse, probet per metum quoque sibi non licuisse protestari, esset audiendus. l. 27. tit. 23. part. 3.

20 Sed vt præcedentibus minis contractus metu reuerentiali videtur, an probari quoque oporteat patrem vel in tantum minantem, solere minas ad verbera vel corporis cruciatum perducere. Et hoc etiam esse necessarium existimant Iacobinus in præsenti nu. 10. & ante eum Panormin. in d. de offic. delegat. nu. 3. Decius ibi, nu. 3. idé Panor. in d. causam matrimonij. eo. tit. nu. 5. post Innocent. ibi, quo in loco Decius nu. 5. testatur hanc esse communem opinionem, quam etiam tenet Panor. in c. fi. nu. 4. de appellat. & eam etiam sequitur episcopus Segouiensis ibi cum allegauit num. 4. Quòd si maritus aliam vxorem quã prius habuit, hac de re malè accepisset, an hoc sufficiat ad rescindendum contractũ factum à secunda vxore. Et non esse satis existimo ex text. elegantissimo in l. 3. §. quæri potest. ff. de susp. tut. quem in simili propè specie induxit Bart. in l. de pupillo 5. si quis ipsi prætori. num. 16. ff. de nou. ope. nunt. Verùm superior opinio videtur mihi esse præter mentem doctorum omnium, qui hanc materiam tractauerũt, qui solas minas sufficere arbitrantur, vt nõ immeritò plures sint autores, quibus hæc sententia magis sedent. & cõmunè quoq; esse testatur Caro. Rui. cõs. 121. nu. 6. vol. 4. Ioan. Rimi. in prin. Inst. qui alien. li. vel nõ. nu. 307. & ipse eã sequor, nisi is cũ quo cõtractus factus est, probarit patrẽ maritum ue minantẽ, nõ solere minas executioni mãdare. Minis quoq; cessãtibus si magna sit patris vel mariti iubẽtis autoritas, qui soleãt desæuire in eos, qui sibi nõ obtẽperãt, contractus rescindetur. Boer. decis. 100. nu. 19.

21 Limitabis tu modò cõmunẽ hanc propositionẽ, vt minimè procedat, si cum metu reuerẽtiali enormis læsio accesserit, hoc

enim

énim casu solo metu reuerentiali aiunt cõtractum vitiari. ita enim voluerunt Paulus de Castro, Decius, & hos referens Alciatus riu. 31. itẽ Iacobi. nu. 11. Curtius Senior col. 2. fuitque Pauli de Castro sententia hæc consi. 174. vol. 1. lib. 4. quam allegans alios, sequitur episcopus Segobiensis de spon. 2. p. c. 3. §. 6. num. 4. qui & illam probat in. c. quamuis pactũ de pact. lib. 6. 3. p. §. 4. nu. 7. Ioannes Riminal. consi. 40. nu. 15. volu. 1. vbi Hippolytus Riminaldus allegat multos idem tenentes, qui ea ratione mouentur, quòd magna læsio dolum soleat arguere. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credit. sed dolus hic re ipsa interueniens, ita officit actui, acsi ex proposito accederet contractui. l. si quis cùm aliter. ff. de verbor. obligation. l. 2. ff. de dol. except. & parentes quoque ac domestici solent suos quoque interdum decipere. l. data. de donat. infra. Pro qua etiam inducitur solet text. in. l. si superstite. de dol. mal. & existimant eam procedere, etiam si iuramentum huic contractui accesserit. ex Aretino consil. 24. colum. 2. quem plures receperunt. Verùm iudicio quidem meo horum opinio difficultate non caret, nam quantò grauior marena est super qua contrahitur, præsumitur filium vel vxorem iustiorem causam habuisse, ne contractui consentiret: cùm igitur non contradixerit, consensum videtur ei accommodasse. Adde huc, quòd in contractu matrimonij, cuius causa est omnium grauissima, patre iubente filio vt consentiat, contractus non rescinditur. Prætereà in. c. quamuis pactum. nónne enormiter fuit læsa filia illa, quæ ad patris nutum metu reuerentiali adacta, modica accepta quantitate, iuramento promisit, nullum se ad bona paterna habituram regressum? & tamen valuit iure optimo sine vlla spe rescisionis contractus. & eodem argumenti genere expendo text. in. c. cùm contingat. de iureiurand. & in. c. ex rescripto. eod. titulo. Quare ego libenter in hoc à communibus, vulgoque receptis sententijs discedo, nisi dolus aliquis, aut praua suasio interuenerit, quo casu. l. si superstite. procederet. & tenet hanc opinionẽ Aretinus in præs. nu. 4. qui falsò existimat priorem opinionẽ cõmu. non teneri. Quibus autẽ casibus patris vel mariti metus sufficiẽs est ad rescindendũ cõtractũ, sufficiet metus fratris illatus sorori iuueni. quod rectè notarũt Aret. consi. 24. nu. 10. Claud. in. l. quæ dotis. nu. 28. fol. matri. Idẽ in fratre, respectu fratris maioris natu, obseruauit Orosc. in. l. vel. ti. nu. 7. de inst. & iure. allegans alios. Idem ó de metu reuerentiali patrui notarunt Capitius decis. 189. nu. 25. Ruyn. consi. 170. nu. 16. vol. 1. Idem de metu reuerentiali soceri notauit Craueta cõsi. 282. nu. 9. quia patris loco sit. l. quia. ff. solut. matrim.

22 Vt illud hic non omittam, metũ à principio contractui interueniẽtem ex post facto purgari solere. Nã si quis metu promittat vel vendat, si is ex post facto spontè soluat, approbasse contractũ videtur, ne iam cum actione vel exceptione, quod metus causa, posit infirmare. l. 2. §. de his quæ vi met. cãu. gesta sunt. l. 28. ff. 11. l. 49. ff. q. 14. partit. 5. Vnde elegãter Bald. notauit in consilio schismatis, electionem Papæ metu factum conualescere, si voluntaria coronatio sit subsequuta. sequitur Iaso. consi. 62. numero. 1. volum. 1. Matrimonium præterea metu contractum conualescit ex spontanea cohabitatione. c. in id. de spons. al. Sunt tamen erga illam. l. 2. aliqua notatu digna, quæ forensia negocia tractantibus sunt admodum necessaria, è quibus ego hic frequentiora tantùm obseruabo.

23 Prima igitur conclusio sit. Solutio facta paulò postquam contractus metu gestus fuit, non purgat præcedentem metũ, quoniam is adhuc durare præsumitur. argumento text. vulgat. in. l. lecta. versic. dicebam. ff. si cert. petat. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. c. officij. de elect. & tenent hanc opinionem Cynus in illa quæs. 2. allegans Petrum, Ray. & antiquiores. Bart. 2. lect. col. 1 in fine. & ex Bald. constat idem & Azonem sensisse, & testatur esse commu

communem Alex. eam sequutus ibi nu. 4 & sequitur eam referés alios Traq. de retract. cõuent. 5. 1. gl. 5. nu. 21. testatur esse cõmunẽ Mayner in l. nil consensui nu. 10. ff. de reg. iur. tamet si contrarium voluerit gl. ibi. vers. item quid si parum post. quam ibi sequuntur Iacob. Butrig. & Bal. 5. quæst.

24 Secunda conclusio. Etiam si ex post facto solutio sequuta sit, si tamẽ adhuc subesset eadem causa metus, in metum non purgat. Bart. elegãter in illa. l. 2. nu. 6. vbi idem sequuntur Bal. Ang. & frequẽtiores, & qui omnes allegat Alex. in. ibi. nume. 6. Areti. nũ. 1. inquiens hunc esse communem opinionem. atq; ita oportet intelligere text. in l. metum. 4. sed quod prætor. ff. quod met. caus. vbi si solutio nõ purgauit vitium cõtractus metu celebrati. & idem quoq; voluit Bart. in l. Titio. 2. turpẽ. nu. 5. ff. de condict. ob caus. vbi exemplum ponit Bart. in tyranno, cuius metus semper præsumitur durare, quandiu tyrannis ipsa durat. Item si vxor à marito verberibus malè accepta sit, etiam si ex post facto consenserit cõtractui ex longo intervallo semper viuente marito præsumitur metu adactam cõsensisse. & idem sequuntur ibi Roman. nu. 10. & plures referens Iason col. 2. vers. quinto limita. & idem quoq; voluit Bart. in tract. de tyran. quæst. 2. Bald. & Angel. in l. qui in aliena. 5. Celsus. ff. de acquirend. hæred. Alexan. ibi num. 10. Iason nume. 4. idem Iason in. 5. quadrupli. num. 66. de act. Instit. Vitalis de Camp. in clausula, non vi, non metu c. de metu. vxoris. nu. mer. 2. Iason. consil. 165 col. 2. vers. nec prædictis. vol. 2. Calderinus consil. 1. sub rubr. de his quæ vi. vers. restat videre. Alex. consi. 99. nu. 8. vol. 3. Cotheus cons. 41. nu. 14 vol. 2. Deci. cons. 498. nu. 16. Boerius decis. 100. nu. 13. Ioannes Riminal. cons. 40. nu. 16. & cons. 140. nu. 24. vol. 1. Rebuffus de resciss. contract. glo 22. col. 1. 2. tomo. idem in praxi beneficio. tit. de resignat. metu. extor. nu. 7. vt non dubitẽ communem esse opinionem hanc. quæ optimè probatur ex text. in cap. de ijsq; vi. met. ve causa. nunc. vbi elegan tet hoc explicat Panor. nume. 2. idemq; videtur probare text. in. c. accedens. de coniug. conuiga. vbi cùm mulier minus & verberibus adacta marito ad religionem transeunti consensit, quem multo tractu temporis religionem egressum repetijt, nec medio tempore diu sua fuit consensisse. quoniam semper eadem timoris causa supererat. Quòd si metum postea potuerit subterfugere tyrannum & noluit, sed adhuc consensit vel soluit, non posset contractum rescindere. Host. in. c. id quod. de spo. vbi Prepos. nu. 1. testatur eam esse communem opinionem.

25 Tertia conclusio. Quando contractus per metum celebratus iuramento fuit confirmatus, solutio facta ab eo, qui fuit compulsus, non purgat vitium contractus. potuis enim videtur is qui soluit, hoc facere, ne periurium incurrat, quàm vt male gestum contractum probet. argumẽ. text. opinionis licèt vulgati. in. c. debitores. de iure iurand. Præterea vbicunque ex solutione facta in hac specie potest accipi alia coniectura, quàm approbandi contractus, illa potiùs sumenda est, ne in lui graue præiudicium vitiosum contractũ approbasse quis videatur. l. cũ de indebito. ff. de prob. cum alijs. estq; pro hac doctrina text. egregius in. l. 3. supr. de his quæ vi. met. ve caus. gest. sun. quo probatur eum qui vi fundũ vendere fuit coactus, non carere actione quod metus causa, neq; videri cõtractum approbasse, si pretium fundi venditi receperit, quoniam hic ne & pretium quoque perderet id recepit, non verò vt contractũ probaret, furor enim esset posse omnia perdere naulum. Hanc igitur tertiam conclusionem tenet gl. in illa. l. 2. ibi, item quid si iurauit. & sequuntur hanc opinionem Petrus & Cyn. q 3. Alber. in fine. Bart. nu. 7. Bal. si col. vers. vlterius quæro Ange. nu. 8. Pul. nu. 5. Faber vers. sed quid si iurauit Sali. & Paul. de Cast. nu. 6. Areti. 6. col. & testatur hãc opinionẽ esse communẽ eã sequutus Alexã. nu. 8 quæ etiam tenet gl. in. l. isti quidem. in gl. seu mulier. ff. quod met. caus.

alia

alia in c. authoritatem. in gl. magna. 15. q. 6. & hanc opinionem sequuntur Aretinus consi. 24. nu. 17. testatus esse communem Marcus Antonius Baue. de viribus iura. num. 151. Maynerius in l. nil consensui. nu. 13. ff. de regu. iur. Hippoly. singul. 89. licèt glossa ordinaria in c. ad audientiam. in gl. ad resignationem. de his quæ vi. existimet in promissione quoque iurata, habere locum text. in illa l. 2 & eius glo. opinionem probauit Antonius ibi nume. 7. Sed superior opinio verior communiorque est, & eam quoque sequuntur Hostien. Ioannes Andr. Ancharan. Imola. & Panormi. qui gloss. reprobant, licèt eius opinionem videatur iuuare. l. regia. 28. ti. 11. p. 5. Ex quo & illud subsequitur, vt si quis ex instrumento guarentigio obligatus instanti executione soluerit, non videri contractum approbasse: potius enim vt executionis molestiã effugeret soluisse videtur. quod Bald. ibi obseruauit. Corneus col. 2. qui allegat text. in l. Neratius. ff. de condict. ind. Hippolyt. singul. 89. sed cùm executioni apud nos exceptio metus opponi possit l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinam. Baldi doctrina cessare videtur.

26 Quarta conclusio. Non solùm soluens, verùm dilationem ad solutionem petens videtur contractum probasse, vt legi. 2. quod met. caus. locus sit, secundum Angel. ibi col. 1. allegantem text. vulg. in l. ad solutionem de re iudicat.

27 Quinta conclusio. Soluens debitum ex contractu metu celebrato, non solùm non habet soluti repetitionem, sed in futurum quoque contractum probasse videtur. ita enim voluit Iason in l. si ob turpem. col. 2. in princip. ff. de condict. ob turpem caus. vbi inquit ille non inuenisse se authorem huius difficultatis. Sed reuera licèt Iason nullibi articulum hunc tactum affirmet, eandem opinionem tenet eleganter Baldus in l. cùm fidem. numero. 1. de non numer. pecun. vbi inquit hanc fuisse opinionem Nicolai de Matharel, quam etiam sequitur Salicetus ibi numero. 5. Riminald. neminem allegans consil. 285. numero. 23. volum. 2. Et mihi placet, quoniam generalis est dispositio text. in l. 2. atque ad hunc casum etiam videtur pertinere, atque ita hic publico senatorum decreto fuit iudicatum.

28 Sexta conclusio. Solutio spontanea purgat metum contractus principalis, non solùm vt metus à principio videatur non intercessisse, sed etiam vt si interuenisse constitent, adhuc tamen solutione ipsa purgatus iam videatur. ita enim voluit glos. magna. ibi reprobans Irnerium, & glossæ opinionem sequuntur omnes, & esse communiter approbatam testatur Paulus de Castro num. 3. facta igitur spontanea solutione, nó est admittenda probatio metus, quo contractus ipse celebratus esse dicitur.

29 Septima conclusio. Non solùm solutio sponte facta metum purgat, sed promissio etiam pecuniæ soluendæ, quod vulgari illa ratione constat, qua paria esse censemus promittere vel dare. l. fin. ad l. Falcid. C. l. si patronus. 5. de illo. ff. de donat.

30 Octaua conclusio. Spontanea solutio purgat vitium contractus, etiam si errans quis in iure vel in facto soluerit, amisit enim vtroque casu actionem quod metus causa. ita enim voluit glos. magi. in illa. l. 2. quæ nec condictionem indebiti hoc casu soluenti superesse existimat. Sed hæc posterior propositio videtur esse contra regulas communes, ex quibus vt damnum quis euitet, facti vel iuris error adsit, sat est. l. iuris ignorantia. l. error. ff. de iuris & facti ignorant. l. sed si me putem. ff. de condict. indebit. Præterea errans non videtur consensisse. l. si per errorem. ff. de iurisdict. om. iud. Sed sine consensu non potest induci approbatio contractus. Quare verior sententia est contra gloss. vt soluens in hac specie non possit repetere actione quod metus causa, sed possit condictione indebiti. Propositionem hanc tenet Cyn ibi. 4. oppositi.

Bart.

Bart.nu.5.Bald.2.oppoſit. qui opinionem hanc communem eſſe innuit.Angel.num. 7.Fulg.num.6.Salicet.& Paul.de Caſt.nu. 6.ad finem.Alex.nu.10, teſtatus hanc opinionem cõmuniter ſenẽri. Socinus conſ. 263.col.penult.verſi.ex quo fundamento colligitur.volu.2. qui falſo exiſtimat hanc etiam fuiſſe ſententiam gloſſæ. Sigitur errans ſoluit, vel in iure exiſtimans ſe exceptionem metus non habere, vel in facto, quoniam contractum ſine metu geſtum exiſtimauit, actionem quod metus cauſa non habet,ſed condictionem indebiti:ſed ſi ſciens ſoluat,neque condictione indebiti poteſt repetere, quoniam donaſſe videtur,l.cuius per errorem.ff. de regu.iur.atque hęc eſt communior omniũ ſententia.

31 Noua concluſio.Spontanea ſolutio facta vni cùm duobus promiſſum fuiſſet, purgat vitium contractus reſpectu vtriuſque.arg tex.in.l.cui fundus.ff.de con.& demonſt.atq; ita.l.2. interpretatur Rebuffus 2.tomo conſt.Galli de reciſione contract. gl.23.num.10.

32 Superioribus addendum eſt, importunas quoque preces metui æquiparari, vt cõtractus reſcindatur.ex tex.in.l.Verb.ex torta.ne filius pro.pat. vbi gl. verbum, ex torta,exponit,de ſuaſibus ac precibus,quæ cùm importunæ admodũ ſunt, extorquere rem videtur,ſicuti metus ac minæ. Quare ſcribit eleganter Innocentius in. c. petitio. in princip. de iureiur. contractum ab vxore geſtum propter nimias preces mariti, reſcindi poſſe, ac ſi metu eſſet celebratus.& ſequuntur hanc Innocentij opinionẽ Vitalis de Campin clauſula, non vi vel metu. c. de metu tyranni.nu. 4.Matthæus de Afflictis deciſ 69.nu.5.laſſm.& quadrupli.num.66.de act.Inſtitu. Lopius in repet. rub.de donat.inter vir.& vxor.5.8.nu.1.& ſequit.Boerius deciſ. 101.nu.10. Diegus Couarruuias epiſcopus Segobienſis de ſponſ.2.p.c.3.§.6.in fine.Segu.in l.1.§.ſi vir. vxóri. nu.128.de acquir.poſſeſſ.Nam & eadem ratione,ſicut is qui alterum vi trahit ad ludẽdum,tenetur illi eo ludo acquiſita reſtituere,ita etiam qui nimia prece vel importunitate impulit colluſorem.quod eleganter Innocentius determinauit in.c.quia plerique.de immunit.eccl.nu.4. cuius opinionem ſequuntur Imola in.c.clerici.num.15. verſi.attende tamẽ.de vita & honeſt.cleri. Lopius vbi ſuprà nu.6. & idem viſus eſt tenere beatiſſimus Thomas.2.2.quæſt.32. art.8.& hanc opinionem cæteri communiter ſequũtur.quod eam ſequutus affirmat epiſcopus Segob. in. c. peccatum. de regul. iur.in.6.2.p.§.4.nu.7.

33 Vltimò addit, contractum in dubio nõ præſumi metu geſtum, ſed ſpontè, quod eſt manifeſtiſsimũm vulgari illa ratione, ne in dubio præſumptionem delicti capiamus.l. merito. ff. pro ſo.quod in ſpecie probat text. iuncta gloſſ.fi. in illa.l.2.de his quæ vi.& in.l.metum.eo titu. ſed cùm occultiſsimè metus inferri ſoleat leuioribus argumentis, vir bonus arbitrabitur iuſtum metum illatum fuiſſe.arg.tex.in.l.non omnes.§.à Barbaris. ff. de re.milit.c. ſi.de teſt. cogen.

34 Imò verò ſcribit eleganter Innocent.in c.ſuper hoc.de renunt.nu.2.verſi.inducunt autem pro ſe magis eſſe deferendum teſtibus duobus deponentibus contractum fuiſſe metu geſtum, quàm centum qui deponant ſponteneam voluntatem.& idem videtur ſequutus Panor. ibi nu.34. idem Panor.in.c.1.nu.12.de his quæ vi.Barbatius ibi laſſ. in præſent. nu.5.& idem quoque voluit Bal.in diuino illo conſilio ſchiſmatis poſito poſt rubricam. Si quis aliquem teſt.prohib.2.par.nu.22. atque idem Bald. in.l.obſeruare.§.proficiſci.13 q.de off. procon.& legat.Albericus in.l. metum.nu.4. ff.quod met.cauſ.qui hoc ſummoperè cõmendat.Angel.in.l.fi.in princ.nomer.3.ff. quod met.cauſ Barbat.in.c.cauſam matrimonij.nu.22.de off.deleg.Roman.in ru ff.de arbit.nu.22.Alexan.conſi.156.nu.3.vol.5. vbi affirmat alios ſcribentes tranſire cum Innocentio.Felin.in.c.in noſtra.nume.6. de teſtib.Lanfrancus de Oriano ſingul.14. Corſetus ſingul.incipienti mille teſtes. Ferranus

ratius caut.7.Ioann.de Neui.libr.2. Siluæ nup. nu.120.Rebuffus de recisio.cõtract. gl.12.col.3.vers.quomodo metus.2. tomo. Maranta disputatione.6.nu.36.Curtius in tract.de testibus.nu.117. Iaſſ. in.l.ſed & ſi quis.4.quæſitum.nu.11. ff. ſi quis caut. idẽ in.4.quadrupli.num.71.de act.Inſti. Philippus Decius in.l. in omnibus cauſis.nu.12. ff.de reg.iur. idem in.c.fi.nu.9.de appell. teſtatus communem eſſe opinionem hãc Innocentij,& conſi.100.numer.7.vers.ſecundò dicitur. Lancellotus Decius in.l. turpia legata.in princip.ff.de legat.1. Alciat.3.reg.præſump.7.numero.5 Boerius deciſ.100.nume.3.epiſcopus Segobienſis de ſpon.2.p.c.3.4.5.nu.10. Quorũ omnium ea ratio eſt,quòniã teſtes deponentes de metu, deponunt quidem de re quam ſenſu corporeo perceperunt,videntes vim inferri,qui verò deponunt de ſpontanea voluntate,cùm res hæc in animo recondita ſit, vix eſt vt teſtes eam poſſint teſtificari. Præterea magis creditur duobus teſtibus deponentibus de affirmatiua,quàm decẽ deponentibus de negatiua gl.volg.in.l.diem proferre.5.ſi plures.ff.de arbit.quam ibi ſequũtur omnes.& multa in gl.illam ſcripſerunt Soc.reg.246.Ripa in.c.cũ eccleſia.nu. 89.de cauſ.poſſ.& prop.Pinel.in.l.2.de ref. ven.3.par.c.4.nu.14.Curt.de teſtibus.nu.8 Eſt autẽ accipienda Innocentij atq; cõmunis traditio,præterquàm ſi præſumptio aliqua huic metus probationi contradicat, quo caſu ſeruanda eſſet regula cõmunis,vt iudex arbitretur,quibus maiorẽ fidẽ ſit adhibiturus,iuxta regulã vulg.tex.in.l.3.ff.de teſt.c.in.noſtra.de teſt. Cùm autem cõſtat metũ in contractu interueniſſe, reſcindendus ille eſt, etiam ſi in eo ſint verba illa, nõ dolo,non metu,nã eo caſu etiã clauſula illa cenſetur metũ extorta,ſicut contractus ipſe principalis.arg.tex.in.l.doli mali.vers, diuerſum.ff.de nouat. & ita voluit elegãter Bald.ad Specul.de appell.4.reſtat. additione incipienti. Cõfeſſus in tormentis.Socinus Baldi immemor conſil 263. colu.4. verſi.nec obſtat ſi dicatur.volu.3.Marant, diſput.6.num.35.

34 Deinde tu collige ex text. hoc non valere tranſactionem inter dominum & ſeruum, obſtat enim huic conuentioni domini poteſtas. Quare ex hoc text. colligit Baldus in .c. cùm contingat. numero 30.de iureiuran. abbatem non poſſe monacho obligari & huic text. conuenit. l. Regia.6.titul.11.p.5. Sed contra text.hunc eſt text.in.l.cùm affirmes.infrà. de liber. cauſ.Gloſſ.ſi.ſoluit hanc difficultatem,dicens valere quidem conuentionem inter dominum ac ſeruum ſi de libertate illa facta ſit,in reliquis non valituram. Sed hic intellectus gloſſ. ipſi non facit ſatis, quoniam neque ſuper hac cauſa ſeruus cum domino rectè paciſcatur & gloſſ. opinionem teſtatur eſſe communiter approbatam Alexand.numero.6.Riminald.ſi.col. Curtius Senior numero 29. Quare reſpon- 36
det gloſſ.ſi in.l. contraria. non imponi neceſſitatem domino, vt pactum ſeruet,mo
hendum tamen à iudice eſſe pacto ſtare atque ita etiam text. illum intellexit Bart. in.l.eſt receptum.verſi. ſed contra.ff.de iu riſ.omn.iud. Angelus ibi numero.2. Alexand.ibi,numer.4.Iaſſon numero.7, communem eſſe hunc intellectum conſtat ex Curtio.ibi col.1.Zaſio numer.4. qui eum ſequuntur.

35 Ego verò longè aliter textum illum intelligendum eſſe arbitror, & primò concedo ipſe gloſſ. ac communem opinionem ſequutus,non valere pactum inter dominum ac ſeruum etiam ſuper cauſa libertatis,ſed in.l.cùm affirmes, exiſtimo pacto dominum obligari, ibi enim pactum initum fuit inter dominum & ſer- 37
uum, vt accepto nummo certæ quantitatis ipſam cum quadam filia ſua manumitteret, ipſe dominus ancillam manumiſit,quærebatur an & filiam iuxta placiti fidem teneretur manumittere.Communis gl. intellectus eſt, dicentis dominum non teneri filiã manumittere, ego contrà ſentio, qui conſidero vnico duntaxat pacto inter dominum & ſeruum conueniſſe

vt mater cũ filia manumitteretur. Cùm igitur dominus pactum implere cœperit, matre manumissa, cogendus est illud perficere manumissione filiæ. Quòd & si à principio pacto stare minimè cogeretur, cùm iam matrem manumiserit, videtur cum ipsa tacitè conuenisse de manumittenda filia iuxta placita inter eos conuenta, maximè cùm non gratis, sed accepta pecunia manumissio facta fuerit: efficacior enim conuentio est, quàm pecuniæ interuentus. confirmat. l. cogi. 4. si pater. ff. ad Trebellian. l. si quis ab alio. ff. de manumiss. l. si liber. de condict. ob caus. Atque hic intellectus notter licèt sit verus, tamen esse videtur, quem vnicè iuuat ratio text. in. l. 1. §. cœpisse. ff. de pollicit. in. l. sed Iulianus. in fine. ff. ad Maced. cum similibus.

36 Sed iterum oppono text. in. l. si seruum. §. 1. vers. si quis dederit. ff. de acqui. hæred. vbi valet pactio inter dominum & seruũ. Sed gl. 1. in. l. contraria. soluit hanc difficultatem, dicens ibi fuisse factam conuentionem cum domino futuro. & hunc intellectum sequitur Bart. ibi, qui & in præsenti illum probat, & cæteri sequuntur. & esse communem affirmat Curtius Senior, eum sequutus numer. 29. tametsi Iaſſ. dubiam esse apud se hanc solutionem affirmat, & difficillimum contrarium esse hac solutione malè contentus Curtius Iunior dicat ad finem. Quòd si libertas naturaliter seruo debeatur, valere pactum de hac re inter ipsum ac dominum obtinuit. Post gl. in. l. cùm testamentum. in gl. mag. de iur. & fact. igno. quam Alex. huc allegant nu. 6.

37 Sed licèt dominus seruo obligari minimè possit, princeps contrahens cum subdito ex conuentione iure optimo obligatur, atque cõuentioni stare tenetur, quòd Guido de Suza elegãter tenuit in. l. digna vox. sup. de legi. quem ibi sequuntur Cynus ad finem, & antiquiores omnes idem probarunt. item Bart. qui affirmat hanc esse veritatem. Bal. fi. col. Paul. de Castr. nu. 5. Bald. Paul. & Iaſſ. nu. 12. in. l. 1. ff. de const. princ. Albericus in. l. 1. nu. 19. ff. de off. procur. Cæsar, Panor. in. c. quæ in ecclesiarum. nume. 14. de constitut. testantur hãc opinionem esse cõmunem, eam sequuti Paul. de Cast. numer. 4. Zasius nu. 5. in. l. princeps. ff. de legi. vbi Oroscius nu. 13. testatur hanc esse communem opinionem. Iaſſ. in. l. 1. in principio. col. 1. ff. de pact. & eam sequuntur Bald. consil. 371. vol. 3. qui ocioſè iudicio meo transcripsit omnia verba Cyni in illa l. digna vox. Iaſſ. in. l. ciuitas. numer. 5. ff. si cert. pet. Curtius in. l. 1. in principio. numer. 11 ff. quod quis. iur. Molyn. consil. 41. nu. 10. Zasius consil. 10. nume. 6. vol. 2. idem de feud. 5. part. nu. 17. Licèt enim Deus subiecerit principibus leges, cõtractus illis minimè subdidit, quoniam illis obligantur, sicut priuati. ita enim docuit eleganter Bal. in c. 1. in princ. de nat. feud. idem Bal. in. l. 2. de seruit. ac aqua. nu. 40. Iaſ. in. l. si pecuniam. in princip. numer. 12. de condict. ob caus. Imò verò plùs ad fidem faciendam momenti principis oratio habet, quàm aliorum iusiurandum, vt scripsit Isocrates ad Nicoclem Regem. Quapropter casus veluti fortuitus esse videtur, si princeps veniat contra propriam conuentionem, quod eleganter refert Alexan. consil. 97. volu. 3. num. 4.

Tametsi obligatio illa, quæ principem tenet ex contractu non sit ciuilis sed naturalis, quæ tamen effectum habet ciuilis obligationis. ita enim voluit eleganter Antonius de Butrio. in. c. 1. de probat. nu. 3. Imò la ibi, nu. 2. Panor. nu. 1. Feli. nu. 3. & testãtur hanc opinionẽ cõmunem esse Decius ibi, nu. 1. Antonius Gomecius. 2. tomo variar. resolut. c. 1. nume. 1. reclamantibus Baldo num. 2. Aretin. num. 2. qui & ciuili obligatione principem teneri existimant, quos & Gometius sequutus est.

38 Vltimo loco inuenio Bar. in. l. nemo prohibetur. nu. 3. ff. de except. notantẽ ex hoc text. posse actorem vti pluribus replicationibus cõtrarijs, sicuti & reus pluribus exceptionibus vti potest. c. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. Oportet autem text. hunc ita

pro

pro Bar. induci. Proba mulier seruum suũ in seruitutem redigere contendebat, in libertatẽ seruus proclamabat ex transactione inter se & dominam facta. Rursus Proba replicabat metu transactionem illam fuisse factam, quòd si sponte facta fuisset, nihili tamen esse, vt quæ cum persona serua fuerit expedita. Sunt autem hæ duæ replicationes sibi contrariæ.

40 Notari autem hic oportet secun. Bald. Paul. Alexand. Iaſſ. & posteriores, quòd si quis plura in iudicio remedia proponat, satis esse vel vnum probari quod sit sufficiens ad obtinendum. Probat igitur text. hic communem praxim aduocatorum, qui in libellis præfari solent, vt iudex ea quę ipsi referunt, pro veris habeant, aut certè eam eorum partem, quæ sufficiens sit ad obtinendum.

Summa rerũ. L. Si diuersa.

1 *Potest ex vtriusque partis consensu lis quæ fuerat transactione sopita instaurari.*

2 *Neque requiritur hic actus retrosimilis, sicut in contractibus nominatis.*

3 *Qua actione actor pecuniam repetat, quam dedit vt à lite discederetur, si communi consensu ad litem regressus fiat.*

4 *An partes in hac specie recuperẽt ipso iure actionem amissam, vel ope exceptionis.*

5 *Et quid sit statuendum cum transactio fuit facta per acceptilationem.*

6 *Quare non valeat sententia contra sententiam lata, & tamen valet transactio contra transactionem.*

7 *Non valet sententia contra sententiam latã, etiam ex partium consensu.*

8 *Cùm in specie huius l. redatur ad litem, an sit opus noua instantia, vel vetus sit continuanda.*

¶ *L. Si diuersa.*

EXt hic (quod Fulgo. inquit) difficiles habet passus, & subtiles, atque ex facto sæpè contingentes. Et pulchram esse l. hanc Iaſſ. affirmat, quæ nõ diuiditur. Summatim hoc continet. Potest ex vtriusque 1 partis cõsensu, ad causam transactione terminatam lis restaurari. idẽ probat text. in. l pupilli. §. 1. ff. de solut. Sed videbatur fauore litis finitæ ab hoc cõtractu nõ licere resilire. l. fratris. sup. eo. l. quamuis. j. eo. Sed ex vnius voluntate hoc verum est, non si vtriusque partis cõsensus accedat: quoniã fauor litium finiendarum & si è republica esse videatur, quæ ex priuatorum litibus, atque hinc prouenientibus dissensionibus ęditur. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. & post li. reuer. reuera principaliter fauorem partium respicit, cui illæ impunè possunt renuntiare. Rationem hanc dubitandi huic Cæsarum rescripto ineſſe censuerunt Iaſſ. Curt. Iuni. & Alciat. quibus taciti desumpserunt à Paulo de Caſt. nu. 1.

2 Collige tu modò ex tex. hoc. cũ Antonio ab Alex. 2. nota. quòd licèt in cõtractu nominato requiratur actus retrosimilis (quòd aiunt) pro cõtractus rescisione. l. ab emptione. ff. de pact in cõtractu tamẽ trãſactionis qui est innominatus, resoluitur cõtractus ex solo consensu; namq; hic nõ restituta pecunia recessum fuit à transactione, nã statim examinabimus in gl. 4. quo remedio pecuniã hãc repeti oporteat. & hãc opinionem verã esse Curt. Sen. affirmat, licèt dicat hoc in tex. non probari. tentet eã Curt. Iun. in princ. Alciat nu. 9.

Tres gl. priores sunt expositiuæ.

3 Ex gl. 4. tu collige, condictione indebiti esse repetẽdã pecuniã quam actor accepit vt à lite discederet, si cõmuni consensu ad litẽ reditũ est. allegat gl. tex. in. l. eleganter. in princ. 3. resp. ibi, sed etiã si resoluta sit transactio idem erit dicendum. ff. de condict. indebit. vbi gl. hoc idem sentit allegas l. hãc. Bart. verò nu. 1. condictione sine causa agi hîc existimat, nã si dãtur res indebita propter falsam causam de præterito, Bart. inquit, datur cõdictio indebiti, vt illa repetatur: si verò ob causam de futuro quæ non fuit secuta, cõpent cõdictio sine causa. l. dedi. ff. de condict. caus. dat. quare Bart. opinionẽ cõtra gl. sequũtur Fulg. nu. 1. Pau. de Caſ. nu. 2. dicẽs, q̃ doctores reprobãt gl. Alex. nu. 10. dicẽs gl. opinionẽ cõmuniter reprobari. & esse gl. opinionem cõmuniter

reprobatá testantur Iass.nu.3. Curt.Senior nu.4. Rimin.col.2. Curt. Iunior nu.2. Alc. nu.11. tametsi Rimin. certo quodam casu. & generaliter Alciat.gl. opinioné defende re nitantur. Est autem prorsus inutilis hæc disputatio hodie, cùm actionis nomen in libello necessariò non sit exprimendum. l. 1.j. de formul. sublat.c. dilecti. de iudi. maximè verò apud Regia hæc tribunalia, in quibus iudices vtrunque licet, veritatis atque æquitatis vestigia aucupantes, morosam iuris antiqui superstitionem non curamus, vel admonéte nos sanctissima lo annis. IL cóstitutione 11. tit. 1. lib. 3. ordinam.

4 Gl. fi. diuiditur in quatuor partes: in prima allegat alteram legé huic conuenientē: in secunda quærit de quadā quæstione: in tertia, de alia quæstione disputat: in quarta aliam profert. Secunda est ibi. Sed nūquid ipso iure. Tertia ibi. Item quid si sublata. Quarta ibi. Itē quare secùs. Ex secunda particula tu collige, non redire partes ad trāsactionem recuperantes actioné amissam ipso iure, sed ope exceptionis: nā cùm transactione sit actio sublata, non perimitur eius effectus contrario consensu. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. oportebit vterē actionē intendere, cui si transactio obiecta sit, replicabitur de noua cóuentione, quæ replicatio effectu ipso cófirmat veterē actionem. Gl. opinioné sequūtur Cy. & Bart. nu. 2. Fulg. col. 2. Paul. nu. 2. testantur esse cómunem, eam sequuti Rimin. col. 2. Alex. col. 2. in prin. Iass. nu. 4. Curt. Iunior nu. 2. tametsi Bald. ac Salicet. fundamenta quædam contra gloss. opinionem subtiliter induxerint.

5 Ex tertia particula gl. tu collige, quòd si prior actio sit iam ipso iure sublata, quoniam fuit explicita transactio per acceptilationé, hoc casu ex quadā æquitate dari vtilé actionem ei, qui eā amisit, qua reum iterum adoriri possit. argum. tex. in l. 1. & 2. j. si aduer. transact. vbi si minor restituat se aduersus transactionem, restituitur eius aduersario actio quædam vtilis. Sed Bart. nu. 3. perneg at leges allegatas in gloss. eius propositum probare, nam leges illas agere in restitutione concessa à lege, cui hoc proprium peculiareque est, vt omnia reponat in pristinū statum. l. si fine. §. sed quod Papianus. ff. de mino. Quare pro resolutione huius articuli Bar. distinguit tres casus quos ipse prosequitur, cuius distinctioné quibusdā carpētibus video cōmuniùs approbari.

6 Ex quarta particula gl. tu collige rationē quare non valeat sententia lata contra sententiā lapsam iā in rem iudicatā. l. 1. quādo prouo. nó est necess. & tamé valet sentétia contra transactioné ex cōsensu partiū. Ita enim mentē gl. perceperunt Bar. & frequentiores. & est intelligentia hæc cōmunis, teste Curt. Iun. nu. 6. Seniore num. 11. tametsi Bal. & Pau. existimēt quęsisse gl. hic, quare valeat transactio contra transactionē ex consensu partium vt hic, nec tamen valet sententia contra sententiam. & subdit rationem gl. quoniam iudicium redditur in inuitos, transactio autem, non nisi inter volentes concipitur.

7 Oportet autem notare ex hac gl. text. in illa l. quando prouo. nó est necesse. procedere, etiā si adsit cōsensus partiū. & ad hoc dicit Bal. l. oppo. esse gl. hāc notatu dignā. Item Alex. nu. 3. Iass. multa allegās nu. 5. Rimin. col. 2. testatur esse comm. approbatā. Cur. Iun. nu. 9. & allegauit gl. hanc in hanc propositionem Bart. in l. acta. nu. 2. ff. de re iudi. Bal. in c. præsentata. nu. 11. de testibus. & in c. inter monasteriū. n. 2. dicēs gl. hanc alibi nó reperiri. de re iudi. Feli. ibi, nu. 16. ex quo constat hāc esse cómunem opinionē. & eam quoq; sequuntur Imola in l. quod iussit. nu. 5. ff. de re iud. Iass. dicens gl. hāc esse singularē in l. admonēdi. nu. 43. & in rep. nu. 34. vers. in glossa. ibi, de iureiur. Decius in c. quoniam contra nu. 38. de probat. Gregorius Lopius in l. 13. tit. 22. par. 3. in gl. Nó vale. dicens notabilem esse gl. hanc, & singularem. & esse quoq; communem affirmat Iass. eam sequutus in l. nam & posteà. §. si damnetur. nu. 7. ff. de iureiur.

8 Extra gl. quærit Bar. nu. 5. An in casu huius tex. cū actori prima actio restituitur, sit locus

locus primæ instantiæ, quæ videbatur trãs actione finita, an verò instantia noui iudicij op⁹ sit. Quod videtur ex illis verbis causam ex integro agi. & ex l. cùm mota. sup. eod. Rursus videtur veterẽ instantiã durare. ex l. siue apud acta. ĵ. eo. quæ rẽ dicit Bar. dubitare se, neq; velle id modò determinare. Angelus verò nu. 2. determinat ad antiquam instantiã esse regressum, respondẽs huic tex. quòd etiã si causa ex integro agatur, id tamen esse accipiendum ex actis antiquis. Rursus Paul. de Castr. inquit vidisse se pluries hac de re dubitari in examinibus priuatis, quoniam in punctis lex hæc cedere solear. quare Paulus ipse ita distinguit, quòd si sit expressè instantiæ renuntiatum, opus esse actori nouam instantiam inchoare. l. postquàm liti. sup. eod. quòd si instantię renuntiatum non sit, & actio fuit ipso iure sublata per acceptilationem, erit etiam opus noua instantia, idem si nõ fuit sublata ipso iure, impleuit tamen reus partes suas, vt in hac. l. quoniã pecuniam dederat, quod si non impleuerit, & tunc antiquam instantiam esse continuandam. Pauli distinctionem sequuntur Alex. nu. 6. Iaſ. in fine. Claudius nu. 5. & esse communem affirmat Curt. Iunior nu. 9. & mihi placet.

Summa rerũ. L. Vt responsum.

1 *Facta transactione per acceptilationem non potest actor redire ad veterem actionem, etiam si reus promissa non seruet.*
2 *Benignè esse respondendum interrogantibus*
3 *Non rectè causam diiudicari posse, nisi constet de facto.*
4 *Gl. omnes expediuntur.*
5 *Quorsum acceptilationum vsus fuerit inuentus.*
6 *Petitio hæreditatis & rei vendicatio, an eodem libello cumulentur.*
7 *Petitio hæreditatis an sit actio realis, an personalis.*

¶ *L. Vt responsum.*

1 NOn diuiditur tex. hic, qui hoc continet in summa. Facta trãs actione per acceptilationẽ, nõ potest actor redire ad veterẽ actionẽ, etiã si reus conuentã non seruet.

2 Ex primis verbis tex. tu collige, benignè esse respondendum his, qui aliquid interrogant. id ẽprobatur ex. in l. precibus. de impub. & alijs sub. l. fi. sup. de precib. imper. offerẽ. l. exprimere. ĵ. de duob. te. Sed contrà est quod seueriter respondit Quintus Mutius Seruio Sulpitio in l. 2. ĵ. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. ciuil. item Celsus Domitio Labeoni in l. Domitius. ff. de testament. aut non intelligo inquit, aut valde stulta est consultatio tua. Cynus in prę sen. respondet huic obiectioni (quę admodũ leuis est) ex sententia quorundã iurisco sultos quosdã subrusticos quidem fuisse, qua de causa seueriter respõdebant, cõtra Imperatores vrbanè atq; benignè. Verùm huic solutioni (quæ tamen nec ipsi Cyno placet) obijcit statim Bar. tex. in l. mercalẽ. C. de condict. ob turp. caus. vbi Imperatores quoque seueriter respondẽrunt, neque credendũ vnquã erit antiquissimis illis iuris ciuilis parentibus vrbanitatẽ atque humanitatẽ defuisse, quæ doctis hominibus solet esse perquàm familiaris, humaniores enim reddit eruditio. quare recepta meritò Bar. sententia hìc est, mulieri vel rustico rogantibus benignè esse respondendũ, vt in hac. l. cum similibus. sed si interrogent aduocatus vel iurisconsultus, quibus huic posit inertia imputari, seuerè, vt in legibus contrarijs esse respondendum. idem si aliquid cõtra bonos mores interrogetur, vt in l. mercalem. l. 2. ĵ. de furt. sicut & philosophũ se profitenti durè admodum Diocletianus cum Maximiano respondit in l. professio. de mune. patrim. quod cõtra disciplinæ suæ institutũ auaritia, atque tenacitate victus, munera quædã ferre recusaret. Sũmus quoq; põtifex seuerè archiepiscopo olim respondit. c. qua fronte. de appellat.

3 Collige deinde ex illis verbis, inserepacti exemplũ. nõ rectè de causa posse iudicari, nisi de facto cõstet, quoniã ex eo ius oriri soleat. l. si ex plagis. ĵ. in chuo. ibi, respõdi in causa ius positũ esse. ff. ad. l. Aquil. facta enim vel prudẽtissimos fallere possunt. l. 2.

ff. de iur. & fact. ignor. etiã eũ qui omnia iura in scrinio pectoris sui tuetur. c. 1. de cõst. li. 6. quare diligẽter iudicẽ pronuntiaturũ facta rimari conuenit. l. 2. ibi examinantes factũ. de veter. li. 12. Vnde qui veritatẽ causarum conijciunt, nõ facilè ad culpam veniunt, si facti veritatem examinẽt, in auth. vt defunct. seu fun. in princ. coll. 5. Ex diuersitate deniq; factorum iuris separatio inducitur. l. 1. si vnus ex plur. appell. quare facta semper oportet probari, & articuli iuris econtra illi vidẽtur, in quibus sine vlla probatione possit iudicari. Bald. in. c. sæpè de appell. n. 3. Colligit præterea Paulus de Castro nu. 3. argumẽtum pro aduocatis quos rustici adeunt, non afferentes instrumenta, quibus caulam instrui oportet, nam oportebit eos vt respondeant instrumenta causæ, vt afferãtur præcipere, quo cliẽtibus aperire possint, an expediat eis cedere vel cõtendere. Tertiò nota, ad sublatã acceptilatione actionẽ actorẽ redire nõ posse, etiã reo cõuenta non seruãte, neq; est hic locus regulæ cõmuni quæ nõ seruãti fidẽ, fidem nõ seruandã impunè permittit. l. cùm proponas. 2. sup. de pac. c. peruenit. de iurei. quoniã neq; extincta semel actio reuiuiscere.

4 Gl. 1. colligit ex tex. hoc. benignè Imperatorẽ hic respõdere. de quare suprà dixim⁹.

Duæ gl. sequentes, sunt expositiuæ.

Gl. fi. diuiditur in duas particulas, prout duas cõtinet quæstiones. 2. est ibi. sed quomodo potero. Ex prima particula tu colligе, quòd acceptilatio perimit etiã actiones reales. & hoc etiam probat text. in. L. & vno. §. 1. ff. de acceptilat. oportet tamen vt priùs deducatur hæc actio in Aquilianam stipulationẽ. Sed quæritur in. 2. parte gl. quomodo rem meã possim ego stipulari. Quæ respondet, non rem, sed æstimationem vel pretium mihi committi. & gl. opinionem sequitur Barto. qui hoc exactè declarat & cõmunẽ esse affirmat Curt. Senior nu. 12.

5 Sed dubitat Iaſſ. hic, quorsum acceptilationes fuerint proditæ, vt debitum ex vno contractu in alterum per Aquilianam stipulationem deducatur, cùm breuiùs sine hoc circuitu liberatio hæc donatione potuerit expediri. Et respondet ille, si per donationem hæc fierent, insinuatione opus esse, quæ in acceptilatione necessaria minimè est. Præterea esset liberatio hæc per donationẽ facta reuocabilis ex causis à iure permissis. l. si. de reuo. donat. quę cessant facta acceptilatione. sed Curt Iun. Claudio atq; Alciat. hoc Iasonis documentũ non probatur, qui cõsiderãt in acceptilatione quoq; opus esse insinuatione, alioquin viã fraudibus aperiri, vt sine insinuatione celebrentur donationes. Mihi Alciato tradiuo magis arridet, arbitrãtus tempore Galli Aquilij, qui hãc formulã inuenit, fuisse cõtractũ donationis innominatũ, vt qui nisi resequuta actionẽ non pareret, quare minuit ille formã, qua obligauo vndecumque cõtracta verbis extingueretur. Sed videtur hodie ociosum esse acceptilationũ tractatũ. Parit enim donatio actionem etiam citra implementum. l. si quis argentũ. de donat. j. Sed respõdet Claudius nu. 9. legem illam in pacto liberatorio non procedere, quod alibi ipse falsum esse demonstrabo. Existimo igitur acceptilationum necessitatẽ iã cessare, maximè apud nos, attenta lege Regia 3 tit. 8 lib. 3. ordinament.

6 Vltimò colligit Antonius ab Alexand. in præs. hoc in text. probari petitionẽ hæreditatis, atq; rei vendicationẽ eodem libello cumulari posse. atq; idem colligit Iacobi. nu. 3. dicens ita se sæpè practicasse. suitq; Angeli de Perusio hæc obseruatio in. l. qui interrogatus. nu. 3. vers. ideo semper cùm formo libellum. ff. de pet. hære. & esse hanc opinionem cõmunem contra gl. ibi affirmat Salic. in. l. 2. ad finẽ. j. de pet. hared. quã ibi tenet Paul. de Cast. nu. 3. Alexan. consi. 184. nu. 2. vol. 5. & præterea Iaſſ. in. §. actionum. num. 218. de act. Inſtit. Sed text. hic hoc minimè probat, cùm postrema eius verba ita sint accipiẽda, quòd acceptilatio tollit petitionẽ hæreditatis, & in rem actionem sigillatim modò hanc, modò illam, quare contrarium tenent in præsentu Iaſſon, Alciatus & Claudius, Curtius Senior

numero

numer. 6.& fuit hæc opinio gl. ordina. in l.2.in glo.ſingularum. in fine de pet.hær.ff. quæ in hoc allegat regulam tex.in.l.fundi & in.l.fundum.ff.de except.& gl. illius opinionem ſequuntur ibi Cin.ac Bald. nu. 5.Paul.de Caſt.in.l.regulariter.nu.13.ff. de pet.hære.Alexan.conſ.89.n.2.vol.2. Aret. conſ.102.dubio.3.Purpurat. in. l. edita. n. 196.de edē.Ruynus conſ.174. col. penul. vol.1.Rolandus à Valle.conſ.48. nu.7.dicentes etiam virtute clauſulæ,omni melio rimodo,has actiones cumularinon poſſe: tametſi conciliare velit has opiniones ciuis meus Anto.Gome.in.l.45. Tauri. nu. 159.verſ.ſed pro concordia.

Subordinatè autem (quod dicūt)poſſunt hæc remedia cumulari, vt ſi in petitione hæreditatis obtineatur,intētata quoque videatur rei vendicatio.nam & quærelam inofficioſi teſtamenti & petitionē hæreditatis hoc modo cumulari poſſe obtinuit. poſt ſententiam gloſſæ in. l. qui de in officioſo.in gl.exercere.ff.de inofficioſ. teſtamen.ad finem.quam præter ordinarios ibi ſequuntur Faber.nu.2.Angel.n.6. in prin.Inſtit.de inoffi.teſt. Paulus de Caſtro in.l.1.nu.2.Iaſſon ibi.nu.9.de inoffi.teſtam.infrà.idem Iaſſ.in. l. edita.nu. 30. de edend.Decius ibi col.3.Alciat nu.87. Corneus.nu.28 Alexan.conſ.52.num.8.vol.2. Iaſſ.in.§. præterea quaſdam.n.59.de actio. Inſtit.tametſi Guillelmus de Cug.in.l.1 ff. de inof.teſt. neq; ſubordinatè permittat hanc cumulationem.& hanc opinionem ſequuntur Bal.& Angel.in illa. l.qui de in officioſo.Romanus.conſ.392.nu. 17. Cagnol.in rubrica.ff. de inoffi.teſtamē.n.12. quoniam cùm actio tempore iudicij nō eſt nata,nec proxima ſpes eſt vt naſcatur, pendente iudicio non admittitur cumulatio etiam ſucceſſiuo hoc modo. l. gemma.ff.ad exhiben.ſed in ſuppremo hoc tribunali facilè hanc cumulationem admitteremus.

Admitteretur autem hæc rei vendicationis & petitionis hæreditatis cumulatio quocumq; modo propoſita,ſi altera pars nil opponeret:nam quibus caſibus cumulatio iure prohibetur,ſemper eā iudex admittet,ſi pars nil obiiciat.quod Barto. frequenter notauit in.l.edita.nu.23.de eden. vbi Alexan.col.pe. & cæteri idem ſequuntur.idem Bart.in.l.hos accuſare.§.omnibus nu.5.ff.de accuſat.& in.l.1§.accuſationem.nu.4.ff.ad Turpill.Alexan.conſ.89. nu.2.vol.2. Felin.in cap. ſignificantibus. nu.43.de libell.oblat.

7 Vltimo loco colligit Bart.ex hoc text.1.lectione.2.notabi.petitionem hæreditatis eſſe actionem miſtam.& videtur pro hac Bar.ſententia tex.expreſſus in.l.hæreditatem.in quib.cauſ. ceſſet long. temp. præſcript & fuit huius ſententiæ gl. ordina.in l.ſed ſi lege § petitio ff.de pet.hær.alia quę nō ſolēt allegari in §.1 in.gl.1.d officio iud. inſtit.& videtur idem tenuiſſe Bart.in rubrica.ff.ſi cer.pet.col.1.vbi eādem opinionem ſequuntur Paul. de Caſt.& Alexan. col.1.Curtius nu.13.Purpur.num.14 idem voluit Bart in.l.ſi.nu. 8.de execut.rei iud. Alberi in.l.cum multi.nu.2.ff ſi pars hær. pet Bald.in.l.2.col 2.verſ. oppono.de pet. hær.infrà idem Bald.in.l hæreditatis.col. 1.verſ.quæro hic.de pet.hęre.infrà.vbi idē videtur ſenſiſſe Bart.Fulg in.l. ſi. de codicill. Alexan.in.l.ſi finita §.Iulianus.nu.113. ff.de dam.infect.Areti.in.l.3 §.genera. col. 4.ff.de acqui poſſ.quorum opinio probari videtur expreſsim in illa.l.hæreditatis.ff. de pet.hære.Vera tamen ſententia eſt petitionem hæreditatis eſſe actionē merè realem,licèt præſtationes quaſdā perſonales contineat.quod probatur in.l.ſed ſi lege. §.petitio.ff.de pet.hære. Petitio. hæreditatis(Vlpianus inquit)in rem actio eſt,tamē præſtationes quaſdā perſonales habet.l.ſi autem §.ſed et is.ff.de rei vēdicat.ibi. cum enim in hæreditatis petitionem quæ & ipſa in rem actio eſt.atq; ita tenet Bart.ſibi hic prēter morem malè conſtans in illo.§. petitio. idem Bart.in.l.veluti.num.2. ff.de pet.hær.idem Bart.in.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſſ.nu.5.Bald. dicens hāc tenere doctores in illa.l.hæreditatis. col.1.

Paulus de Castro in l. si à patre. §. si possessor. nu. 3. ff. de pet. hæredit. testatur hanc esse communem opinionem eam sequutus Angel. de Areti. in. §. sed iste quidem. num. 3. de act. Instit. vbi idem Iaff. num. 42. idem Iaff. in. l. fi. num. 14. de codicill. idem Iaff. in. §. item Seruiana. nu. 141. de act. & in l. nam & postea. §. si pretor. in prin. ff. de iureiur. idem Iaff. in rubrica. ff. si cert. pet. n. 13. episcopus Segobiensis neminem allegans in pract. quæst. c. 12. in prin. atq; hæc verior est & communior opinio. Cui non obstat text. in l. hæreditatis petitio. & in l. hæreditatem. quoniam ibi non dicitur quòd petitio hæreditatis sit mista absolutè, sed quod ad effectum præscriptionis duntaxat, hoc est, vt triginta annis non breuiori termino præscribatur. atq; ita text. illum declarant communem sententiam sequuti. Balbus de præs. 4. p. 4. part. q. 16. nu. 1. Gometius in. §. quædam. num. 28. de act. Inst. tex. autem noster nil priori opinioni omnino suffragatur.

¶ Summa rerum. L. Causas vel lites.

1 Transactio rescripto principis non offenditur.
2 Idem est in sententia quæ transiuit in rem iudicatam.
3 Statutum præterita quoq; negotia comprehendens, ad causas transactione decisas non pertinet.
4 Mandatum principis iniustum non meretur executionem.
5 Sed. l. hanc non procedere si princeps facta ei supplicatione cum expressione factæ transactionis causam committat.
6 Derogante principe alicui legi, an eius. l. specialè mentionem fieri oporteat.
7 Causa à lite quomodo distinguatur.

¶ L. Causas vel lites.

1 NOn diuiditur text. hic, quoniam vnica constat contextura. Ex quo tu collige legitimam transactionẽ rescripto principis non offendi: nunquam enim principes volunt sopitas iam lites suscitari. c. exposita. de arbit.

2 Idem est in sententia quæ transiuit in rem iudicatam, quæ rescripto principis minimè tollitur. l. fi. C. senten. rescin. non pos. l. 1. vt lit. pend. l. fi. de erro. aduocat. l. regia 5. tit. 24 p. 3. Sed neq; lapsus fatalium principis rescripto solet reparari. l. ne quis arbitretur. C. de tempo. appellat.

3 Quare statutum ad præterita quoq; negotia ab ipsis statuentibus extensum, ad ea quæ transactione sopita sunt, non pertinet. l. 14. fi. ff. ad Tertulli. quorum ea ratio est, ne videatur princeps cuiquam ius suum auferre, quod facere velle nũquam præsumitur. l. nec auus. de emãcip. liber. l. quoties. de preci. imper. offeren. l. 2. §. merito. ff. ne quid in lo. publ. & præsumũtur quidem rescripta hæc à principibus impetrata per importunitatem ac ambitionem quandam. l. 1. de pet. bon. subl. lib. 10.

4 Quare mandatum principis iniustũ executionem non meretur, nisi secunda iussio interuenerit. in authent. de mandat. princip. §. si quis autem. coll. 3. l. si vindicari. C. de pœn. c. si quando. de rescript. & est apud nos pulchra lex. 29. tit. 4. lib. 2. ordinament. præcipiens ne iudices obtemperent rescriptis principalibus, quibus lędun tur iura partium, nisi illa apud regios senatores fuerint insinuata: quod si quãdo regia maiestas in præiudicium tertij decreuerit, liberum est ei, qui rescripto illo grauari se contendit, illud ad regij supremiq; senatus referre, apud quos integerrimè de hac causa discutietur, atq; si ita eis visum fuerit, rescripti illius vsum prohibebunt: imò & si tertia iussio à rege processerit, nõ oportebit si iniusta sit, eam exequi. l. 4 tit. 2. lib. 7. ordinament.

5 Limitabis tu tamen tex. hunc, vt non procedat, si princeps facta ei supplicatione cùm expressione factę transactionis causam iterum cõmittat cognoscendam, quo casu censetur ille transactionem ipsam irritasse. quod glo. hîc & cæteri satis insinuãt. & esse communem opinionem testatur Alciatus eam sequutus. nu. 8. Perpendet igitur

igiturh oc casu iudex iustitiam factę transactionis, quam seruari semper iubebit, si sine vitio fuerit concepta.

6 In qua re non facilis disputatio est, an oporteat principem huiusmodi l. derogare nominatim, an verò satis sit eum dicere, non obstantibus legibus quibuscumq; Et glo. fi. in præs. existimat specialem hac de lege fieri oportere derogationem. & Bar. 2. lectione inquit, signa istam gl. quia est valde singularis. & idem quoq; voluit gl. in authę hoc inter liberos. C. de testament. Alij contrà existimarunt satis esse principę rescribere ex certa scientia, licèt nó vtatur clausula derogatoria. ita enim voluerunt quidam antiquissimi glossematarij, quorum traditionem refert gl. in l. fi. sup. si contra ius vel vtilit. publ. & videtur horum sententia probari in. l. idem Vlpianus. §. 1. ff. de excus. tut. sed hæc opinio communiter non tenetur secúdú Bar. in dicta l. fi. n. 4. qui legi. idem Vlpianus. verè respondet agere eam in beneficio neminem lędente.

Sed melius Bart. in extrauagant. ad reprimendum. verbo, non obstantibus. satis esse si dicatur non obstante leg. aliqua quæ sit in contrarium. atq; idem tenet idé Bart. in illa. l. fin. num. 4. vbi idem iudicio meo videtur tenere gl. magna alia relata ad text. in. l. si quis in principio. in glo. accipiat. ff. de leg. 3. non tamen esse necesse vt derogetur legi causas vel lites. vel alij legi nominatim. atq; hanc opinionem testantur esse communem Fulgo. in illa. l. fi. nu. 5. Paul. de Cast. in præs. nu. 2. & eam tenet allegans alios Fel. in. c. nonnulli. in princ. de rescript. & videtur pro ea text. in. l. 2. de præscrip. 30. vel. 40. an. quem ibi expendit Ang. nu. 2. & hoc iure vtimur, namq; in hanc formam fiunt hodie derogationes à nostris principibus.

Y es nuestra voluntad que assi se haga y cumpla, no embargante qualesquier ordenanças prohibiciones o vedamiento, estilo, vso, costúbre, o otra cosa q̃ en cõtrario desto aya, q̃ nos dispẽsamos cõ ello, y lo abrogamos y derogamos cassamos y annulamos, e damos por ninguno e de ningũ valor y effecto para lo q̃ a esto toca quedando en su fuerça y vigor para lo demas. Neq; necessum vnquã fuit specialę legis alicuius facere derogationem.

7 Sed cùm tex. hic causas à litibus distinguere videatur, differẽtia quæ sit inter hęc videamus. Et gl. 1. laborat satis, constituendo differentias inter hos terminos, quæ in hac differẽtia permanet, vt causa propriè dicatur post litem contestatam, lis & antea & post. & gl. opinionẽ sequũtur Ray. Butri. Bal. & Salicet. Bart. verò existimat litem solùm dici post contestationem, causam cùm sit generalius nomen & ante & post. & Bart. opinionem sequuntur prope omnes posteriores. & communem esse testantur Alexan. nu. 2. Curtius Senior. nu. 3. Iacobi. nu. 2. Curt. Iunior. n. 7. Alciat. nu. 14. Decius. in rubrica. de iud. ext. nu. 4. allegat Bart. text. in authen. qui semel. quo. & quan. iud. vbi hoc videtur probari. tex. in. c. ex parte. 30. de verbo. signifi. vbi lis dicitur, in qua contestatum est à partibus. & est ad idem tex. in. c. super quæstionum. iũcta glo. in parte litis exordium. de offi. delęgat. in. l. apertissimi. ibi antequã lis inchoetur. de iudi. in. l. edita. ibi speciem futuræ litis. de eden. causam verò & ante litem contestatam dici probat tex. in. c. forus. de verbo. signifi. in. l. 2. §. sinautem in medio. de iura. calum.

Sunt tamen vix certi casus, in quibus lis dicitur etiam ante contestationem, nẽpe vt litigium inducatur, vbi sola petitio sat est. auth. litigiosa. de litig. itẽ ad perpetuandam iurisdictionem delegati. l. more ff. de iurisdict. omn. iud. c. gratum. de offi. delęgat. & vt eadem inter eos apud quos præuentioni locus est videatur prędoccupata. c. proposuisti. de for. comp. item ad inducendam pendentiam litis. cle. fin. vt lit. pẽdent.

¶ *Summa rerum. L. Cùm proponas.*

1 Non

1 Non seruans transactionem, accepta restituit, & tenetur præterea stare transactioni.
2 Religiosi regulam transgredientes in pœnã cõmittunt, periuri verò non sunt.
3 Clausula, rato manente pacto, vtilis est pro prima contrauentione duntaxat.
4 Clausula, rato manente pacto, an impedit morę purgationem.
5 Clausula, rato manente pacto, solùm prodest obseruanti contractum.
6 In contractibus bonæ fidei an semper subintelligatur clausula, rato manente pacto.
7 Declaratur glo. verbo habeas.
8 In alternatiua remediorum electio est eius, cui illa remedia dantur.
9 In alternatiua quoq; summarum electio est creditoris, si illa sit posita in promissionem creditoris.
10 Libellus alternatiuus an in iudicio admittatur.
11 Aduerbium, statim, positum in hac l. an aliquid significet.

¶ L. Cùm proponas.

Dissoluendi potest tex. hic in tres partes principales. In prima ponitur facti species quæ præbuit causam trãsactioni inter Marcellam & Titiã. In secũda decisio. In tertia ratio decisionis. Secunda ibi, perspicis siquidem. Tertia ibi, quod si nil tale conuenit.

1 Ex principali parte text. tu collige non seruantem transactionem teneri accepta restituere, & cogi præterea stare transactioni. Idem probat text. vulg. in l. qui fidem. ff. de transa. quibus conuenit. l. ut. 18. par. j. Sed contra tex. hunc oppono tex. in l. receptum. §. si pacto. ff. de pact. vbi alteruter quis debet esse cõtentus, vel quòd pacto stetur, vel quòd pœnę habeat exactionem. Idem probãt text. in l. apud Celsum. §. Labeo. ff. de dol. except. in l. 1. §. fi. ff. de stipula. seruor.

2 Vnde religiosi, in quorum regula continentur aliqua præcepta sub certa pœna, præcepta illa transgredientes, periurium (& si regulæ obseruationem iurauerint) minimè incurrunt, neq; lethali culpæ subduntur: sat enim est pœnam in eos committi. ita enim voluerunt Hostien. & Ioã. Andr. in c. relatum. ne cler. vel monach. Iaſſ. in §. item si quis postulante. nu. 78. de act. Instit. Mathes. lect. ling. 78. Decius in. ca. nam concupiscentiam. 2. lect. nu. 6. de cõstitut. Gome. in c. 2. in prin. nu. 60. de constit. lib. 6. Sed hanc difficultatem sustulit in præf. clausula, rato manente pacto, quæ fuit à contrahentibus addita transactioni, quæ hoc efficit, vt vtrúq; possit pœn, & q pacto stetur, & quòd pœna cõmissa exigatur, ita enim. l. hanc interpretatur glo. habeas. in præsentiũ, quam cæteri sequuntur & videtur idem probare text. in l. ita stipulatus. vers. quod sine dubio. ff. de verbo. obligat. Cui clausulæ & iuramentum par est, cui & ea virtus inest, vt clausulæ, rato manente pacto, vicem habeat. l. si quis maior. j. eod. Item si prima actio sit ipso iure sublata, qui rumpere vult transactionẽ, restituet accepta, & non aget in iudicio. l. vbi pactum. j. eo. quos casus glo. excepto hic enumerauit.

3 Sed hic solet in quęstionem vocari, an si subiecta clausula, rato manente pacto, conuentioni semel sit contrauentum, & ita pœna sit iam commissa, an si iterũ conuentioni contra fiat, pœna iterum impunè sit exigenda rato manente pacto. Et in hoc illa sententia verior receptiorq; est, clausulam hanc vtlem solùm esse pro prima contrauentione, non pro sequentibus. argumento regul. vulgat. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. l. eũ qui Kalendis. in prin. ff. de ver. obligat. nisi adiecta quoq; illa clausula sit, toties quotiens. ita enim determinat eleganter Salicet. in l. quoties ab omnibus. nu. 6. de fideicommiſ. & esse cõmunem opinionem hanc testantur Iaſſ. in l. qui fidem. nu. 7. Oroscius. nu. 2. ff. de transa. quam optimè probat tex. egregius in l. si duo. §. semel. ff. de arbit. quem allegat glo. fi. in illa l. qui fidẽ. quæ huius quoque opinionis mihi fuisse videtur. tenet hanc opinionem Alexã. in l. semel mora. num. 5. ff. soluto mat. Roma. in rubrica. ff. de arbit. nu. 44. qui propter hæc verba bis

pœnam

pœnam exigi arbitratur, vt infinitas euitetur. vulg. l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. cum alijs. vtile igitur erit notario admonere, vt hanc clausulam contractui inserat.

4 Sed subiecta clausula hac, rato manente pacto, an impediatur moræ purgatio. Et dicitur glo. in. l. id quod pœnæ. ff. de solut. tenuisse subiecta clausula hac non esse locum legibus quæ permittunt moræ purgationem. sed & idem aiunt Dynum determinasse in. l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de ver. obligat. & sequuntur hanc opinionem Bal. in. l. si pacto. col. 3. de pact. sup. Bertius & Iaſſ. in. l. si insulam, num. 28. ff. de ver. obligat. & ibi hanc opinionem esse cõmunẽ affirmat additio. Bar. in verbo, prędicta vera. & sequuntur eam Ripa. nu. 80. Crotus. n. 60. Sed altera opinio verior est, vt clausula hæc minimè impediat moræ purgationem. ex tex. in. l. 3, vers. & generaliter. ff. de eo quod cer. loc. vbi probatur in actionibus arbitrarijs, in quibus id quod interest simul petitur cùm principali, adhuc admittitur morę purgatio. Secũdo loco inducitur text. in. l. si cum dies. §. fin. ff. de arbit. vbi probatur in pœna quæ apponitur in cõpromisso esse locum moræ purgationi, & tamen illa petitur simul cum principali. l. si quis rem. ff. eo. tit. Tertium argumentum est, quòd quando pœna cõuentionalis est maior forte ipsa principali, potest peti debitum principale ac etiam pœna in eo quod excedit. l. si quis à socio. ff. pro so. l prædia. ff. de act. empt. & tamen moræ purgatio eo casu locum habet. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de ver. oblig. quare opinionem hanc tenet Bart. in. l. si insulam. 2. quæst. nu. 17. ff. de verb. obligat. Angel. ibi. in repet. nu. 14. & eam sequuntur Imol. nu. 49. Alexan. nu. 31. cõmunem esse testantur Claudius ibi. nu. 46. Iacobus de Nigris. nu. 242. Ioan. Hannibal. n. 147. & eam sequitur Zasius ibi. num. 10. qui addit text. in. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. & eam videtur sequutus Iacobi. in præl. nu. 5. in fine, remittens se ad Bart. in illa. l. si insulam. communem præterea esse opinionem hanc testantur Alciat. in. l. si pacto quo pœnam. sup. tit. 1. Oroſci. in. l. qui fidem. nu. 8. ff. de transact.

5 Illud præterea hìc est obseruatione dignum, quòd etiam si clausula hæc, rato manente pacto, sit à principio communis partibus ex post facto solùm prodest contractum obseruanti. quod Bart. notauit in illa. l. qui fidem. nu. 10. vbi Iaſſ. 1. notabi. allegat multos idem tenentes, qui nu. 6. affirmat eam esse comunem opinionem. idq; sentit gl. ibi, quam dicit esse communiter approbatã Alex. in. l. semel mora. nu. 5. ff. solut. mat. idem sequitur Alexan. cõs. 115. nu. 8. vol. 4. vbi Carolus Molinęus plures allegat qui idem voluerunt. testatur esse communem eam sequutus Corneus cons. 248. nu. 11. vol. 4.

6 Vltimò addè, quòd in omnibus contractibus bonæ fidei semper subintelligitur clausula hæc, rato manente pacto. & si à partibus adiecta non sit. Bald. eleganter in. l. si pacto. nu 8. vers. quid dicemus. de pact. sup. qui in hoc allegat text. in. l. prædia. ff. de act. empt. & illam Bald. decisionem sequitur Iaſſ. in illa. l. qui fidem. nu. 8. licèt in præsenti dicat. nu. 4. non audere se eam firmare. Marcus Mantua. in. l. si quis maior. col. 1. infrà eo. neminem allegans. & eam quoq; probat Curtius Iunior hic in his quæ ad Paulum de Castro adiecit, licèt idem in lectione contra teneat. num. 5. respondens textui in. l prædia ne Bald. opinionem probet. Bal. quoq; opinionem libenter improbat Alciatus. n. 4. nec illa placet Lãcelloto Decio. si col. vers. dicũt hic. Mihi certe merum commentum hoc esse videtur, & quod nusquam admitti oporteat, nam est contra tex. in illa. l. prędia. vbi venditor non potest vtrumq; consequi & rem & pœnam, quod illi quidem liceret, si subintelligeretur clausula hæc, rato manente pacto. Est autem vtilissima hæc clausula pro omnibus cõtractibus. Sed in compromissis non habet locum vt simul petantur res & pœna vel pœnæ & quod de-

detur exceptio, sed hoc operabitur, vt pœna sæpiùs cómittatur. Ita enim voluit Iacobus de Raue. & post eũ Cinus in l. cum antea de arbit. Vitalis de Cãpanis in clausula, rato manente pacto. nu. 8. ego contra sentio cum Bald. in ca. 1. nu. 3. de arbit.

7 Gl. omnes sunt expositiuæ vsq; ad gl. verbo. habeas, quam in prima parte sup. explicaui. Ex secunda parte in vers. sed quid si est stipulatus. tu collige, quòd cessante clausula, rato manente pacto, si is qui accepit ex causa transactionis aliquam quãtitatem contrauenit conuentioni, esse in potestate alterius vel data repetere, vel cõpellere aduersariũ vt placitis cogatur stare. ex l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indebit. & gl. huius opinionẽ sequũtur Bart. nu. 3. Bald. 6. col. communem esse testantur Alexan. nu. 3. Rimin. l. penul. colum. Curtius Iunior. nu. 7. Ex quo notant

8 ipsi, quòd licèt regulariter in alternatiua obligatione summarum electio sit promissoris. l. plerumq; vers. si. ff. de iur. dot. in alternatiua tamen remediorum electionem eius esse, cui illa remedia competũt, & ita tenere omnes affirmat Curtius Senior. nu. 9. quam opinionem expressè probant text. in l. quod in hærede. §. eligere. ff. de tribut. l. vnica. si seru. exter. le emi mãd. vbi eum text. expendit Bal. 10. oppos. l. si seruus. §. cum homo. ff. de leg. primo. pulcher tex. in l. 3. §. & generaliter. ff. de eo qd. cert. loco. vbi illa ratio redditur: quoniã si esset electio promissoris, agẽte actore vno remedio, reus excuperet, alio eũ remedio agere oportere, & ita eluderetur intentio actoris.

9 His addunt Paulus de Castro. num. 4. Iass. nu. 6. Curtius Senior. nu. 9. quòd etiã in alternatiua summarum electio est creditoris, si alternatio illa sit posita pro securitate ipsius creditoris: vt si debitor promittat cẽtum ad pascha, vel dare pignora, nã creditor eliget an pignora velit sibi dare vel cẽtum. & fuit doctrina hæc Bart. post Guillel. de Cugno. in l. quamuis. nu. 2. ff. de pigno. act. quam ipsi argumento text. illius confirmant. & idem sequuntur ibi Alber. Fulgo. & Paul. de Cast. & testantur hanc opinionem esse communem Iass. n. 5. Ripa. nu. 3 in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudicat. communem esse testantur eam sequuti Iass. in l. 1. nu. 7. ff. qui sat. dar. cogant. Gualde. de art. testan. tit. 13. caut. 13. & eam sequũtur allegantes alios Euerar. in topi. c. 49. col. 3. vers. tertio hæc regula. Tiraquell. de vtr. retract. 1. par. §. 3. glos. 3. n. 16. Maranta in l. si actor. nu. 34. ff. de procurat. noster Gometius lib. 2. varia. reso. c. 11. nu. 57. & esse communem præterea testatur Rubeus cons. 137. nu. 2. quam optimè probat text. in l. causam. §. Puellam. ff. de manumiss. quem in hoc dicit esse notabi. Iass. in § huic autem. n. 10. de acti. Inst. idem videtur probare text. in l. qui legati. ff. vt in possess. legat. atq; hæc opinio mihi placet, tametsi contrariam teneant nonnulli ex text. in l. cum colono. ff. qui. mod pig. vel hypoth. soluit. qui cómuni sententiæ minimè refragatur, cum sponte ibi curator fideiussorem acceperit. Idemq; est in electione gratiarum, quę semper debitur creditori: vt si papa concedat alicui gratiam canonicatus Toletani, vel Hispalensis. c. gratia. de rescrip. lib. 6. Idem est si princeps concedat alicui officium rectoris vel ducis, nam eius erit electio. Bald. in l. 1. ff. de const. prin.

10 Deinde collige ex text. ibi. ac petas vel pacto stari vel accepta restitui. quòd hæc propositio disiunctam necessariò resoluitur in coniunctam: hic enim subiecta clausula, rato manẽte pacto, vtrumq; petebatur, & vt pacto staretur, & accepta quoq; restituerẽtur. quod ad. l. hanc notarũt Fulg. Paul. de Cast. Alex. & Ias. Quòd si propriè tex. hunc disiunctim accipiamus, vti eum interpretari malunt Rimin. Curt. Iun. & Alciat. probat text. hic admitti in iudicio libellum alternatiuum, quod est contra regulam tex. in l. vbi autem. §. qui illud aut illud. ff. de ver. oblig. vbi id notat Bar. in l. prætor. §. quod autem. ff. de iniur. vbi idẽ Bar. obseruauit. & est gl. in. c. Abbate.

de

de ver. signifi. lib. 6. Sed ideo hic admitti libellum alternatiuum Bal. existimauit. fi. col. vers. vlterius nota. quoniã natura cõtractus ita ferebat, nam & cõditionalis libellus admittitur inquit Bald. vt si centũ petam, & si illa non dentur, pœnam promissam. quod notari solet in. l. 2. §. item si in facto. ff. de ver. obligat. idque ex natura contractus. & opportunè hic addit Rimi. col. 1. deceptũ vltra dimidiam iusti pretij alternatiuum libellum offerre solere, quo petit rem sibi restitui, vel iustum pretium supplerii. l. 2. de rescind. vendit. Secũdo respõdet Iaſ. n. 2. ex Anto. ab Alex. admitti hic libellũ alternatiuũ in reo, superiorẽ regulã ppetuã esse in actore. Et licèt hoc non placeat ipsi Iaſſ. id tamẽ sequuntur Curt. Iun. col. 1. Alciat. n. 8. quoniam liceat reo exceptionibus contrarijs vti, non tantùm alternatiuis. l. nemo prohibetur. ff. de except. cap. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. quod etiã Riminal. hic placere video. col. 1. nec la cobino displicet. n. 2. Admittitur præterea libell' alternatiuus sicut & generalis, si pars id minimè opponat. quæ doctrina receptior est in. l. edita. sup. de eden. Et id notat Alciat. in præs. n. 6. Item si verosimiliter actor dubitet de iure suo, sustinendus erit libellus alternatiuus. l. 1. §. qui autẽ. ff. quorũ legat. quẽ tex. optimè declarauit Alexã. in. d. §. nu. 6. de codicill. vel si in qualibet alternatiui libelli parte actoris intẽtio rectè cõfirmata sit. c. tertio loco. de probat. quẽ tex. allegarunt huc Riminal. & Alciat. qui & illum casum meminere, cùm duo remedia alternatiuè proponuntur, quorũ vnũ alteri inest, vt quando eodem libello cumulantur nullitas & iniustitia. quod praxis appellantium desumpsit ex. l. 1. quando prouo. non est necesse. in. l. si expressim. ff. de appell. in. c. cõstitutus. de in integ. restitu.

11. Deinde collige ex text. ibi statim. hoc verbũ in præsenti nullum iuris ministeriũ importare. quod Fulgo. hic & recentiores aduertunt. Tametsi Alciatus. n. 9. statim. i. perseueranter, ex sententia Nonij Marcelli interpretetur, vt ociosa videri possit Lancelloti Decij solicitudo, qui. 2. col. in prin. inquit non sine causa verbum hoc adiectum fuisse.

¶ L. Transigere.

LEx hæc qua potui diligentia à me prælecta publicè circumfertur

¶ Sumarerũ. L. Sub prætextu.

1 Transactio bona fide facta non retractatur prætextu instrumenti postea reperti.
2 Facta transactione, omnia instrumenta causæ infirmantur.
3 Idem est in sententia etiam lata, quia non probatum, quæ non retractatur instrumenti postea reperti.
4 Etiam in criminibus, & si constet de innocentia rei.
5 Consulendum tamen esse principem in hac causa, & expenditur optima lex Hispaniæ.
6 Idem est in causa iuramento decisa.
7 Sententia lata contra rempublicam, retractatur instrumentis postea repertis.
8 Item si sit lata contra pupillum.
9 Vel contra furiosum vel prodigum.
10 Rescinditur transactio testamẽto postea reperto.
11 Renuntiari an possit. l. de his. ff. de transact.
12 Et an valeat renuntiatio iurata.
13 Quod si testamenti iam notitia habeatur, valituram transactionem.
14 Sententia an valeat lata non viso testamento.
15 Compromissum an retractetur instrumento postea reperto.
16 Fauore ecclesiæ an retractetur sententia instrumento postea reperto.
17 Posse tamen in hac specie rescindi sententiam per restitutionem in integrum ex clausula generali.
18 Secus esse in transactione.
19 Et an contrarium possit princeps suo rescripto disponere.
20 Et quid si victor habuit notitiam instrumenti.
21 Sed hæc in foro animæ non procedere.
22 Dolus commissus in cellandis instrumentis an vitiet transactionem.
23 Celans instrumẽta aduersarij an cõmittat furtũ.
24 Subtractio sine furto fieri potest.
25 Euidens calumnia actoris an vitiet ipso iure trãsactionem.
26 Et quid si illa nota fuerit aduersario.
27 Et quid sit statuendũ, si transactio facta sit cum procuratore cum libera potestate.

28 Et quid si committatur calumnia antecliuè motę,
29 Vel illa aliquo colore defendi posśit.
30 Vel in criminali causa commissa sit.
31 Quare transactio hic non sit ipso iure nulla.
32 Subtilis quędā Riminaldi obseruatio perpēditur.
33 Actio de dolo an cum alia actione concurrat.

¶ L. Sub prætextu.

Duidi. tex. hic in tres partes. In prima ponitur regula quędā generalis. In secunda alia regula proponitur. In tertia hæc secunda regula declaratur. 2. ibi. sanè si per se. Tertia ibi. si verò iam peremptа est.

1 Ex prima regulā tu collige transactionem bona fide factam non retractari prætextu instrumentorum de nouo repertorum. idem probat tex. in. l. sub prætextu. ff. eo. Et est ratio huius regulæ: quoniam per transactionem est impositus finis liti. l. fratris. sup. eod. & lite iam finita, probationes non admittuntur. Rationis huius authores sunt Bal. Salicet. & Ias. in præl.

2 Secunda ratio est, quoniam per transactionem fiunt cassa, & irrita omnia instrumēta ad causam spectantia. c. 1. de trās act. vbi hanc rationem ponit Bald. ad finē quem tex. idem Bald. summoperè notauit in rubrica ciusdē tituli ad finem. Ias. in præl. nu. 1.

3 Addehuc idem esse in sententia quæ rectè lata prætextu instrumētorū nouiter repertorum minimè retractatur. l. sub specie. ff. de re iudic. c. inter monasteriū. c. sub orta. de re iudic. etiam si absolutoria sit lata quia non probatum. Paulus de Cast. in præl. nu. 2. Rimin. col. 1. Alciat. nu. 3. quorum sententia iuuatur ex. l. Argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. Iulianus. ff. de cōdict. indebit. & quoniam sententia absolutoria lata, quia non probatū, verè est definitiua. gl. in auth. qui semel. in glo. locum habet. quo. & quan. iud. quam ibi sequūtur omnes. item Paul. & Rimin. in præl. Ias. in illo. §. cum autēm. nu. 2. idem in. l. ad monendi. nu. 79. de iureiur. episcop. Segobiē. qui allegat alios li. 1. varia. reso. c. 1. n. 8.

4 Quibus tu adde sententiā in causis criminalibus latam minimè retractari, etiā si constet ex post facto de innocētia condēnati. l. t. §. fi. ff. de quæst. l. diui fratres. ff. atq; eum tex. maximè cōmendat Bart. ibi. Panor. in. c. de his. n. 2. de accusat. Alexan. in l. à diuo Pio. in prin. n. 26. ff. de re iudi. Decius in. c. iurauit. nu. 6. de probat. Hippoly. in practi. §. opportunè. n. 7. idē singul. 338. episcop. Segobiē. in epitome de sponsalibus. §. vltimo. n. 15. Casane. in cōsuetu. Burgun. rub. 14. §. 1. vers. sin la grace. nu. 124. Gomeci' breuissimè lib. 3. varia. reso. c. 13. n. 36.

5 Constat tamē ijsdem legibus principē hoc casu consulendum. Sed fortassis melior est lex Hispaniæ. 4. tit. 30. part. 4. qua iudici permittitur hoc casu principe incōsulto sententiæ suæ executionem suspendere, atq; eam. l. in hoc notat Grego. gl. 7.

6 Causa quoq; iuramento voluntario de ista prætextu instrumentorum nouiter repertorum nō retractatur. l. admonendi. ff. de iureiur.

7 Sunt tamē certi quidā casus, in quibus & res iudicata & transactio prætextu instrumentorum nouiter repertorum retractatur. vt si cōtra rēpublicā sententia lata sit. l. imperatores. ff. de re iudic. quē tex. dicit notabilē in hoc Philippus Decius. cōs. 242. nu. 13. l. vnica. de sent. aduer. fis. lat. lib. 10. idq; intra triennium. ex. l. illa optima. l. regia. 19. tit. 22. p. 3. testibus sanè ex nouo productis sententia nō retractabitur. quod in illa. l. 1. oēs tradidere. & esse cōmunē tenetur Rebuffus ibi. n. 1. licēt cōtra teneat.

8 Itē si sit lata contra pupillū. l. rēpublicā. de iure reipubl. lib. 11. quod & in adulto videtur esse recipiēdū. arguēto tex. in. l. minor. 25. annis omissam allegationē. ff. de minor. atq; ita tenet Fulg. in præl. nu. 4.

9 Adde idē esse in furioso & prodigo Bar. in illa. l. imperatores. n. 1. vers. item in causa furiosi. quē cæteri sequūtur secūdū Iass. n. 9. quoniā hi æquales pupillis esse videantur. l. Fulcinius. §. adeò. ff. ex qui. caus. maior. l. dabimus. §. fi. cū. l. sequenti. ff. de priuileg. credit. Deniq; priuilegia concessa minoribus, extendūtur ad omnes, qui alieno cōsilio

filio reguntur.gl.notabilis in l.2.in glo.ad agnatum.C.de curat.furios. quam ibi sequuntur omnes & præterea Bal. in.l. qui neq; in fine.ff.de rebus eorũ.vbi dicit notabilẽ gl.illã esse,& expẽdit ibi tex. pro ea. idem Bal.in.c.1.n.4.de benef.frat.lib.feud. dicens non reperiri alibi gl.illi similẽ. Panor.in.c.cũ non liceat.de præscrip. nu.10. qui gl.illã quoq; cõmendat.cuius opinionem dicit esse cõmuniter approbatã eã sequutus Alex.in.l.si curatorẽ habens.n.4. de in integr. restit.& eam sequitur Iacobi.ibi.n.7.& eam sequuntur Imola.n.1.dicens eam singularẽ Alex.n.4.Ias.n.9.in illa.Imperatores.& est pulcher text. pro hac opinione, in auth. vt qui.obligat.seperhib.habere res minor.vers.& hæc dicimus.collat.6.quem in hoc dicit esse meliorem de iure Ias.in.l.ex facto.n.39. ff. de vulg.& pupill.

Rescinditur præterea trãsactio prætextu testamenti postea producti.l de his. ff. de trãsact.l.1.§.ratio.ff.quemadmo.testam.aperiant.l.fi.iũcta gl.lucrũ.C.de reb.credit. quibus cõuenit optima lex part. 1.tit. 2.p. 6.vel etiã codicillorũ.l.imperatores.§.1.l. nõ est ferẽdus.ff.de transact.Quare diligẽter admonet Bart.hic.n.2.& in.2.lect.2.opposit.vt in concipienda transactione vel compositione semper addantur verba illa,inspectis & cognitis verbis testamenti: neq; enim transactio aliter valeret.vt in illa.l.de his.atq; ita memini in hoc regio prętorio transactionẽ fuisse à nobis rescissam in fauorẽ Galli mercatoris.Liberatio quoque facta administratori ciuitatis non valet,nisi rectè visis libris rationũ, quod rectè iudicio meo Nonius de Auendaño scripsit de exeque.mãd.reg.2.p.c.10.n.40. licèt Bart.Alex.Afflict. quos ille allegat, hoc non dicant.

Sed renũtiari an possit dispositioni l. de his.Et videtur admittendã esse renuntiationẽ: ex regula vulg. text. in.l. penul. sup.de pact.ex qua.Lita tenet gl.ordinaria in illa.l. de his.in versitem nũquid. Sed varię sunt opiniões,an gl.illi opinio vera sit vti eã allegãs dicit Bar.in.l.Męuius.§.duobus.nu.20.ff.de leg.2.Sed reuera gl. illa est magis cõmuniter improbata, eã enim in proprio loco reprobãt Iacob.But.& antiquiores vt nõ immeritò cõmuniter eã reprobari affirmet Alber.ibi.n.5.dicẽs verioręsse hanc opinionẽ cõtra glos.& eã reprobat Bar.n.2.Bal.1.lect. vers. quæro an posit Ange.n.2.Fulgo.nu.7.ex quo constat hanc esse communẽ opinionẽ contra glossam.& affirmat Paulus de Cast. ibi. n.5.omnes doctores tenere cõtrariũ.communẽ opinionẽ cõtra glo.esse afirmat eã sequuti Iacobi.n.4.& in.2.lectione. nu.2. Ias.n.9.Oroscius.n.6.quam etiã tenuit gl. sibi cõtraria in.l.Pactũ inter hæredẽ.in gl. cũ liceat.ad finẽ. ibi itẽ de quęstionibus.ff. de pact.& sequuntur hãc opinionẽ Imola & Alex,in.l.qui Romæ.§. duo fratres.ff. de ver.obliga.quintã quæstionẽ Bart. explicantes.& testatur esse cõmunẽ ibi Ripa n.68.testatur esse cõmunẽ opinionẽ eã sequutus Alex.cõs.11.n.1.vol.2.vbi Carolus Molinæus alios allegat.communẽ esse affirmat Socinus eã sequutus cõsil.214. col. 5.vers.ex qua cõmuni theorica. vol. 2. cõmunẽ esse testatur Romanus cõs.403 n.3. vers.cęterũ.qui secũdũ eã respondit. Neq; enim mero priuatorũ fauore.l illa cõstat, sed in odiũ occultantiũ testamẽta est prodita,vt defunctorũ volũtatibus fidelius obsequiũ deferatur,igitur renuntiatio nõ est admittẽda.l.tametsi.ff. ad Macedoni.

Sed si iuramẽtũ accesserit renũtiationi, an eo casu sit admittẽda.Et videtur nec iuratã trãsactionẽ esse admittẽdã.argumẽto tex.generalis in.l.nõ dubiũ. de legi.sup.et ita videtur tenere gl.in.l.fi.in gl. lucrũ. de reb.creditꝝ.& tenuerũt eã opinionẽ multi authores,quos allegat Andræ. Tiraquel. in.l.si vnquam. in prin.n.161.de reuo. donat.& cõmunẽ esse testatur eam sequutꝰ Rolandus à Valle cõs.13.n.27.Iass.verò in illa.l.de his.nu.11.pulchrũ esse hoc dubiũ præfatus ex Ang.Cumani.Alex. & aliorũ authoritatibus determinat valere huiusmodi renũtiationẽ.& eũ sequũtur Anto-

nius.nu.10.Imola.96.Panor.nu.30.in.ca. cum contingat.de iureiur. vbi Alciatus. n.194.teſtatur hanc eſſe cómuné opinioné eam ſequutus.Sequútur eã Alex.n.55. Claudius.n.35.in.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de ver.oblig.& ibi Crotus.n.110. teſtatur hanc eſſe cómuné opinioné eã ſequutus.& eã ſequitur Guald. de arte teſt. tit.11.caut.8.n.3.Alex.cõſ.11.n.14.vol.2.reclamãte licèt Molinæo ibi.Qui & illud addit,valere huiuſmodi renútiationé ad.l.de his.ſi quis dicat ſe renũtiare omni legũ auxilio cũ iuraméto.& eã quoq; opinioné allegans multos ſequitur Rolandus à Val
13 le.q.42.n.22. Quod ſi aliúde trãſigétes haberét notitiam relictorũ in teſtaméto,valeret tranſactio,neq; lectis neq; cognitis verbis teſtaméti,ſi legi.de his.renũtiarét.Bart. in præl.n.2.dicẽs hoc eſſe difficile probatu idé Bar.in.l.ſciphi.in fine.ff.de opti.legat. & hanc opinioné Bart.ab omnibus probari teſtatur Iaſſ.in illa.l.de his.n.15.cómuné eſſe affirmat Oroſci°.ibi.n.9.quã tenet idé Bar.in illo.§.duo fratres.n.17.4.q.vbi Iaſſon.n.59.poſt Areti.teſtatur cómuné eſſe Bar.ſententiam Ripa ibi.allegans alios n.64.teſtatur eſſe cómuné opinioné eã ſequutus Marianus Socinus cõſ.98.n.5.vol. 2.Cũ enim hîc trãſigentes certũ ſint teſtamentũ quid cõtineat,ſuperuacaneũ videtur verba teſtaméti iterũ exqrere.l.1.in. ff. de act.emp.vt meritò Bal.ibi.ſcripſerit cę cũ rectè in hac ſpecie trãſactũ,inſpiciũt eñ illi verba teſtaméti oculis intellectus.

14 Sed licèt hoc caſu quo agimus tranſactio non valeat, valeret ſententia lata ſuper teſtamento,non viſo ipſo teſtaméto. gl.ſingu.in.l.3.§.itẽ ſi ipſe.verbo,ſibi euicerit.ff.ſi cui pluſquã per.l.falcid.quę inquit ſententiã latã nõ retractari prætextu teſtamenti poſtea reperti.atq; gl.illius opinioné ſequuntur ibi Ange.nu.1. Imola.col.1. Alex.in præl.n.5.Iaſ.n.3.Iacobi.n.4.Alcia. col.1.Alex in illo.§ duo fratres. n.54.idem Alex.in.l.imperatores.ff.de re iudi.n.2.vbi Zaſius.n.2.teſtatur gl. opinioné cómuniter teneri eam ſequutus.Iaſſ.in l.nó minorẽ.n.1.hoc tit.Grego.in.l.i.tit.2.p.6.in glo. magna,qui.l.illã regiã pro hac opinione inducit,quæ nil prius eã iuuat Mauricius de reſt.c.293.tametſi idẽ quoq; eſſe ſtatuẽdũ in ſententia exiſtimet gl.contraria in.l. 1.in gl.verbis teſtamenti.ff.quemadmo.teſtam.aper.alia in.l.ſi mater.in prin.in gl.ex cauſa.ff.de except.rei.iudicat. quarũ opinioné ſuſtinet Curtius Iunior in præl.n.12. itẽ Roman.ſing.195. Lancellotus Decius in præl.col.2.verſ.quid autẽ in ſententia referens Roma.Feli.in.c.ſuborta.de re iud.n. 12.Socinus regu.361.fallẽt.vltima.atq; hęc opinio præbabiliſſima q̃dẽ videtur, ſed ſuperior cómunis eſt,à qua in praxi nó recederem propter authoritatem rei iudicatę.

15 Sed cõpromiſſum an retractetur prætextu inſtrumenti nouiter reperti. Et in hoc cùm tranſactioni ſimile illud ſit,videtur nõ retractãdũ,ſed ſi petatur reductio ad arbitriũ boni viri,in cauſa reductionis poterũt præſentari inſtrumenta nouiter reperta,atq; ita cõpromiſſum retractabitur.quod Bal.hîc notanter ſcripſit.& præterea Iacobi.n.3.Addit Paulus de Caſ.n.4. inſtrumenta quoq; tunc adduci poſſe, etiã ſi non ſint nouiter reperta.Cõpromiſſum autem prætextu nouæ teſtamenti reperti retractari nõ dubitauerim,ex illa.l.de his. ſimillimũ enim eſt tranſactioni.atq; ita tenet Alex.in illo.§.duo fratres.n.54.Pactũ etiam eadem ratione qua tranſactio reſcindetur,par enim vtriuſq; ratio eſt, id q; lege regia eſt expeditum.

16 Fauore etiã eccleſiæ retractatur ſententia prætextu inſtruméti nouiter reperti. qđ gl.i.notaut arg.text.in auth.de nõ alienãd aut permut.re eccle.§.ſi min°.col.2.vbi res eccleſię æquiparat rei fiſcali.quare hoc probat tex.ille iuncta.l. imperatores.& l. vnica.de ſent.aduer.fiſ.lat.quas ſup. allegaui.& hãc opinioné videntur ſequuti omnes præſentes.& voluit idẽ gl.in.l.ſub ſpecie.ff.de re iudicat.vbi eã ſequũtur Bald.i. oppo.Salicet.n.1.in fine.Paul.de Caſt.n.2. & idẽ quoq; voluit gl.in.c.inter monaſterii.in gl.confirmãtes.de re iudic.alia in illa

l.impe-

limperatores.ff.de re iudic. vbi Iaſ.n.8. affirmat, quòd hanc opinionem ſequuntur Bar. & omnes indifferenter. teſtatur eſſe cõmunẽ opinionẽ eã ſequutus Zaſius ibi.n.12. & ita in cauſa monaſterij cuiuſdam Aſtoricẽſis in hoc celeberrimo Pinciano prætorio me quoq; aſſidente fuit iudicatũ. Tametſi Panor.n.5. Feli.n.14. in.c. ſuborta.de re iud. hoc eccleſię nõ cõcedãt niſi per in integrũ reſtitutionẽ, motiue eſt tex. cui reſpõdeo ipſe vltra omnes eũ agere in priuilegio. Vel ſecundò reſpõdeo agere in ſentẽtia lata à ſummo põtifice, in qua fortaſſe ſpeciale eſt, ne retractetur hoc caſu ſentẽtia lata cõtra eccleſiã. Vel tertiò, qm̃ fuit in fauorẽ alterius eccleſiæ.

17 Eſt & ille caſus notatu dignißimus, ſi petat quis ſentẽtiã retractari prætextu inſtrumẽtorũ nouiter repertorũ dicẽs, ex probabili ignorãtia ſe nõ produxiſſe inſtrumẽta illa, quibus in medũ latis obtinuiſſet, vt quia in ius alterius proximè ſuccesſerit, diligentiam q; ſuã omnẽ adhibuiſſe in diſquirẽdis inſtrumentis illis, nã hoc caſu oporteret huic cõcedere in integrũ reſtitutionẽ aduerſus rẽ iudicatã ex clauſula generali, ſi q̃ mihi iuſta cauſa videbitur. L.1.ff.ex qui cauſ.maior. & quia ignorãtia eſt iuſta cauſa concedendi in integrũ reſtitutionẽ l.cũ filius.5.in hac.ff. de verbo. obligat. ita enim voluit eleganter Bar. in illa l.vnic.n.4.de ſet.aduer.fiſc.lat.lib.10.cõtrariũ tenẽte Fulgo.in præl.n.4. licèt dicat ſe nõ determinare, quoniã penderet tunc quæſtio de facto. ſed ſecũdũ Bart. opinionẽ intrepidè cõſulunt Cumanus cõſ.156. viſa ſerie.n.4.verſ.amplius, & ceſſante, & fuit hęc opinio Innocẽtij in.c. vltra tertiã. de teſtibus. & Bar. opinionẽ cõmunẽ eſſe eã ſequutus affirmat Alex. in præl.n.6. & receptiſſimam eſſe affirmat Alciat.n.5. & cõmunẽ eſſe teſtantur Curtius ſenior.n.6. Iunior.n.5. & eã tenet Iacob.n.2. allegans Ioãne Andr. Bal. ac Panor. huius ſentẽtiæ authores. & eã ſequitur Hippolytus citans Alex. ita cõſulente. ſing.229. & teſtatur eſſe præterea cõmunẽ Curtius Iunior cõſil. 18.n.1. & eã etiã probauit Zaſius cõſil.15.n. 62.vol.2. Feli.in.c. ſuborta.n.15. de re iudic. Quã & ipſe libẽter probo, & ſecũdũ eã in re grauiſſima ciuiũ Segobiẽſiũ pronũtiauimus. Inducitur autẽ pro hac cõmuni ſentẽtia tex.in.l.ſi mater.in prin.ff. de except. rei iudicat. neq; quòd mater ibi egerit cõceditur in integrũ reſtitutio, idẽ enim & extraneo cõcederetur ſecũdũ Bar. ibi. Iuuatur etiã hæc opinio, ſi ea ratione reſtitutio petatur, ne illicitę extorſiones fiãt, quo remedio ſepiſsimè vtũtur apud nos cauſarũ patroni, idq; illi deſumplere ex.l. illicitas.in prin.ff. de offi. preſid. deniq; hęc opinio æquitatis eſt pleniſsima, quæ in omnibus, maximè tamẽ in iudicijs ſemper ſpectãda eſt. & eã quoq; probarũt Alex.n.3. Iaſſ.nu.6. in.l. imperatores.ff. de re iudicat. Zaſius ibi.nu.5. Et hoc quidẽ verum eſt & in actore & in reo, tametſi reo tantũ hoc concedat Paulus de Caſtro.cõſ.257.vol.1. contra quẽ dicit fuiſſe iudicatum cõmunẽ ſententiam ſequutus Boerius deciſione.307. ad finẽ & idem cõtra Paulũ ſequũtur Purpur. in l. admonẽdi. n.60. ff. de iure iur. noſter Grego. in l.19. tit.22.p.3. in gl. cõtra el Rey. Cõmunis igitur opinio potior eſt, quæ tribus declarationibus rectè explicatur à Curtio iuniori hic.col.2.

18 Trãſactio ſanè ex hac cauſa nõ reſcinderetur. quod tex. hic ſua generalitate excluſiſſe videtur. & affirmat Alciat. nu.6. quod mihi placet. Et ratio differẽtiæ iudico quidẽ meo ea hoc in loco aſſignari poſſet inter rẽ iudicatã & tranſactionem, q̃ is, in quẽ ſententia lata eſt, nõ ita facilè potuit inſtrumenta adinuenire, qui cõpulſus trahitur in iudicium l. inter ſtipulantẽ. §. ſi Stichum. ff. de ver. obligat. tranſigẽti verò magis eſt quod imputetur. potuit enim antequam tranſactionem conficeret, diligenter inſtrumenta omnia rimari.

19 Poſſet tamen princeps ex hac cauſa reciſionem tranſactionis indulgere. quod Ruminal. & Curtius.nu.8. cõſiderarũt. & Alciato dubitabile eſſe videtur, ego falſũ eſſe exiſtimo, & contra mentẽ tex. in l. cauſas vel

sas vel lites. sup. eod.

Et speciale est in causa ingenuitatis, vt repertis instrumentis, quæ aliquem ingenuum esse indicant, princeps adeatur. l. 2. verſ. fi. ff. ſi libert. inge. eſſe dicat. quæ opinio vera esse mihi videtur.

20 Quòd ſi victor habuit notitiã inſtrumẽtorũ, poteſt etiã reiã iudicata agi cõtra eũ hoc caſu remedio denũtiationis euãgelicæ. ita enim voluit Alcia. in. c. nouit. n. 46. de iudici. & alia quoq; remedia ponit Alex. in illa. l. imperatores. n. 8.

21 Sed in hoc foro iudicum vera ſunt, nã quo ad forũ animę lata ſentẽtia iure optimo retractabitur, inſtrumentis poſtea repertis, quibus in iudiciũ productus, ſententia huiſmodi lata non fuiſſet. ita enim voluit eleganter Alfonſus de Caſtro de leg. pœna. lib. 2. fallent. 10. col. 4. ſentẽtia enim non potuit reum naturali obligatione liberare. Iulianus. ff. de condict. indebit.

Ex ſecunda particula huius tex. in verſ.
22 ſanè. ru colligę, quòd ſi dolus aduerſarij cõmiſſus ſit in celandis inſtrumentis, inficit omnino tranſactionem, ſi actio non erat ipſo iure ſublata; ſublata verò illa, datur actio de dolo. Sed videtur actionem doli hic minimè dari poſſe, cũ actio furti ſubtractis inſtrumentis competat. l. qui tabulas. ff. de furt. ſed cùm actio aliqua competit, nunquam datur actio doli, quæ ſubſidiaria quidem eſt, neq; aliam ſecum admittit. l. 1. §. ait prætor. l. 2. ff. de dol. mal. Gl. in parte, per ſe. reſpondet primò huic difficultati, dicẽs hic ita fuiſſe ſuppreſſa inſtrumenta, vt furtum minimè commiſſum fuerit. is enim apud quem illa erant, ipſa cę lauit, non tamẽ ea contrectauit, vnde furtum minimè commiſit. l. inficiando. ff. de furt. ſi verò per alium ſubtraxit, id quòque potuit contingere ſine furto: vt ſi alicui, qui tranſegit, mandauit vt inſtrumenta illa acciperet, qui putans illa eſſe mandãtis, illa accepit, nam neq; hic mandator furtum minimè commiſit ſolo verbo; nec qui accepit inſtrumenta, quoniam non fuit in dolo. l. ſi is qui rem. 24. ſi tu Titium l. ſi quis perferendum. l. falſus §. ſi quis nil. ff. de furt. Hęc gl. ſolutio vera quidem eſt ſed diuinat illa tamen, vt iure optimo eam, doctores frequenti calculo à tex. huius intelligentia reiecerint.

23 Inſinuat tamen gl. hęc notabiliter duo. Prius eſt, illum qui celat inſtrumenta aduerſarij, nõ hoc ipſo videri furti ſe alligare niſi illa cõtrectet. l. inficiãdo. in gl. allegat. falſũ tñ eũ cõmittere dubiũ nõ eſt. l. Paulus. vbi gl. & Bart. hoc notarunt. ff. de falſ.

24 Secundò inſinuat gl. ſubtractionem ſine furto fieri poſſe. vnde colligũt in præſ. Salicet. & Iaſ. n. 7. verbũ, ſubtrahere, nõ importare neceſſariò furtũ. & in hoc gl. hanc expendit etiam Bal. quẽ hic refert Iaſſin. l. edita. ſup. de eden. qui ex ea colligit libellum hunc, dico Titium mihi ſubtraxiſſe centum, non inferre neceſſariò furti accuſationem, niſi id ex alia libelli parte conſtare poſſit. cui ſententiæ adeſt tex. optimus in. l. ſubtracto. §. de furt. vbi verbo, ſubtracto mancipio, additur furto.

Secundò ſoluit gl. hanc difficultatem in verſ. (alij non exigunt. dicens quoſdã auxios minimè fuiſſe in explicãda hac difficultate, qui facilè concederent actionem furti ac doli cõcurrere, cũ ambæ famoſę ſint. Sed hæc ſolutio neq; ipſi Accurſio ſatis probatur, quoniã & tutelæ actio famoſa quidẽ eſt. §. ex quibus dã. de pœna teme. litigant. & tamen non concurrit eum illa actio de dolo. Iideoq;. ff. de dol.

Tertio locò ſolum hãc difficultatẽ Petrus de Bellapertica. in præſ. cõtẽdẽs actionẽ doli cũ furti actione hic tolerari, qñ ad diuerſa illa remedia cõpetãt, ad diuerſa qñ actio furti cõpetit ad duplũ vel quadruplũ. actio doli ad id qđ intereſt. atque hac ſolutionẽ antiquiores quidã ꝓbarũt, & Alciatus ex noſtoribus. col. 5. Sed longè melius Iacobus Butricarius primus omnium difficultatem hanc explicauit, conſiderans dupliciter hic dolum interueniſſe: fuit enim dolus à reo commiſſus in ſubtrahendis inſtrumentis quibus potuit actor cauſam peruincere, & hac ratione debitur

bitur actio furti. Fuit & dolus commissus in transigendo, & propter hunc competit actori actio doli, de qua loquitur text. hic, quoniam furti actio eo temporis dari minimè posit. & hunc Butricarij intellectũ meritò probauit hîc Bar. nu. 3. & cæteri frequentiùs eum approbarunt. nam communem eum esse affirmat Alex. nu. 6. & communem esse testatur Curt. nu. 14. qui illam minimè probat. Sed cùm hoc casu contra eum qui subtractis instrumentis dolo induxit aduersarium ad transigendum competat accusatio falsi vel ciuilis actio in factum. l. qui nomine. ff. de falsi. oportet iam doli accusationem cessare. Sed huic difficultati respondent Salicet. Alexand. Iaſſ. num. 7. actionem in factum esse generalẽ, ideo cõpetere cum actione de dolo. Vel melius inquit Iaſ. responsum est, si cõsideres quòd quando instrumentum celatur solùm aduersario, cum quo lis inita est, nõ committitur crimen falsi. l. 3. §. si quis dolo. ff. de tabul. exhiben.

Quatuor gl. sequentes sunt expositiuæ.

Gl. magna in parte exercere, potest diuidi in quinq; particulas. In prima colligit gl. quoddam notabile. In secũda, formãt difficilem quandã oppositionẽ. In tertia, ahã. In quarta, aliam. licèt has oppositiones Accur. per quæstiones proposuerit. In quinta allegat leges quasdã cõcordates. Secũda est ibi, sed cùm dolus. Tertia ibi, itẽ quomodo. Quarta ibi, itẽ quare. Quinta ibi, & facit.

Ex prima particula gl. tu collige, quòd licet euidens calumnia actoris reddat transactionẽ ipso iure nullã. l. 2. sup. eo. calũnia tamen in reo non reddit transactionẽ ipso iure nullam, valet enim illa licèt actione de dolo posit infirmari, vt in hac. l. & hãc gloss. opinionem sequitur Bald. in præl. 2. opposit gloss. etiam in. l. 2. sup. eodem. alia in. l. in summa. in gl. ff. de condict. indebit. Paulus de Cast. ibi, nu. 3. Et ratio differentiæ est, quoniã fauorabiliores rei potiùs, quàm actores habentur. c. fauorabiliores. de regulis iur. libr. 6. Secundo loco huic difficultati respõdent Petrus & Cynus. i. quæſ. dicentes, transactionẽ dolo factam, siue à reo is fuerit commissus, siue ab actore, non esse ipso iure nullam, sed doli actione esse rescindendam, quoniam transactio sit cõtractus stricti iuris, nõ bonæ fidei. Sed hoc Vltramontanorũ fundamento Bar. conatur subuertere, dicẽs, quòd si in hac specie dolus cõmissus ab actore nõ faceret transactionẽ ipso iure nullam, exinde euenire, quòd reus soluens nõ posset solutũ repetere, quia esset tutus exceptione odiosa, at verò tutus exceptione odiosa soluens, nunquam repetit. l. qui exceptionẽ. ff. de cõdict. indeb. at verò si hic soluat, repetit iure suo. l. in summa. in prin. ff. de cõdict. indeb. ne cessum igitur est, fateri transactionẽ esse in hac specie ipso iure nullã. Sed Bart. arg. posteriores facilè respõdent, dicentes, tutum exceptione odiosa repetere solutũ, si exceptio illa naturali æquitati innixa sit. Quales exceptiones sunt doli vel metus, in quibus datur soluẽti repetitio. Cyn. Bar. & alij in. l. 2. sup. quod met. caus. ipse qui idẽ notauit in. l. inter positas. sup. eo. Sed licèt opinio Petri ac Cyni facilè ab hac Bar. impugnatione defendi possit, illa est omnino falsa, propter text. in illa. l. in summa. ibi, & transactio imperfecta est. quæ verba nullitatẽ actus videtur significare. l. hac cõsultissima. 4. fin. C. de testam. Quare his solutionibus malè contentus, Bart. ex doctrina Iacobi Butricarij, quam viua voce ab eo se didicisse testatur, inquit, quòd dolus quandoq; cõmittitur in calumnioſe litigando, & tunc vera est disiunctio glo. vt dolus actoris reddat nullam transactionem, dolus verò rei facit, vt doli exceptione rescindi possit. Quandoque verò dolus committitur in extorquendo transactionem à diuersa parte, & tunc dolus siue actoris siue rei, non facit transactionem ipso iure nullam, sed doli exceptione elidi potest. Hanc Bart. distinctionem sequuntur in præsenti Angelus, Salicet. Alexand. num. 10. Iaſſ. nu. 9 Iacobi. num. 8. communem esse testantur Alciat. col. 5. Curtius Iunior numero. 17. licèt contra eam validissimis rationibus disputent.

26 Limitabis modò hanc communẽ opinionem qua obtinuit, euidentem calumniam actoris in litigando commissam reddere nullam transactionẽ, vt non habeat locum, si huiusmodi calumnia esset nota ipsi aduersario, qui nihilominus processit ad transactionẽ: namq; scienti, neq; dolus neq; fraus vnquã committitur. l. cùm donationis. ĩ. eod. l. 1. 4. vsque eadeò. ff. de iniur. Ita enim voluit Bal. in. l. 2. sup. eodẽ per illũ text. Sequuntur Alex. in præl. nu. 9. in fine. Iacobi. nu. 10. Iaſſ. verò ſubſiſtit. nu. 10. verſ. ſecundò limita. quem mouet text. in illa. l. in ſumma. ibi euidens calumnia. nam ſi calũnia erat euidens, non potuit non eſſe nota reo, & tamen fecit tranſactionem ipſo iure nullam. Sed cõmunia ipſe ſequutus, Iaſſoni reſpondeo, potuiſſe accidere, vt calumnia eſſet euidens, nec tamen reo ipſi fuiſſe compertam, quem actor ſemper cauerat, ne calumniam ipſius litem inſtituentis perciperet. Adde huc calumniam non ſtatim deprehendi, vt ad iudicium itum eſt, ſed poſteà cùm partium merita examinantur, quo tempore calumniæ litigantium deteguntur.

27 Secundò limitabis communem opinionem, vt nõ procedat, ſi actor, qui litem dolo euidenti inſtruxit, conſtituit procuratorem cum libera, qui cum aduerſario tranſegit, hic enim nõ erit nulla tranſactio ipſo iure, propter bonam fidẽ procuratoris. ita enim voluit gl. ſingularis in. l. 1. 4. ſed & cõſtitutio. in gl. litẽ. de calũniat. ff. quam ibi expendit Angel. nu. 1. Alexan. & Iacobin. in præſ. qui gl. illam commendant. Iaſſon dubitare ſe in hac re inquit. Ego limitationem hãc falſam eſſe exiſtimo. Primò, quoniam cùm actor à principio litem euidenti calumnia inſtruxerit, lis hæc veluti conficta atq; procurata ab ipſo, materiã tranſactioni præbere nõ potuit. Secundò, quoniam interuentus procuratoris nunquã facit deteriorem conditionẽ aduerſarij. l. 2. 4. defendi. ff. ex qui cauſ. in poſſ. eat. Tertiò mouet me, quòd hic calumniator, qui procuratorem litis ſubſtituit, faciens illi poteſtatem tranſigendi, calumniam augere hoc ipſo videtur, qui formam hanc atque cautionem ad ſubterfugiendam calumniam excogitauit, exiſtimo igitur ego hoc caſu nullam eſſe tranſactionem.

28 Tertiò limita cõmunem reſolutionẽ, vt non procedat in calumnia ante litẽ motam, vt quia actor calumnioſa quadam ſtatione teſtaretur velle ſe Petrum ad iudicium prouocare: namque ſi Petrus hic in iudiciũ adhuc minimè prouocatus tranſegerit, valebit tranſactio mero iure, etſi euidens actoris calumnia cauſam illi dederit. l. 2. ſup. eo. quẽ tex. ita interpretãtur Iacobi. & Iaſſ. hic, poſt Paul. de Caſ. Et mihi placet.

29 Quartò limita cõmunẽ opinionem, vt nõ procedat in calumnia non euidenti. Si enim illa aliquo colore defenditur, non facit nullam tranſactionẽ, ex tex. elegantiſſ. in l. nec intentio. ĩ. eod. atque tenent ibi Salic. Paulus, Alexan. Iaſſ. & recentiores. idem Salicet. Fulg. Iaſſ. & Iacobi. in præſe. Quorum ſententiam ipſe libenter ſequor.

30 In criminalibus quoq; permittunt calumniam interuenire, vt non vitietur tranſactio. l. tranſigere. ſup. eo. Licere enim exiſtimant accuſatori tranſigere etiã per calumniam, vt pœnam talionis effugiat. l. fi. de accuſ. ĩ. ita enim plerique omnes hic legem tranſigere interpretantur, licèt reuerà hoc text. ille minimè velit.

31 Ex ſecunda particula glo. huius tu colliges quæſtionem elegantem, quare tranſactio hic non ſit ipſo iure nulla, cùm dolus illi cauſam dederit, ſicuti venditio ipſo iure nulla eſt per dolum celebrata. l. & eleganter. ff. de dol. mal. Cui quæſtioni reſpondet gloſſ. duobus modis. Primò, confeſſa idem in tranſactione euenire quod in venditione: nam ſi ex venditione dolo facta traditio fuerit ſequuta, traditio illa eſt reuocãda actione de dolo. Nam vt ex Vulgaro refert hic Accurſius, præceſſit hic venditio vt infirma, hoc eſt, vt nulla propter dolum interuenientem. Sequuta autem fuit traditio vt infirmanda, hoc eſt, vt retractanda actione de dolo. Et idẽ videtur

euenire

euenire in transactione, nãq; ille qui actionem remisit, videtur tradidisse. Oportet igitur hanc remissionem actionis actione de dolo retractare. hãc gl. solutionem sequitur Bart. in pręs. nu. 4. vers. tunc opponitur. Et sequuntur eam omnes scribentes. communẽ esse testantur l. ass. nu. 11. Cur. nu. 20. Quæst tamen limitanda in transactione interposita super cõtractu bonæ fidei, nã si illa accesserit contractui stricti iuris, valebit etiam per dolum celebrata, sortita hic naturam cõtractuum stricti iuris. ita enim Bart. ipse declarat, & ceteri sequuntur. atque ita ille declarat secundam responsionẽ gl. ibi, vel aliud. &c. Et hæc opinio mihi placet, contendente Bal. col. 2. transactionem contractũ stricti iuris esse, vt qui non sit ab Imperatore enumeratus in. §. actionum. quare etsi dolus illi causam dederit, nunquam esse nullum ipso iure, neque interesse an super contractu bonę fidei interponatur, an super contractu stricti iuris.

32 Subtilis quoque est consideratio Rimi nal. quam & Curt. probat nu. 21. qui contendunt, transactionẽ cui dolus causam dederit, nunquam esse ipso iure nullam, quoniã semper fiat illa super lite præsenti vel futura, ac proinde super iudicio quod semper est stricti iuris. l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Quare considerari hic minimè oportet contractum, cuius occasione ad iudicium ventum est, sed iudicium ipsum tanquam causam proximiorem, ad quod tollendum principaliter spectat transactio.

In tertia parte quærit gl. quare hîc de do-
33 lo actio datur, cùm alia competat, nempe vetus actio ipsius cõtractus. Ad hoc respõdet gl. Primò ex sententia vulgari post dolum quidem admissum, nullam nisi de dolo actionem superesse. Vel secundò respondet gl. de dolo actionem dari simul cum illa, in qua amittenda dolum quis passus sit. & hanc opinionem probarunt Bartol. & posteriores.

In quarta parte quærit glo. quare actori hîc non competat condictio ob causam, vt se reponat in pristinam obligationem. l. si quis accepto. ff. de condict. caus. dat. Et glos. respondet, quoniam reus hic qui trãs actionem extorsit, impleuit ex parte sua quicquid eum facere oportuit, quare condictioni ob causam, locus superesse nõ potest. Sed quoniã actor dolo se fuisse probauit ad transigendum, datur illi actio de dolo, quam ille intra cõstitutum tempus, hoc est, intra continuum biennium. l. fi. ĩ. de dol. mal. poterit exercere.

Glos. in 5. parte allegat. ll. quasdam huic conuenientes.

Summa rerũ. L. Non minorem.

1 *Non minorem virtutem esse transactionis, quam sententiæ.*
2 *Nilq; magis conuenire fidei humanæ, quam pacta seruare.*
3 *Valere transactionem noctu factam.*
4 *Idem esse in arbitramento.*
5 *Item in testamento.*
6 *Sed iure nostro, Cancellarium noctu non signatum signo Regio.*
7 *Oppositio quæd. an explicatur.*
8 *Actus necessarios noctu fieri non posse.*
9 *Sententia noctu lata, an iure valeat; & verius esse non valere.*
10 *Nisi iurisdictio iudicis esset sequẽti luce peritura*
11 *Vel nisi de consensu partium lata esset.*
12 *Vel si ita ferret loci consuetudo.*
13 *Vel nisi iudex esset impeditus multitudine causarum.*
14 *Vel in iudice delegato.*
15 *Vel in sententia interloquutoria.*
16 *Vel nisi sententia in causa prolata esset.*
17 *Depositiones testium, & allegationes noctu fieri posse.*
18 *Appellationem quoque diu esse interponendam, non noctu.*
19 *Protestationem noctu fieri posse.*
20 *Electio an noctu fieri possit.*
21 *Et an collatio beneficij.*
22 *In actibus qui noctu explicantur, tria luminaria esse proponenda.*
23 *Difficilia esse probata quæ nocte fiunt.*
24 *Consignatio & oblatio an nocte fieri possit.*
25 *Punitionem delictorum, diu esse faciendam.*

¶ *L. Non minorem.*

Diuiditur tex. hic in quatuor partes. In prima ponitur quoddã thema. In secũda, huius thematis ratio. In tertia, aliud

aliud thema proponitur. In quarta huius thematis ratio redditur. Secunda est ibi, si quidem. Tertia ibi, nec enim. Quarta ibi, cùm nullum tempus. In text. ibi, secunda hora noctis. gloss. exponit. i. in gallicantu. Vel dic esse intelligendum de secunda hora duodecim horarum noctis, vt inquit episc. Segob. lib. 4. var. resol. c. 20. nu. 14.

1 Ex prima tex. particula tu collige, quòd non minor est virtus transactionis, quàm sententiæ, vtrumque enim remedium est litium decidendarum. l. 2. ff. de iureiu. quod quibusdam casibus limitat gl. 1. in præf.

2 Secundò collige ex tex. in versi. si quidem nil magis conuenire fidei humanæ, quàm ea quæ cõuenta sunt custodire. idem probat tex. in l. 1. in prin. ff. de pact. cũ alijs, quæ gl. 3. hic allegauit. Vt memineris tamen hyperbolè hîc subesse, magis enim humanę fidei conuenit obsequiũ præstare Deo, est enim figura hæc legibus minimè aliena, quale & illud est, probationes quæ in causis criminalibus fiunt, clariores esse oportere luce meridiana. l. fi. de probat. ĩ. & quod alibi inquit lex, Imperatorem esse mundi dñm. l. deprecatio ff. ad. l. Rhod. de iact. & si qua sũt similia, his sunt autẽ permulta. Sed & in cõtractibus hyperbole interdũ cõtigit, quod ex Alciato Oroscius obseruauit in illa. l. 1. ff. de pact. nu. 11. proponuntq; illi exemplũ in venditore, qui dixit equum esse meliorem qui sit in Hispania, ad excessum enim verba hæc esse referenda.

Tertiò nota, valere transactionem noctu factam, ac si diu fuisset illa celebrata; neque inter hæc differentiam vllam esse, cùm tempus noctis cõsensum partium vnde transactio pendet, non repudiet. Quare notauit hinc Bal. in præsentia notarium rogatum instrumentum noctu conscribere, posse apponere diem inscriptionis sine mẽtione noctis, neque ex hoc falsum eũ committere. Et idem sequuntur Paul. de Cas. & Iass. hîc. & allegans plures Andr. Tiraq. de vtro. retract. §. 1. gl. 11. nu. 8. Et idẽ ex eadem ratione dicẽdũ est in omnibus cõtractib⁹, vt noctu impunè celebrari illi possint. de quo dicit sæpiùs fuisse rogatũ Fulg. in præf.

4 Adde huc, quòd cùm arbitramentum quędam transactio sit, vt dicemus in. l. sub prætextu. ĩ. eod. valebit arbitramẽtũ noctu factũ. quòd Bal. ex hac l. notauit. in. l. eos. §. fin autẽ. nu. 10. de appell. Sequuntur hanc opinionẽ Ias. in. l. more. nu. 12. ff. de feri. Fel. in. c. consuluit. nu. 18. de off. delegat. Federicus Schen. in tract. de sent. & re iudi. nu. 41. Olde. in tract. de sent. & re. c. 2. nu. 69. Alci. in præf. nu. 14. doctor Salmanticẽsis reg. 58. arbiter. col. 1. sed & in sententia arbitri idẽ censet Paul. de Cast. in præf. in fin. verbis, cuius sententia pluribus displiceret quoniã sicuti arbitro non licet partes citare ad locũ incongruũ. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbit. ita nec ad tẽpus incongruũ. vulg. l. vinũ. ff. si cer. pet. Inducitur præterea contra sententiã Pauli de Cast. l. si de meis. §. fi. & l. si feriatis. ff. de arbit. vbi non profert arbiter sententiam tempore quo iudex eam proferri non posset. sed & sententiam Bal. de arbitratore restringũt Alexan. Rimin. & Alciat. in præf. vt solùm habeat locũ in casibus, quibus sentẽtiam proferre potest arbitrator parte nõ citata, qui enumerãtur in. l. si quis arbitratu. ff. de ver. ob. idẽ placet Iacobi. nu. 2. Atq; horũ sentẽtiã ipse probo.

5 Testamenta quoq; noctu etiam à testibus signari posse, dubiũ non est. l. ad testũ. §. signum. versi. posse. ff. de testament.

6 Signata tamẽ Regia Castellę cancellarius vel qui id habet ex principis priuilegio noctu non debet chartis imprimere. l. 2. versi. 1. titu. 8. lib. 2. ordinament.

7 Sed cõtra tex. hũc facere videtur, quòd aliter puniãtur delicta, quæ noctu cõmittuntur, quàm quæ diu. l. Gracchus. versi. tamẽ quia nox. de adult. ĩ. l. aut facta. §. tẽpus. ff. de pœn. l. 2. ff. de furtib. balnear. c. 2. de homicid. l. 4. ff. ad. l. Aquil. Bart. nu. 1. respondet quædã fieri quæ nõ fortuũtur effectũ de iure, vt sunt delicta, & hæc puniuntur noctu ac diu perpetrata æqualiter, licèt ex circũstãtia noctis delicta aggrauentur. quæ doctrina Cy. fuit ante Bart. quã omnes sequũtur.

8 Secundo loco oppono text. in auth. de iudi-

iudic.§.sedebũt.coll. 6. vbi iudicia nõ nisi diu ferri possunt.idem probat tex.in.c.cõsuluit.de off.deleg.Huic difficultati respõdet Bart.nu.2.dicẽs, actus quidẽ voluntarios noctu fieri posse, vt cõtract⁹. vt in hac l.& vltimas etiam voluntates.vt in.§.posse. Actus verò necessarios,qualia iudicia sunt, noctu fieri minimè posse,diu enim expediri ea oportet, aliàs nõ valitura. Incõueniẽs enim esset,quòd magistratus noctuius reddat.l.2.col.5.ver.sed quia.ff.de orig.iur.ciu.

9 Constat hinc igitur sententiã noctu latã non valere.Cõtrariam tamen sententiã. imò quòd valeat sentẽtia noctu lata, tenet gl.in auth.de iudic.§.sedebunt.in gl. matutino.coll.6.dicens posse iudicẽ si velit sententiam nõctu proferre. idẽ tenet gl.tenebras.in illo.c.consuluit. dicẽs nõ oportere iudicẽ sententiam noctu proferre, valere tamen prolatã.& idem sequuntur ibi Hostien. & Ioan.And.r.in fin.verb.Qui tamẽ existimãt,si pars nolit noctu audire sententiam, & à iudice cõpellatur,posse ex hac causa appellare.& idẽ sequuntur ibi Anchar. nu.6. Anton.de But.nu.19. & hanc opinionem sequuntur Iacob. Butr. & Cy. quos refert Alberi.in præf.qui nu. 2. testatur hanc esse cõmunẽ opinionẽ doctorum. Et referente Alberi.dicebat Butricar. vidisse se proferri sentẽtias magni põderis noctu ad luminaria.& cõmunẽ quoq; esse hãc opinionẽ testatur ex Alberi.Fulg. in præf.nu.3.qui nu. 2.retulerat Butric.respondentẽ textui in.§. sedebũt.quòd ibi cõpellũtur iudices diu sedere,non tamẽ prohiberi sententias noctu proferre si ita velint communemq; esse ex Alber.testatur Lancell.Dec.col.1.ver.gl.fi. & hanc opinionẽ tenet Iacob.in præf.nu.3. Hostiens. in summa. de iudi.§.qualiter & quãdo.ver.1.& 2.Ioã. And.ad Spec.de prolat.sent.§.iuxta.vers.sed nunquid tunc.

Sed adhuc sentẽtia Bar.verior quidẽ videtur,vt minimè valeat sentẽtia noctu lata. quã sequũtur in præf.Alb Ful. & Alex.col. 1.testatur esse cõm.Ias.eã sequutus nu.3.cõmunẽ esse cũ Bar.testatur Rim,col.2.Alci. nu.12.eã sequuti.Sequitur eã Curt.Sen.nu. 4.& eã quoq; videtur tenere gl.in.l.more Romano.in gl.lucis.ff.de feri.& idẽ tenet gl.in.§.omnis.in gl.tribui in fine.de ver.oblig.vbi Ang.de Are. nu. 7. inquit vidisse se hanc opinionẽ seruari,& iudicẽ nocte proferentẽ sententiã facturũ litẽ suã.idem quoque tenet Innoc.in illo.c.cõsuluit.vbi Ioã. de Imola nu.21.testatur hanc esse cõmunẽ opinionẽ cũ Bart. in præf.quã sequuntur Barbat.ibi nu.89.Feli.nu.18.& testatur esse cõmunem Dec.col.penu.nu.12.Quã Bar. 10 ipse limitat nu.3.vt non procedat, si iurisdicto iudicis esset sequẽti die peritura.ex tex. in illo.c.consuluit.Sed ille text.benè lectus probat cõtrariũ, loquitur enim quando iurisdictio erat peritura,quocasu prohibet sententiã noctu ferri.& ita cũ tex.expendit Imola ibi nu.20.qui Bart.limitationem falsam esse existimat.idẽ Felin.ibi, nu.18. qui etiã à limitatione Bart.discedit. atq; idẽ ad 21
tex.illũ considerãt in præf.Alex.nu.4 Iaff. nu.3.qui tamẽ ab art.limitatione nõ discedunt.Quam ego & verã & cõmunem esse existimo,& si tex.illo non probetur,quem tamen pro opinione Bart. inducit Iaff.in illis verbis,nisi necessitas exigat.

11 Secundò cõmunem opinionẽ limitabis non procedere,si de consensu partium sen 22
tẽtia noctu lata sit, quo casu verũs est eam sententiã valere,non solùm si expressè consenserint,verùm etiã si tacitè,vt si præsentes non cõtradicãt.Ioan. An. Anto.& Feli.in illo c.consuluit. Salic. Alex.Iaff.& Iacobi. in præf.Iaff.in illa.l.more Romano. nu.12. Oldendorp de sent.& re.iudic.c.2 nu.68.

12 Tertiò limita,nisi loci consuetudo huiusmodi sententias sustineret.Salice.& posteriores in præf.Alciat.nu.13.dicẽs omnes ita fateri.& hãc limitationẽ sequuntur oẽs hic secund.Curt. Sen.nu.5.quam etiam sequuntur Angel.Paul.& Iaff.in illa.l. more Romano.Socin.reg.359.fall.1.& mihi placet,licèt eam improbet Oldend.vbi paulò antè eum allegaui.nu.69.

13 Quartò limita vt cõm.opin. nõ procedat in iudice impedito multitudine causarum, quippter hoc poterit pferre noctu sentẽtiã

ita

ita enim voluit Bald. in procemio. ff. veter. §. itaque. col. penult. ad finem. versi. deinde vides. idem Bal. in auth. hodie. nu. 6. de appellat. cuius opinionem sequuntur Iaſſ. in præſen. Roman. & Iaſſ. in illa. l. more Romano. Romanus in l. ſi verò. §. de viro. nu. 78. verſ. 4. probatur. ff. ſol. matr. Socin. reg. 359. fallent. 2. licèt de hoc dubitet Feli. in illo. c. conſuluit.

14 Quintò limita communem opinionē, vt nō procedat in iudice delegato, qui noctu ſi velit, poteſt proferre ſententiā. Paul. de Caſt. in præſ. nu. 3. cuius opinio pleriſq; diſplicet, neq; iure illa probatur. Ipſe certè falſam eſſe opinor, imò iudicē delegatū exactiùs exiſtimo ſeruare oportere hæc iuris ſolennia, quàm ordinarium, illius enim iuriſdictio infirmior aliquātō eſt. l. 1. §. qui mandata. ff. de off. eius.

15 Sextò limita communem opinionem non procedere in ſententia interlocutoria, quę noctu quidem ferri poteſt. Bal. in præſ. col. 1. ad finem. cuius opinio meritò nō placet Curtio Seniori nu. 6. cùm Cynus hîc in hac ſpecie æquiparet ſententiam, & acta omnia iudicialia, in quibus & ſententia interloquutoria inclusa videri poteſt.

16 Septimò limita communē opinionem, vt minimè procedat in ſententia in cauſis pijs, quæ noctu proferri poteſt. Albe. nu. 2. Alcia. nu. 13. Lancel Dec. col. 2. verſ. dicit tamē hic. nā & in his alia iuris ſolēnia remittū tui. l. 1. & 2. ff. de feri. l. fi. ff. de appell. recipi.

Octauò limita, vt cōmunis opinio non procedat in cauſis voluntariæ iuriſdictionis, quę noctu etiā poterūt explicari. quod in præſ. tenuere idem Alber. & Alcia. & neminē referēs Lanc. col. 2. in prin. qui in hoc allegat tex. elegantē in l. qui habet. §. 1. verſ. quolibet loco & tēpore. ff. de tutel. vbi tutorē dare (qui actus voluntaria iuriſdictione explicatur) quolibet tempore iudex poteſt. & hæc opinio mihi placet. Tametſi legem hanc Salmanticæ abhinc quinquennio interpretatus, publicè de horum ſententia dubitauerim, & quia contrarium tenuerit maxima authoritate Obertus de Bouio, quem ipſe Alberic. refert. & quoniam cognitio quoque huius iudicij aliqualem ſolennitatem requirat. Sententia autem vel alius actus in crepuſculo ipſo factus, diu, nō noctu geri videtur. ita enim voluit gloſſ. notabilis in l. 2. in gloſſ. 1. ff. de iuri. bal. quam in hoc notarunt Baldus in l. 2. numero. 15. quibus res iudic. non noc. Corneus in præſent. fin. col. de quare Alexander & Iaſſon plura ſcripſere in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthu.

17 Depoſitiones ſanē teſtium ac allegationes, noctu iudex poterit audire, quod Innocentius obſeruauit in illo. c. conſuluit. cum quo omnes tranſigere affirmant Felinus ibi nu. 10. Alexand. in præſen. num. 2. qui id limitat nō procedere in iuramentis teſtium. Nam cùm ad hęc citatio partis ſit neceſſaria l. ſi quando. de teſt. c. 2. de teſtibus, citationem hanc, quæ veluti interloquutio eſt, diu non noctu fieri oportet.

18 His adde, appellationem quoque diu non noctu eſſe interponendam. l. 1. §. dies. verſ. quid ergo ſi cōditio horæ. ff. quan. appel. ſit. ſed noctu interponi poterit, quibus caſibus noctu ſententia proferri potuit. Bal. in auth. hodie. numer. 6. de appellat. & idem eſſe in petitione apoſtolorum. Bald. opinionem ſequutus affirmat Felin. in illo. c. conſuluit. num. 18.

19 Proteſtationem quoq; noctu fieri poſſe arbitrantur ex ſententia Bal. in. c. fin. in princ. nu. 4. de appellat. quam ſequuntur etiam Iaſſ. in. l. non ſolùm. §. morte. num. 43. ff. de noui. oper. nunt. Ripa. in. c. cùm. Ferrarienſis. nu. 145. de conſtit. vbi Feli. nu. 58. idem tradiderat allegans tex. hunc.

20 Sed electio noctē celebrata an iure valeat. Et refert quidem Feli. in illo. c. conſuluit. Panor. in. c. 1. de clandeſt. deſpon, dicentem electionē nō valere. ſed Pano. ibi de electione noctu facta verbū nullū, ſed de electiōe facta clandeſt. c. quia propter. §. fi. de elect. Alcia. verò in præſ. nu. 12. electionē noctu factam valere exiſtimat, licèt ſuſpectam eſſe dicat. Ego exiſtimo Fel. & Alciat. non ſatis mentem abbatis percepiſſe, nam mq; longè aliud

gè aliud est electionem fieri noctu vel clã-
destinè, quando eligentes subterfugiũt ali
quos electores, quo casu exiure certum est
electionẽ esse ipso iure nullã. Sed noctu fa-
ctã ego existimo, si soléniter fiat, neq; aliud
canonicũ ei obsistat, valiturã electionẽ, ne-
que hoc infirmari quòd tépore non con-
sueto fuerit celebrata, sicut & illud impe-
dimento electioni non est, quòd in loco
consueto non fiat, quod notauit Panorm.
in c. cum terra. nu. 5. de elect.

21 Collationem autem beneficij fatentur
omnes noctu fieri posse, ex tex. in c. vnico.
versi. porro. vt eccles. siast. benef. licèt actus
hic & alius quiuis noctu factus facilius fal
sitatis argui possit, quàm si diu esset cele-
bratus. quod Bald. notauit in c. 1. nu. 5. de fi-
de instru. Alciat. in præs. nu. 11.

22 Superioribus tu adde, quòd quibus casi-
bus aliquid nocte explicatur, semper opor
tet intervenire aliquod luminare. l. 1. §. tria
luminaria. ff. de vẽt. inspicié. quoniã (quod
Vlpia. ibi inquit) tenebræ sunt aptiores ad
fabricandũ falsum. Et quoniã (quod Bart.
hic notat) testes aliter contrahentes non
cognoscerent. l. fi. §. fin autem. in gl. cogno
scãt. de iure delib. Sed tu aduerte, quoniam
text. in. §. tria luminaria. quem hic allegat
Bar. loquitur in re maximi momẽti, ne par-
tus supponatur, & ideo si testes ex voce co
gnoscerẽt cõtrahentes, nõ videtur necessa
riũ esse aliquod luminare iuxta gl. ordina-
riam ac vulgo dictam singularem in l. 2. §.
idem Labeo. in gl. audierint. ff. de aqua plu.
arcend. quæ permittit testes deponere de
his quæ contrahẽtes trans parietẽ vel corti
nã contraxerũt quã ibi sequitur Bar. nu. 4.
Alber. Ioan. de Imola nu. 23. testatus gl. opi
nionem cõmuniter approbari. & eã quoq;
sequitur idem Imola. post antiquiores in
c. 2. nu. 7. de consuetu. Bal. in l. conuenticu
la. col. pen. vers. modò pono. de epis. & cler.
Alexan. in l. si non speciali. nu. 6. de testa. ff.
vbi Iass. nu. 9. testatur gl. opinionem com-
muniter approbatam esse. Testatur esse
gl. illius opinionẽ communiter approba-
tam allegans alia Ioannes Antonius Tri-
gona. singul. 98. Tametsi eadem gloss. di-
cens idem esse in testibus testamentarijs sit
communiter improbata, vti affirmãt Imo
la in proprio loco Alexan. & Iass. in illa l. si
non speciali. Felin. in c. præterea. nume. 4.
de testibus.

23 Quibus adde, difficilia probatu esse ea,
quę nocte fiunt. gl. notabilis in l. si cum ex
ceptione. §. in hac. in gl. ignorantiã. ff. quod
met. caus. quam veluti singularem nota-
runt Angel. nu. 2. Iass. nu. 47. in. §. quadru-
pli. de actu. Institut. & est text. pulcher in. l.
1. de emendat. Cibi, nocte obscuritatis ob-
ductas. quem inducit ibi Bald. contra te-
stes deponentes de actibus nocturnis. & te
ferunt Bald. & Angel. in illo. § in hac. Rimi
nald. Iass. & Alciat. in prẽsenti. Oldradum
clarissimum illũ legum iurisq; peritum cle
ricum in Romana curia defendisse homi-
cidij insimulatum: nam testes deponẽtes
de actu nocturno homicidij, naturaliter
sunt reprobati, cùm non adessent ibi lumi-
naria. & idem quoq; retulit idem Bal. in. c.
1. §. porrò. nu. 3. quæ sit prim. caus. benef. a-
mittẽ. libr. feudo. & horum opinionem se-
quutus allegat multos. Idem sequentes no
ster Menchaca de succes. creat. §. 14. nu. 5.
in iudices maleficiorum inuehens huiusmo
di testimonijs deferentes, quòd si hu-
iusmodi testes dicerent habuisse se notam
vocem delinquentis, indicium ad torturã
excitarent. quod Bald. notauit in l. si non
speciali. nu. 1. Iass. ibi, nu. 10. de testament.

24 Vltimò adde, quòd cùm consignatio
ac obligatio sit facienda creditori per de-
bitorem tempore congruo. l. si soluturus.
ff. de solut. nocte illa fieri minimè potest.
gloss. in illa. l. more Romano. ff. de feri.
quam ibi notant omnes. & esse commu-
niter approbatam testatur Curt. Senior in
præsenti. numero. 7. & idem voluit Petrus
de Bellapert. in l. acceptum. de vsur. Moli
næus cons. 57. nu. 11. Sed limitat Salic. vt so-
lùm procedat, quando creditori esset perí-
culũ ostiũ domus suæ aperire propter ini-
micitias, nãsi harũ suspicio cesset, teneretur
creditor noctu quoq; recipere oblationẽ.

& idem sequuntur Iaſſ. nu. 6. Curt. Iunior. fi. col. qui existimat ab hac opinione in iudicando non esse recedendum. Iaſſ. in. l. non solùm. §. morte. nu. 43. ff. de noui ope. nunt. Cæpola qui quàm optimè hoc examinauit in. l. 2. nu. 25. ff. de verbo. signifi.

25 Punitio sanè delictorum propter exemplum quod inde editur in rem publicam: Laut facta. §. fi. ff. de pœn. diu, non noctu fieri debet. quod Guillelmus Benedictus notauit in quæstione. an occidere peccato reſ liceat. nu. 44. noſter Gomec. lib. 3. variar. resol. c. 13. num 35.

Summa rerum. L. cùm ea quæ.

1 *Facti ſpecies fingitur ad hanc. l.*
2 *Simulationem fieri de vno contractu ad alium.*
3 *Vtcunque ſimulatio contingat, contractus ſimulatus contractus minimè eſt.*
4 *Stante. l. Regia, quæ prohibet vllam exceptionem aduerſus contractum proponi, an exceptio ſimulationis admittatur.*
5 *Contractum ſimulatũ iuramẽto minimè firmari.*
6 *Sed quid ſi partes iurent contractui ſimulato non contraueturos.*
7 *Et quid in herede, qui contractum ſimulatum iuranit.*
8 *Non valere renuntiationem ſimulationis.*
9 *Sed neque pœnam conuentionalem ex contractu ſimulato peti poſſe.*
10 *Exceptioni ſimulationis nullo tẽpore præſcribi.*
11 *Ad probandum contractum eſſe ſimulatum ſatis eſſe, ſi adſint veroſimiles coniecturæ.*
12 *Et generaliter id eſſe accipiendum in rebus omnibus, quæ ſunt probatu difficiles.*
13 *Simulatio peior eſt metu.*
14 *Imò & dolo.*
15 *Et fraude quoque.*
16 *Contractus in dubio verus præſumitur, non ſimulatus.*
17 *Verbum, fruſtrà, an irritet diſpoſitionẽ ipſo iure.*

¶ *L. Cùm ea quæ.*

Diuidi poteſt text. hic in duas particulas. In prima ponitur propoſitio quædam generalis. In ſecunda, ex illa fit quædam illatio. Secunda ibi, ijs quæ ſimulatè.

1 Çollige tu modò ex text. hoc, quòd ſi partes verè tranſigant, licèt emptioné ac venditionem inter ſe ſimulent, tranſactionem valere, neque pretium veluti ex venditione poſſe poſtulari. Ioann. autem Cremonenſis antiquus iuris ciuilis interpres, gloſſema quoddam effinxit in. l. hanc verbis ipſis implicitũ, ac malè ſibi conſonans, quod Accurſius huc trãſtulit. Fingit enim hic poſt Ioannem ſpeciem ad hanc. l. in ſcholaſtico glorioſo ac inanis gloriæ cupido, qui domum reuerſus, quo iuris peritiam popularibus profiteretur, fundum quendam à vicino ſuo vendicabat, ſed cùm iam liti ſuccumbere ſe videret, cum aduerſario tranſegit nomini ſuo, apud ciues ſuos conſulens. Retinuit itaque poſſeſſor fundum, qui ex cauſa tranſactionis nõnil pecuniæ ſcholaſtico annumerauit, qui maximam hic quoque ſui nominis curam gerens, inſtrumentum venditionis fieri curauit, quo ſimulatum eſt, ex cauſa venditionis fundum illum à poſſeſſore detineri, atque ex poſt facto pretium conuentum hic poſtulabat. Sed cùm verè trãſactio facta ſit, licèt emptio fuerit ſimulata, fruſtrà pretium poſtulari dicitur. Et dicit gloſſ. quòd hic ſcolaſticus erat in retinendo actor: quoniam egit ad fundum contra vicinum, & conuenit vt ille ex cauſa tranſactionis fundum retineret.

Secundò fingunt hi caſum in ſcholaſtico fundum occupante, qui ad illius reſtitutionem conuentus, cùm malè ſecum agi in lite contemplaretur, fundum illum actori dedit ex cauſa tranſactionis, aliquo nummo ſibi dato: finxit tamen ſe fundum illum vendere, ne liti conceſsiſſe videretur, atque de ea re inſtrumentum conſcribẽdum curauit, ex quo ex poſt facto ficti pretij poſtulabat numerationem, & in hac ſpecie erat ſcholaſticus hic in dando reus, quoniam fuit ab altero conuentus. Has gloſſ. poſitiones ex ordine referunt in præſenti Odofredus, Cynus, & Iaſſon, quæ potiùs textum hunc fecerunt obſcuriorem, quàm vt interpretamenti

loco

loco ſint ſuſcipiendæ. Meminere autem gl.huius Angel.de Peru.in.l.1.§ pueritiam. nu.6.ff.de poſtul. Ioann. de Anania in ru. de delict.puer.nu.3.vt eius exemplo admonerent litigantes, ne nouitios aduocatos eligant, ſunt enim litium confuſores, ſicuti medici nouitij, plurimos ęgros ad necem vſque adegere.

2 Collige tu modò ex hac .l. ſimulationem fieri de vno contractu ad alium, nam cùm reuerà hîc tranſactionem partes facerent, venditionem ſimulabant. ad idem eſt text.in.l.ſi ex pretio. infra. ſi cert. petat. vbi cùm mutuum verè inter partes daretur, depoſiti tamen imaginem ſimularunt. exiſtimat tamen Bartol. ibi, numero primo.in ea ſpecie contractum ſimulatum propriè non eſſe, quoniam ſubſtantia debiti non deficiat, licèt cauſa mutata ſit. Sed in præſenti ſpecie rectè iudicio meo veram ſimulationem interueniſſe Alciatus arbitratur, actum enim erat, vt pretium nullum omnino deberetur, quanuis inſtrumentum emptionis fuerit conſcriptum. Eſt & vera illa ſimulatio, cùm fœnerator quod pignòris cauſa accepit, emptum videri vult, quo pignoris accepti faciat fructus ſuos. c. ad noſtram. de emption. & vendition. Eſt & imaginarius contractus ſimulato quàm ſimillimus, cùm id agimus, vt contractus omnino nullus ſit. l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ. l. imaginaria. ff. de regulis iuris.

3 Vtcunque autem ſimulatio contingat, contractus ſimulatione geſtus, contractus minimè eſt, neque ex eo agi poteſt. quod probant infinita propè iura. l. ſimulatè. ff. de ritu nupt. l. nuda. ff. de contra. l. emptor. ff. de aqua pluu. arcend. l. & qui ſub imagine. de diſtra. pigno. Ex quo text. notat Baldus ibi, verſicul. & in hac lege. quòd ſimulatio appellatur imago, quæ habet ſuperficiem veri, ſed medullam veri non gerit. Addit idem Baldus in .l.1. numero 4. verſic. primo caſu plus. vale. quod agit. contractum ſimulatum eſſe corpus ſine ſpiritu: quia conſenſus eſt remotus ab actu. Et eleganter quoque idem Bald. ſcripſit in l. cum precibus. de probat infra. inſtrumentum ſimulatum non eſſe inſtrumentum, quia licèt habeat figuram eſſentiæ, eſſentiam tamen non habet. Adde huc eundem Bald. in l. fi. numer. 1. verſicu. quartò nota. C. mandat. dicentem, quòd donatio ſimulata dicitur colorata ſeu depicta, extrinſecùs enim apparet aliquid, ſed intrinſecùs non habet ſubſtantiam. Et dicit idem Bal. in.l. fi. §. in computatione. fin. col. in princip. de iure deliber. quòd contractus ſimulatus licèt ſuperficialiter appareat inſtrumentum, ſubſtantialiter inſtrumentum non eſſe, neque enim propriè dicitur quod abuſiuum eſt.

4 Quare ſi ſtatuto cautum ſit, ne vlla exceptio admittatur contra publicum inſtrumentum præter exceptionem falſitatis ſolutionis & remiſsionis, quod apud nos. l. regia indùctum eſt. 4. tit. 8. libro. 3. ordinament. ſimulationis tamen exceptio opponi poteſt, neque lege vel ſtatuto cenſetur excluſa, cùm excepuo hæc contractum ipſum inficiat. ita enim voluit Bald. in. l. ſi non verum. verſi. nota hîc. de donat. inter vir & vxor. C. tametſi contrarium cenſuerit Bart. in. l. 1 §. & parui refert. numer. 4. ff. quod vi aut clã. ſed Bal opinionẽ ſequuntur Iaſſ. in præſ. numer. 3. idem Iaſſ. in. l. ne mo poteſt. 1. lect. num. 43. ff. de leg. primo. Ripa ibi nume 66. teſtatus hanc eſſe communem opinionem, contra Bartol. in illò §. & parui refert. Feli. in. c. ex parte. 2. de eſſ. delegat. nu. 14. Deciusibi nu. 7. verſ. duode cimò fallit. Imò neq; expreſsim poſſet huiuſmodi exceptio à lege tolli, quod idem Bal. notauit conſ. 117. vol 4. col. 2. Et poſſet huiuſmodi ſtatuti vel .l. iniquitas per eccleſiam vel Papam ęmendari. Bal. in illo §. in computatione fi. col.

5 Sed neque iuraméto interpoſito firmaretur cõtractus ſimulatus. ita enim voluit gloſſ. ſingularis in l. emptione. in gloſſ. maiuſcula. plus val. quod agit. & eam ſequuntur ibi Cyn. 2. quæſt. Bald. col 1. verſiculo,

quærit gloss. Angel. ibi, qui dicit illam particulam gl. alibi non reperiri. Salicet. col. 1. Iaſſ. in præſ. nu. 3. Panorm. in. c. ad noſtram. nu 5. de empti. & vendit. Angel. de Aret. in princip. nu. 31. de excep. Inſtitut. Alexand. in. l. ſi donatione. nu. 7. de collat. Iaſſ. in. 4. item ſi quis in fraudem. nu. 7. de act. Inſtit. Gomecius ibi, col. 2. diligenter eam rem proſequutus. Euerardus dicens eam eſſe ordinariam, & ſingularem conſi. 149. nu. 40. Curtius in auth. ſacramenta puberum. nu 58. ſi aduer. vendit. Iaſſ. ibi ante eum nu. 61. verſ. 7. idē Iaſſ. in. l. 2. nu. 20. ff. de iureiur. & multi præterea autores allegati ab And. Tiraquel. de conſtit. poſſ. 3. p. limit. 7. num. 31. & teſtantur gl. illius opinionem eſſe cōmuniter approbatam eam ſequuti Socin. conſi. 82. num. 4. verſ. & quia iſta materia. vol 3. Alex. nu. 14. Iaſ. nu. 44. in. l. nemo poteſt. ff. de leg. prim. Campecius de dot. 1. p. quæſt. 53. nu. 3. Ioan. de Neuizan. conſi. 23. col. 1. Ioann. Maria Riminal. conſ. 307. nu. 26. vol. 3. & eam ſequuntur allegantes alios Vitalis de Camp in clauſula, an iuramentum valideт contractum ſimulatum. nu. 1. Rebuff. 2. tomo conſti. Gall. de reſtit. gl. 8 nu. 11. vt periculi plenum ſit quod ſcripſit Socinus conſi. 155. col. fi. verſ. Secundò reſpondetur. dicens iurantem omnia eſſe vera, non poſſe opponere ſimulationē. idque Socinus inquit communiter teneri.

6 Limitanda tamen eſt, vt non procedat, ſi partes quæ contractū ſimulauerunt, nō ſolùm ſacramenti religione eum firmauerint, iurantes omnia contenta in illo cōtractu eſſe vera, ſed iurarunt etiam actui ſimulato non aduerſari, contra facereue, iam enim iuraſſe videntur, ne ſimulatio detegatur. Quare in ſpecie huius reſponſi altero petitum veluti ex venditione geſta petente, alter replicare tranſactionem non poſſet, niſi abſolutionem impetraſſet. Limitationem videtur tenuiſſe Bartolus in l. fin. ſ. lectione. verſ. quæro quid ſi inſtrumento. de non numera. pecun. & eam ſequuntur Ioannes de Imola in. l. nemo poteſt. col. 2. Alexand. ibi. numero. 17. Aretin. col. 5 ff. de legat. primo. Iaſſ. ibi. nume. 46. teſtatur hanc eſſe communem opinionem Ripa ibi, num. 74. & eam ſequuntur Imola num. 3. Alexan. num. 13. in. l. Seius & Augerius. ff. ad. l. Falcid. teſtantur eſſe communem Gomecius in. 5. itē ſi quis in fraudem. col. 2. de act. Inſtitut. atque iuxta eam conſuluit Angel. de Peru. conſi. 160.

Quanquam de hac opinione valde dubitat Ripa in illo. 5. diui. & apertè contrariam ſequantur Crotus ibi, nu. 47. Ioan. Hānibal nu. 382. Alciat. in præſenti. fi. col. qui falſò arbitratur priorem opinionem communiter non approbari. Sed & communis illa eſt & vera: neque abſolutionem petens ſimulator hic qui iurauit, eſſet audiendus, allegat enim ille turpitudinem propriam. Quæ tamen eſt limitanda, ſi tertius quiſpiam ſimulationem alleget, cui principalium perſonarum iuramentum minimè agenti obſtaret. argumento text. generalis in. c. ſuper eo. de officio delegat. cuius meminit in optimo propoſito Bartol. in. l. 1. 5. interdum numero. 4. ff. à quib. appella. non licet. atque ita in ſpecie hac notauit Salicetus in illa. l. emptio ne. & ſequuntur Iaſſ. & Ripa in illa. l. nemo poteſt.

7 Secundò limita communē opinionem vt non procedat in hæte de eius, qui contractum ſimulatum iurauit, hic enim impunè ſimulationis exceptione ſe defendet, neq; ad eum pertinebit periurij periculum. c. veritatis. de iureiur. l. generaliter. in princip. ff. de reb. credit.

Tertiò limita, ſi turpitudo eſſet iam detecta ab alio quàm ab ipſo qui iurauit. argumento text. optimi. in. l. alias. in fine. ff. de iureiur. quo probatur licere alicui allegare propriam turpitudinem, quę tamē ab alio iam detecta eſſet. ita enim eum tex. interpretatur ibi Petrus de Bellapert. quē intellectum Barto. ibi probauit numer. 5. & communem eſſe conſtat ex Alexand. nu. 8. Iaſ. numero. 18 Limitationem hanc admittunt Alexand. Aretin. & Iaſ. numero. 47. Ripa nu. 78. in illa. l. nemo poteſt. Felin.

in. c.

in.c.tertio loco.nu.8.de præsumpt.

8 Sed neque valeret renuntiatio facta à partibus ipsis contractũ aliquẽ simulantibus. Simulata enim & illa renuntiatio erit censenda. ita enim voluit Bart. in. l. nemo potest. 5. quæst. princip. ff. de deleg. primo. cuius de hac re sententiam testantur esse communem Alex. ibi, nu. 16. Iass. nu. 41. Ioannes Hannibal nu. 376. qui omnes illam sequuntur. Item Crotus nu. 47. Feli. in.c. si diligenti. num. 28. de for. compet. ex quo etiam constat hanc esse communem opinionem. Quòd si ex post facto contrahentes simulationi renuntiassent, admittenda esset renuntiatio, videntur enim à simulatione recessisse, quod idem Bar. ibi fatetur. argu. l. 2. de his quæ vi met. ve caus. gest. sunt. frequẽti omniũ cõsensu in hoc probatus. quibus adde tex. optimũ in. l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manu. vbi tẽporis interuallũ excludit suspicionẽ simulationis.

9 Sed neque pœna conuentionalis ex simulato contractu peti posset. quod Cynus obseruauit in illa. l. emptione. 2. quæst. cuius sententia verissima est ex. l. non dubiũ. sup. de. ll. & ex gl. in. l. si patronus. ff. si quid. in frau. patr. Ad quam multa ipse notaui in. l. 2. de rescind. ven. nu. 74.

10 Item adde exceptioni simulationis nullo tempori præscribi posse. quòd Bald. eleganter consuluit, & eum referens Curtius Iunior in. l. petens. nu. 14. sup. tit. 1.

11 Vltimò adde. Ad probandum aliquem contractum esse simulatum satis esse, si adsint verosimiles coniecturæ. arg. tex. vulg. in. l. dolum. j. de dol. mal. Sicuti enim dolus non potest liquidò constare, ita nec simulatio. atque ita nominatim obseruauit consultus Paulus de Castro.

Cuius opinionem sequitur Iass. in præs. nu. 4. atque idem Iass. in. l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. nu. 26. ff. de edend. sicuti & contractum esse vsurarium ex perspicuis indicijs constare potest. quod Bal. eleganter notauit in rub. nu. 9. de off. iud. probaturque quàm optimè in. c. cùm in tua diœcesi. de vsur. in. c. illo vos. de pig. Et licèt interdum quoad ipsos contrahentes non sufficiant coniecturæ ad probandã simulationẽ contra formulã contractus initam ab ipsis contrahentibus, illæ tamen erunt sufficientes, si tertius velit probare simulationem, si lędi eo contractu possit Anchar ra. cons. 27. & multi præterea quos allegat Carol. Moli. idẽ sequutus cons. 30. nu. 2.

12 Et generaliter verũ est, quæ sunt probatu difficilia, per præsumptiones atq; indicia constare solere. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. ibi, sed licèt hoc liquidò cõstare nõ possit, argumentis tamẽ cognoscendũ est. ex quo tex. colligit Bar. in l. in illa stipulatione, si Kalendis. in finalibus verbis. ff. de ver. oblig. in his quæ liquidò constare nõ possunt, satis esse si iudex informet conscientiã ex vehementi opinione. atq; ex eodẽ tex. colligit idẽ Bar. in. l. si quis ex argẽtarijs. §. an hæredi. nu. 3. ff. de eden. in casib⁹ clãdestinis & occultis satis esse si adsit probatio per cõiecturas. & addit multa ad tex. illum Iass. in præs. nu. 5. Plurima allegarunt idẽ Iass. in. l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. nu. 20. ff. de edend. Hippol. in ru. de probat. nu. 17. & nu. 315. Euerar. in topicis col. 3. Tiraq. de retract. cõuẽ. in præfatione nu. 36. Sebast. Sapia in. l. de ætate. nu. 24. ff. de min.

13 Addes præterea. Quòd simulatio magis inficit contractum quàm metus, quoniã in contractu simulato nullus omnino cõsensus adest, cùm tamen in contractu metu celebrato, volũtas quædã reperiatur.

14 Imò & dolo maius vitium est simulationis: quoniam cùm ex cõtractu dolo facto possessio, ac etiam dominium trãsferatur, l. & eleganter. §. ff. de dol. mal. ex cõtractu simulato neutrum transferri potest. l. emptor. ff. de aqua plu. arcend.

15 Magisque simulatio officit contractui quàm fraus: quoniam vt cõtractus in fraudẽ alicuius factus rescindatur, reuocatoria actione opus est, sed vt contractus simulatiõe gestus excidat, satis est de simulatione constare. Est & illa differentia inter hos cõtractus, quòd nemo admittitur ad rescindendũ cõtractũ prætextu propriæ fraudis,

licet tamen vnicuique simulationem propriam allegare, neque turpitudinem suam detegere videtur. Hæ duæ differétiæ inter hos contractus constant ex Bart. in l. iusiurandum. §. procurator. numer. 6. ff. de iureiur. & in l. filios. j. de his quæ in fraud. patro idem Bart. in l. post contractum. num. 4. ff. de donat.

16 Contractus autem in dubio verus præsumitur, nec simulatus. l. cum precibus. de probat. j. l. sed etsi maritus, in fine ff. qui & à qui. l. quãuis. cum gl. si quis alte. vel sib. Debet igitur quisque qui simulatum esse contenderit, siue agat ille, siue excipiat, specialem simulationis causam probare quo in simulatione possit obtinere c. fin. de renunt. lib. 6. atque ita Bart. respondit consil. 65. nu. 3. Iacobin. in præl. nu. 4. Alciat. li. col. in princi. Vitalis in clausula. quam citaui. nu. 13. Rebuffus quem iam allegaui nu. 7. qui plures citat eãdem opinionem sequutos. Tiraquel. de retract. municip. §. 1. gl. 14. nu. 59. dummodo opponatur à parte. Bal. & Salicet. in l. ab Anastasio j. mand. Greg. Lop. in l. 40. tit. 11. p. 5. in gl. frutos.

17 Deinde collige ex text. ibi, frustrà. verbũ hoc præcisam actus nullitatẽ significare. idem probat. text. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. vbi id notat Bart. nu. 23. Sed obstare videtur. text. in l. si Titius. ff. de fideiuss. in l. 1. de non nume. pecu. & ibi eum text. notat Bald. 1. opposit. Sed vera est in hac difficultate sententia Panorm. in c. veniens. col. pen. vers. vltimo circa prædicta. de accusat. existimantis verbum hoc suapte natura habere effectum latæ sententiæ, sed ex materia subiecta propriam naturam exuere, atque hanc intelligentiam probant etiam Tiraquell. post alios in l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 109. de reuo. donat.

Summa rerum. L. Si maior.

1 *protestatio doli transactionem non rescindit.*

¶ L. Si maior.

L. Nec intentio.

1 NOn diuiditur text. hic, sed neque legitur. Summatim hoc cõtinet. Protestatio doli transactionem non rescindit, oportet enim dolum aliter quàm protestatione probari l. dolum. de dol. l. metũ. de his quæ vi met. ve caus. gest. sunt. Vel secundò dic. Contestatio super dolo non rescindit trãsactionem. Qui duo intellectus gl. sunt in præsenti, quos nemo reprobauit. Addit gl. quosdam tuliſſe legem hanc in minore locum non habere, quæ in maiore loquatur, sed minor nunquam hoc solum quod minor sit restituetur, sed quod sui facilitate vel dolo aduersarij captus sit. l. nam & postea §. si minor. ff. de iureiu. l. non omnia. ff. de minor. neque videbitur circumscriptus, cum iure communi vsus est.

Summa rerum. L. Nec intentio.

1 *Exceptio. Non sum hæres, non potest opponi creditoribus hæreditarijs post solutionem vel promissionem ex causa transactionis.*
2 *Examinatur gl. non posses.*
3 *Text. hunc non procedere calumnia interueniẽte.*
4 *Vel nisi tanquam hæres Archimedori Tatianus transegisset.*
5 *Solutum ex causa transactionis non repetitur.*
6 *Agens contra aliquem tanquam contra hæredem probare debet eum esse hæredem.*
7 *Et hoc in suis hæredibus an habeat locum?*

¶ L. Nec intentio.

DIuiditur in duas partes. In prima factum proponitur ac decisio. In secunda, ratio decisionis, cum quadam ampliatione quæ est ibi. nam cùm iam.

1 Collige tu modò, quòd exceptio hæc. Nõ sum hæres, non potest opponi creditoribus hæreditarijs post solutionem vel promissionẽ factã ex causa transactionis. Ratio huius decisionis in natura trãsactionis sita est, ltẽ etiam ex alia iuris regula fundatur, quoniam qui suum recepit, quanuis ab eo qui id non debebat, nõ tenetur reddere solutum. l. repetitio. ff. de condict. indebit.

2 Sed an verũ hæredibus Archimedori pecu-

nia hic repeti posit. Et glo. non posset. ex hoc respõso negat repetitionem, quoniã per eam solutionem veri hæredes nõ sint liberati. l. si tibi. §. cum possessor. ff. de pact. idem Bart. 2. lect. in fine. & addit Alex. col. 2. doctores transire cum gl. hac. Sed videtur huic propositioni obstare. l. si quid possessor, in prin. ff. de pet. hær. vbi solutũ à possessore hæreditatis prodest veris hæredibus sed gl. respondet ibi solutionem fuisse factam ex contractu defuncti, hic vero ex proprio ipsius soluentis, hoc est ex sua transactione. Neq; obstat. l. si ex duobus. ff. de tut. & ratio. dist. vbi solutio vnius prodest alteri: quoniam ibi loquitur lex in duobus tutoribus ex eadem causa obligatis. Petrus tamen, Cinus, Fulg. & Alexan. item Lancellotus Decius fi. col. ex quadã æquitate arbitrantur admittẽdũ hunc possessorem vt data repetat à veris creditoribus qui sunt hæredes, quibus solutio illa profuit, quoniam ab ipsis exigi illa nõ poterunt, ne contra bonam fidem fiat. l. bona fides. ff. de regu. iur. & quoniam nul dãpni esse oportet bonæ fidei possessoribus. l. sed & si lege. §. consuluit. Litem videdum. ff. de pet. hæredit. quæ opinio verisima mihi videtur.

3 Limitabis tu legem hanc non procedere, si illi creditores per calumniam hunc Tatianum conuenissent, scientes eum hæredem minimè esse, nam repeteret impune hoc casu data ex causa transactionis. l. in summa. §. 1. ff. de condict. indebit.

4 Secundò limita si tanquam hæres Archimedori Tatianus hic transegisset: comperto enim quòd hæres non sit, concederetur illi condictio indebiti. quod Alciat notauit nu. 6.

4 Collige præterea ex text. ibi cum & si tãtum, quòd cui non competit exceptio, multò minùs actio dabitur: cui tamẽ actio datur, multò magis competet exceptio. l. inuitus. §. cui damus. ff. de regu. iur.

5 Deinde nota solutum ex causa transactionis non repeti veluti indebitum. idẽ probat tex. in. l. si nõ transactionis. de iur. & fact. ignor. sup. vbi ego plura scripsi huc spectantia.

6 Vltimò collige ex tex. hoc secundũ Bal. in vltimo notabili, quòd agens contra aliquem tanquam hæredem alicuius, probare debet eum esse hæredem: nam hic dicitur quod intentio creditorum Archimedori Tatianum tenere nó potuit, si ex causa factionis non soluísset. Et hoc rationem habet: nã cũ aditio hæreditatis in facto cõsistat, aut certè in animo facto aliquo declarato. l. pro hærede. l. gerit. ff. de acqui. hære. cum alijs factum hoc nisi probetur, præsumendum minimè est. vulg. l. si emancipati. de collat. maximè vt aliquem oneribus hæreditarijs obligemus.

7 Sed hoc ex quorundam sententia in suis hæredibus non procederet, aduersus quos fundata est intentio creditorum quod sint hæredes, nisi probent se bonis paternis abstinuisse. ita enim voluit gl. ordinaria in auth. vt hi qui obligat. col. 3. verbo. parentes. collat. 5. quam veluti singularem approbauit Bal. in. Lapud hostes. nu. 4. versi. item sequeretur. de suis & legiti. liber. Idẽ Bal. in. c. 1. nu. 1. an. ag. vel fil. dicens eam esse ordinariam, & eam quoq; sequuntur Roma. col. 3. iq. l. necessarijs. ff. de acqui. hære. & alij præterea quos allegat Tiraquell. de vtro. retract. §. 1. gl. 9. n. 51. & testatur esse communem opinionem vltramontanorum Angelus de suitate. quæst. 9. nu. 65. Verũ gl. illius opinio post inductum à prætore abstentionis beneficiũ falsa est, sunt enim sui hæredes quo ad hanc causam attinet redacti ad instar extraneorum, l. nam nec emancipatus. ff. de lega. primo. & videtur contra gl. illam tex. in. l. qui se. ff. de acqui. hær. & in. c. ex præsenti. in fine. de pign. & contrarium melius voluit glo. in. l. necessarijs. in gl. teneantur. ff. de acqui. hær. vbi eam sequuntur Bart. n. 1. & pleriq; omnes & testatur esse cõmunem Alexan. nu. 5. communem esse prædixerat Romanus. nu. 14. & idẽ quoq; voluit gl. in. l. si cum dotẽ. §. transgrediamur. in glo. extiterit. ff. solut. matrim. vbi eam se

quuntur Bart.nu.3.Roma.n.48.Paulus de Castro.ibi.nu.3.dicens communem esse gl.opinionem,& omnes prope posteriores gl.in.l.ita tamen.§.si pater in glo.1.ff. ad Trebell. gloss.in.l.1.in gloss.2. si mi. se maior dixe.& tenet hanc opinionem Bart.in.l si filius qui patri.nu.6.ff.de vulg. & pupill.Socinus ibi.nu.2. Alexander cõsi.34.nu.4.vers.nec obstat. volu.3.Ang.de Aret.in.§.sui.nu.8.de or.qualit.& dif. dicens hanc esse veritatem Viglius.ibi.n.8. dicens hanc opinionem esse receptiorem. & testantur hanc opinionem esse cõmunem eam sequuti Iass.in.l.ei qui.nu.1.ff.de acqui.hær.Alexand.in illo.§.si pater col.1. Andræas Tiraq.de morte.7.par.declarat. 2.nu.6.Antonius Gometius lib.1.varia. resolut.c.9.nu.25. atque secundum eam memini in causa patricij cuiusdam Salmaticensis fuisse à nobis iudicatum.

¶ Summa rerum. L. Siquidem.

1 *Solutio partis ex causa transactionis inducit liberationem respectu totius obligationis.*

2 *Confessio debitoris dicentis se debere centum, nõ obest creditori quin ducenta petere possit.*

3 *Si soluam creditori meo centum, an deinde ego alia centum petere possim.*

4 *Et quid si creditor dicat id se accipere ex reliquatione computationis.*

¶ L. Siquidem.

Dissoluiditur in duas partes. In prima ponitur dictum. Aliud in secunda quæ est ibi. sin vero. Ex prima parte tu collige solutionem partis ex causa transactionis inducere liberationem totius obligationis. Et fuit ratio dubitandi secundum Paulũ de Cast.in præl.à quo eã Riminal.& Iass. sunt mutuati, quoniam cum lite mota super centum transactione inter partes conuenerit, vt quinquaginta darentur, pactũ de non petendo solum ad quinquaginta referendum videbatur, atq; alia quinquaginta impunè peti posse. Sed contrarium decidunt imperatores, quoniã generalis fuerat lis super centum. 1

Collige deinde confessionem debitoris dicentis se centum debitori debere, non obesse creditori quin ducenta petere possit, si sibi debeantur. Et vt textus hic singularis magis sit, aduerte acceptasse creditorem hãc debitoris sui cõfessionem.quod ex eo probat Aretinus.3 notabi.quòd cùm in superiori casu acceptatio intervenerit, sine qua transactio inter Victornum & ipsius aduersariam concipi non potuit, videntur imperatores in hoc posteriori casu acceptationem suppo fuisse.Qui in hoc vno differentiam inter hos casus constituunt, quòd prior transactionem, posterior confessionem contineat, imò intelligunt hunc tex. Paulus & posteriores in præsenti, vt loquatur, quando creditor recepit à debitore partem illã quam dixit se tantùm debere, nam adhuc residuum petere non prohibetur. in quo existimat Paulus tex. hunc singularem esse.Cui obstare in hac parte videtur, quòd qui confessioni alicuius innititur, qualitatu quoq; confessionis se obligare debet. l. siquidem.cum gl.1.de except.c.cum olim de constitut. Sed huic difficultati eleganter Bal.respondet. 2.notabi.dicens veram quidem regulam esse, sed in hac specie nullam prorsus qualitatem ex dictione taxatiua accessisse confessioni, quoniam diuersa sit omnino summa illa, de qua confessio facta fuit ab ea, quæ modo petitur. & Bal.doctrinam sequũtur Salicet. Aret. & Alciat.tametsi dubitare se super hoc dicat Iaf.& satis durũ Riminaldo videatur. 2

Quærit deinde Bart.nu.2. an si ego creditori meo centum soluerim, ac deinde ego ab eodem paucis interiectis diebus alia centum petam quæ ille mihi debet, an præsumpuo hinc sit contra me quod ille nil mihi debeat, cui ego paulò antè eam quantitatem persoluerim quã potuerim cum illo compensare, & vtilius mihi fuerit hoc remedio vti.l.3.ff.de cõpensat.Sed Bart. respondet soluenti non præiudicare numerationem quo minus debitũ suũ 3

possit

posit repetere. ex tex. eleganti in. l. si cum dos. in prin. ff. de act. rer. amot. & Bart. de cisionem sequuntur omnes reste Alexã. in præsenti. Quam tamen Bal. Salic. & recentiores limitant non procedere, si interueniãt aliæ cõiecturæ. l. Procula. ff. de probat. Francis. Niconitius. alleg. 1. nu. 18. vol. 1. Sed quærit statim Bart. an confessio creditoris dicentis Titium sibi debere centũ, præiudicet ipsi, vt ducenta petere minimè possit. Et Bart. breuissima distinctione inquit, quòd si in huiusmodi confessione addita fuerit dictio taxatiua, vt solum, tãtum, vel similia, confessio illi impedimento sit ne amplius possit petere: quòd si in definitè centum sibi deberi dixerit, non fiat ei præiudicium in residuo. allegat Bar. tex. in. l. rationes. secundum opinionem Azonis de probat. ĩ. sed ille text. potiùs hoc probat secundum opinionem Hugolini relatam in glo. quantitatem. licèt eandem esse opinionẽ Azonis Bar. ibi existimauerit. n. 2. inducit præterea Bar. text. in. l. 3. § cum Titio. ff. de adimen. legat. vbi dictio taxatiua adimit de priori quantitate, & operatur ne residuum debeatur. Et hanc Bart. decisionem sequuntur Bal. ad finem. Item Fulgo. dicens habuisse se hãc quęstionem ex facto, succubuisse tamen, quoniam non allegauerit Barto. in præs, idem sequuntur Salicet. & posteriores. & Alexan. inquit cum Bart. transire omnes. & communem esse testatur Curtius Senior. nu. 5. & eam sequuntur Lancell. & Iacobi. nu. 3. cui multum suffragatur tex. in. l. cum furti. ff. de in lit. iur.

4 Limitabis tu modò hanc communem opinionem, vt non procedat, si creditor dicat certam quantitatem sibi deberi ex reliquatione computationis, nam hoc casu in ampliori quantitate sibi præiudicat. Salicet. Riminal. Iacobi & Ias. in præs. & ita à plerisq; responsum fuisse affirmat Alciatus idem sequutus nu. 5. pro quorum sententia est pulchra gl. in. l. si ex pluribus. in prin. in glo. parua. verbo. reliquum. ff. de solut. quam ibi in hoc notant Angel. nu. 4. dicens hoc non inueniri alibi ita clarè. Imola. nu. 2. Paulus de Castro. nu. 2. id vel plurimum commendans. & idem quoq; notauit Bal. in. l. ab Anastasio. num. 5. mãdat. ĩ. vbi tamen gl. illam non meminit. sequuntur eandem opinionem Alexan. nu. 4. Iasson. nu. 7. in. l. 2. de hære. inst. ĩ. Ioãnes Neurzanus cõs. 84. nu. 11. Cæpola in. l. potest reliquorũ. nu. 2. ff. de ver. sig. Peralta in. l. Titia. in prin. n. 13. ff. de leg. 2. Quare admonet Cæpola caut. 177. debitores vt semper curent apponi verbũ hoc in apochis receptarum pecuniarum. Quòd limitat Alciatus vt non procedat si errorem creditor probauerit, ne ducupatione verbi illius elusus remaneat.

§ Sũma rerum. L. Si maiores.

1 *Transactio non rescinditur propter defectũ causæ non expressæ.*

2 *Donatio non retractatur quod donatarius non fecerit hæredem donatorem.*

§ L. Si maiores.

Diuiditur in duas partes. In prima ponitur factum. Decisio in secunda, quæ est in vers. nõ idcirco. Summam hoc cõtinet. Transactio non rescinditur ob defectum causæ non expressæ. idẽ probat tex. in l. si repetendi. de condict. ob caus. ĩ. l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. Ex quo tex colligit ibi Bal. 3. notabil. quòd nõ sufficit aliquid esse in intentione, nisi eriã sit in dispositione. Er sicuti posthumus qui non est perfectè natus non rumpit testamentum l. fi. de posthu. hære. instituen. ita etiam animus in mente retentus nil operatur quasi abortiua illegitima quæ hęc voluntas sit. ita enim idem Bal. eleganter scripsit in l. 1. nu. 32. qui admit. & plurima in hoc proposito allegat Andræas Tiraquell. in. l. si vnquam. in parte libertis. nu. 18. de reuo. donat.

Vt tamen hoc intelligas esse verũ, quãdo ab vna parte tantùm aliquid tacitè agitur

tur, nam si ab vtraq;, pro expresso id habendum est l. cum quid. ff. si cer. pet. quo in loco Bart. nu. 9. elegantem distinctionẽ posuit in hoc, quam ibi sequuntur omnes. & esse communiter approbatam testantur Aretinus. ibi. nu. 7. Decius. 1. lect. n. 22.

2 Collige deinde ex tex. hoc secundum Bal. Iacob. & Iaſſ. donationem non reuocari, quòd donatarius donatorem hęredẽ non fecerit: certè enim causæ in iure sunt, ex quibus licet perfectam donationem reuocare. l. fi. de reuo. donat. ¶. sciendum. de donat. Inst. c. fi. de donat. quibus hæc ſimilis non est. Gl. cõditione. quęrit quid esset dicendum si conditio quam hic contrahentes subintellexerunt, esset expressa. Et gl. remittit huius articuli resolutionẽ ad l. cum donationis. infrà. eod. vbi nos eum explicabimus.

Summa rerum. L. Transactione matris.

1 *Transactio matris filijs non nocet.*
2 *Si mater conueniat vt filius ad certum tempus ęlicui ministret, an huiusmodi conuentio filio nocet.*
3 *Esse tamen casum in quo factum matris filijs nocet.*
4 *Confessio profitentis se esse alicuius vassallum, an præiudicet filijs.*
5 *Professio vel transactio in causa nobilitatis, an præiudicet filijs.*
6 *Sententia lata in statu matris filijs præiudicat.*

¶ L. Trãsactione matris.

1 NOn diuiditur. Ex qua tu colligę transactionem matris filijs non nocere. Quod tu primò accipe respectu status, nã si super statu ipsa transigat iuxta l. fi. ¶. eo. huius factum filijs non nocebit. l. ad probationem seruitutis. de probat. ¶. l. post certi. de liber. caus. vbi non potest mater pacto efficere, vt filius ipsius seruus fiat. Idẽ quoq; in patre esse dicendũ rectè Alciat. arbitratur. nu. 6. cui de statu filij transigere non licebit.

Præterea cùm patri liceat propter nimiam paupertatem egestatemq; victus causa filium filiamve venũdare. l. 2. de pat. qui fi. distraxe. l. 8. titu. 17. p. 4. certè matri hoc non licere existimat. gl. 2. ibi. argumẽto nostræ legis.

2 Sed si mater cum aliquo conueniat, vt citra lęsionem libertatis in eius ministerio filius occupetur saltem ad triennium vel aliud certum tempus, an valeat huiusmodi conuentio. Et gl. in. l. post certi. ¶. de liber. caus. valere cõuentionem in hoc solum, vt si filius stare cõuentioni nolit, mater ad id quod domini interfuerit, dãnetur.

3 Nocere tamen interdum matris factũ filijs potest, vt si illa contumax sit, negans ventrem esse inspiciendum. l. 1. ¶. si cui. ff. de vent. inspi. l. fi. ff. de liber. caus. l. 3. ¶. si mater. ff. de carbo. edict.

4 Colligit deinde Bal. ex. l. hac, quòd si alicui quis vassallum se alicuius esse profiteatur, huius professio filijs non præiudicet, quorum status parentum conuentione lædi non potest. & idem sequuntur propè omnes scribentes. neq; hoc ita clarè alibi inueniri Curtius Senior affirmat. Addit Alex. nu. 11. neq; parentum iuramentum filijs obesse in hac specie. argumento tex. in. l. 3. ¶. fi. ff. de iureiur.

5 Ex quibus videtur inferri in regno nostro professionem vel transactionem factam à patre cum aliqua communitate sit per causa nobilitatis, quę vulgo hidalguia vocatur, filijs ipsius vel posteris non nocere, maximè cùm hanc nobilitatis prærogatiuam non ducat filius à patre, sed à maioribus suis, vnde à patre eis sufferri nõ potuit. l. 3. ff. de inter. & releg. l. 3. ff. de liber. caus. Sed quæstionem hanc tribus propositis conclusionibus rectè explicauit Ioãnes Arze ab Otalora de nobilit. 2. part. 3. p. ca. 9. nu. 7. cum sequentibus secundũ priorem æditionem.

6 Sententia tamen lata contra parentem in causa quoq; status, filijs eius posteris

semper

semper nocebit.l.2.de liber.& eor. libe. vt negari minimè possit fortiorem quando que esse rem iudicatam transactione.

¶ Sũma rerum. L. Sanum mẽte.

1 *Corporis infirmitas non est impedimento transactioni.*
2 *Sed neq; extrema senectus.*
3 *In extremis quoq; vitæ constitutus quemuis cõtractum rectè geret.*
4 *Potest quoq; is adire hæreditatem. Et an beneficium infirmus sacerdos renuntiet, vel officiũ publicum deserio.*
5 *Et matrimonium contrahere.*
6 *Corporis debilitas non est impedimento his quæ animi consilio peraguntur.*
7 *Ratio dubitandi ad hanc.l.*
8 *Declaratur tex.in.l. medicus. ff. de extraordi. cognit.*
9 *Atq; ex hac.l.communem quendam stilum notariorum processisse.*
10 *In dubio tabellione nil dicente an sane mentis præsumatur testator.*
11 *Idem tractatur.*
12 *Morbus quo quis est semel detẽtus, an durare præsumatur.*
13 *Tabellioni dicenti testatorem sana mente condidisse testamentum, an sit credendum.*
14 *Idem tractatur.*

¶ L. Sanum mente.

Diuidi potest in duas partes. In prima ponitur quædam regula, ex qua facti de quo additi sunt imperatores decisio consequitur, quæ est in versu nec postulare.

1 Collige tu modò corporis infirmitatem non esse impedimento contractui ab infirmo gesto. Adde nec testamento esse morbum corporis impedimento. l. seniũ. in fine. qui testa face. possit. l. 2. ff. de testament. nisi talis morbus sit, qui etiam sensui corporis vitium afferat. l. in aduersa. ff. de testament. Sed neq; extrema senectus. 2 (quæ & ipsa, vt inquit ille, morbus est) testamento quicquam officit. vt in illa. l. senium. sed nec cõtractui. l. senectus. de donat. infrà.

3 Tu adde non solùm ęgrum corpore posse transigere, & quemuis contractum facere, sed etiam si fit ille in extremis vitæ constitutus. tex. pulcher est in. l. Seia. §. fin. ff. de donat. cauſ. mort. quem in hoc dicit esse singularem Bal. in. c. quoniam frequẽter. in prin. n. 8. vt lit. non contest. Testari etiam potest is qui ęger est, ac etiam in extrema valetudine cõstitutus. l. si pater. §. fi. ff. de fideicom. libert. l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. Idem probat tex. vulgaris in. c. nos quidem. ibi de hac luce migrãte. & in cap. Rainũtius ibi in extremis positus. Imò etiã si semineci sit ille ac balbutiens. l. quoniã indignum. §. de testam. Qua ratione testimonium quoq; dicere poterit in vltimo articulo cõstitutus. Bal. eleganter in. c. 1. §. vassalli. n. 6. de pace. cõst.

4 Adire quoq; hæreditatẽ potest sanus mente, licèt corpore ęger sit, modò ne in extremo sit vitæ spiritu, vt iam nõ intelligat quod agat. ita enim voluit. gl. notabilis licèt vulgò notissima in. l. fi. verbo, conditionem. ff. quando dies legat ced. quam vti singularem notauit Iaſſ. in. l. siue apud acta. nu. 18. infrà. eod. & in. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. n. §. ff. de leg. primo. Nam si ęger iam spiritum vellet exhalare, non posset adire hæreditatem. quod tex. in illa l. fi. optimè probat. quem in hoc notauit Bar. ibi. item Socinus dicens esse singularẽ in. l. Mutianæ. col. 1. ff. de condi. & demonstrat. Aliquando tamen quę geruntur ab infirmis nõ carẽt fraudis suspicione. quod 3 Bal. eleganti exemplo obseruauit in auth. nisi rogati. nu. 24. ad Trebel. Vnde renuntiatio beneficij facta ab infirmo non valet, nisi viginti dierum lapsu eo qui renuntiat superstite confirmetur. regula cancellariæ de infirmis resignantibus, & illuc interpretes. Idem apud nos constat in renũtiationibus officiorum decurionatus. l. 22 tit. 2. lib. 7. ordinament. Idem est in tabellionibus & receptoribus.

5 Matrimonium quoque corpore infirmus rectè cõtrahet. c. 2 de coniug. leprosi. etiam spirituale. c. sicut. de regular. Imò verò &

rò & constitutus in extremo vitæ periculo vsque adeoq; firmum est huiusmodi matrimonium, vt ex eo quoq; filij antea nati legitimentur etiã ad excludendum substitutum ex dispositione tex. in c. tanta qui filij sunt legit. vbi hanc opinionem tenuerũt Ioan. Andræ. & eum citans Antonius. nu. 14. Præposit. nu. 7. & idem quoque voluit Cinus in L. nuper infrà. de natural. liber. Bal. eleganter in c. 1. §. naturales nu. 9. si de feu. fuer. controuer. & testantur esse communẽ opinionem hanc eam sequuti Alexan. in l. si quis posthumos. in principio. nu. 4. ff. de liber. & posthu. Episcopus Segobiensis. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 2. nu. 10. Oroscius in l. Paulus. nu. 5. ff. de stat. homi. idem Oroscius in l. benignius. nu. 3. ff. de legibus. & hanc opinionem sequuntur plures authores quos citat Petrus Dueñas reg. 350. limitat. 1.

6 Quorum omnium vna ratio est: quoniam corporis debilitas, vel ægritudo, nõ est impedimento ijs rebus gerendis, quæ animi iudicio peraguntur. l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vacat. muner.

7 Sed ratio dubitandi ad l. hanc quæ esse potuit & illam colligit Lancellotus Decius in præl. ex gl. in illa. l. senium. in gl. prima quoniam dubium non sit, ex corporis infirmitate alienationem quoq; mentis interdum euenire, quoniam naturales operationes ministerio sensuum instruuntur.

8 Sed videtur morbum esse impedimento cõtractui. Quare ipse oppono tex. in l. medicus. ff. de extraordi. cognit. vbi venditio quarundam possessionum à prætore rescinditur, quoniam ab infirmo fuerit celebrata. Sed tex. ille contractum ab infirmo celebratum ea ratione rescindit, quoniam cum medico ipso fuerit celebratus: ibi enim medicus metum ægro per aduersa medicamẽta, quæ illius oculis intulerat, induxit, quare inciuile factũ medici præses coercet. atq; ita legi illi respondent in præl. Salicet. & Curtius Senior. n. 1. Alcuat. nu. 8. Generaliter autem Bar. & Alberi. in illa. l. medicus. statuunt non valere contractum gestum inter medicum & infirmũ. atq; idem Bart. in l. archiatri. de profess. & med. lib. 10. & tametsi contrarium velit Bal. in l. interpositas. nu. 5. sup eodem. Bar. intellectum esse communem eum sequutus affirmat Pinellus. in l. 2. de rescind. vendit. 2. p. c. 2. n. 33. declarauit ó; quàm optimè tex. illum Rebuffus. 2. tomo. cõst. Gall. de rescis. contra. in præfa. nu. 29.

9 Dicunt autem Bal. Fulg. & Lancellot. in præsenti ex hac. l. desumpsisse tabularios communem stilum, quo illi vtuntur, dicentes testatorem testamentum suum ordinare sanum mente, licèt ægrũ corpore.

10 Sed quid si huiusmodi clausula omissa sit à tabellione, et in dubio præsumptio est testatorem sanam mentem habuisse. l. nõ codicillos infrà de testam. c. fin. de succes. ab intestat. Sed hoc accipiẽdum est, nisi testator hic aliquando furore vel alio morbo mẽtem eleuante laborasset: nam si modò testetur, oportet eos quos testamenti causa tangit, probare eum fuisse tempore conditi testamenti sanę mentis. ex tex. in c. indicas ei manum. 3. q. 9. vbi hoc tenet gl. ostenderis. alia in illo. c. fi. verbo cõpotem: quæ ita interpretatur tex. in illo. c. indicas ei manum. & eam ibi sequuntur Panor. nu. 20. Cardinal. & Anchar. in clemẽ. 1. de homicid. Alexan. vbi multos citat gl. illam sequentes in l. furiosum. nu. 2. qui testam. face. pos. vbi Ias. idem sequutus. n. 3. affirmat gl. illam ab omnibus teneri. & esse cõmuniter approbatam testantur eam sequuti Præpositus in c. cum dilectus. de spons. nu. 2. Ias. in l. patre furioso. n. 5. ff. de ijs qui sunt sui vel al. iur. & eam sequũtur permulti, quos allegat Petrus Dueñas in allegatione in causa matris suæ. n. 8.

11 Quam oportet ex Bart. declarari in l. 2. ff. de bono. pos. infant. furi. delat. vt ea præsumptio locum habeat, si constet hũc mẽ te captum fuisse aliquo tẽpore continuo, puta anno vel mense: namq; diuersum esset, si certis quibusdam actibus eum fuisse furiosum ostendatur. & hanc Bart. declaratio-

claratione sequuntur Alexā. & Iaſſ. vbi ſup. Alciatus. 18. præſumpt. 2. regulę. col. 2. Epiſcopus Segobien. de ſpon. 2. p. c. 2. n. 6. qui & alios allegant. Bart. opinionem approbantes. Cùm autem contentio fuerit an teſtator mẽte alienus atq; furioſus fuerit, oportebit ad probandum furorem cõfugere ad eas coniecturas, quas leges nobis propoſuere, vt ſi per vicos more inſanorum deridenda loquieretur. l. ob quæ vitia. in prin. ff. de ędilit. edict. vel ſi lapides iactabat. l. 2. de iudę. & cęlic. vel riſu digna ſcripſerit in teſtamẽto. l. quidam in ſuo. de condi. inſtit. l. idem Africanus. §. conſtat. de legatis primo. Sed quoniam ſolent quidam furorem fingere vt pœnas euadant vel vt onera ciuilia detrectent. l. obſeruare ff. de curat. furio. totum hoc ex arbitrio iudicis dependet. Sali. in illa l. furioſum. n. 3. Corneus conſ. 73. vol. 1. nu. 6.

12 Sed morbus quo quis ſemel detentus fuit, an durare præſummatur. Quòd videtur, ex tex. in. c. 2. cum inter canonicos. de elec. Ex quo colligu gl. ibi in parte. recuſatus. quòd ſi quis fuerit ſemel repulſus ab electione vt q morbo laboraret, non eſt amplius eligendus, niſi conſtet illum morbum incolumem euaſiſſe. & gloſſ. illius opinionem ſequuntur ibi in qualibet ęgritudinis ſpecie Butrius Imo. & Panor. Sed melius Innocentius Bal. & Cardinal. qui illam gl. præſumptionem ad eos ſolùm morbos reſtringunt, qui natura ſua ſunt durabiles, quales morbus comitialis, Gallicus, podagra, & id genus alij. Secùs enim eſſet dicendum in febri quadam tertiana exquiſita, quæ longiſſima ſeptem periodis terminatur. quod Hippocrates docuit. 4. ſectione aphoriſmorum, ſententia. 59. itẽ Gallenus de arte curatiua ad Glauconem. lib. 1. c. 18. col. 2. atq; ita hanc poſteriorem opinionem affirmat eſſe communem eam ſequutus Alciatus. 19. præſup. 2. regul. fi. col.

Sed ſi notarius coram quo factum te-
13 ſtamentum fuit, dicat teſtatorem ſana mẽte condidiſſe teſtamentum, an eius relatio ni ſtandũ ſit. Quod videtur, creditur enim tabellioni in his quæ ad officium eius ſpectant. c. cum parati. de appellat. c. quoniã contra de probat. Nam & nuntio dicenti ſe aliquem citaſſe, fides ex iure adhibetur. l. omnes. verſ. verum ſi apparitor. de epiſ. & cler. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eorum. Quare credendum eſſe in hac ſpecie notario exiſtimat Ioannes de Imola ſub dubio fortè in. l. 2. n. 2. ff. de teſtament. Verum crebriùs in contrariam ſentẽtiam itum eſt, quam tenent Dyn. & Iacob. de Bellouiſ. in illa. l. 2. ff. de teſtam. Bald. ibi in verſ. quid ſi notarius qui ſolum Iacobum refert. Sed fuiſſe quoq; eius ſentẽtię Dinũ conſtat. ex Imola, quam & Aret. ſequitur nu. 2. dicens eam eſſe veriſimam. Curtius Senior in præſ. n. 2. qui multos allegat eãdem opinionem probantes. quam & Cinus videtur tenuiſſe in. l. 2. qui teſt. fa. poſ. vbi idem videtur ſequutus Alexan. nu. 2. & eſſe communem opinionem teſtatur Iaſ. ibi eam ſequutus. nu. 2. quam & Ange. probauit in. l. quidam in ſuo. num. 3. ff. de condi. inſtitut. & teſtatur eſſe communẽ eam ſequutus Boerius deciſ. 23. n. 73. & eã ſequuntur allegantes alios Decius in. l. ſenium. qui teſta. face. poſ. num. 8. Corneus conſilio. 73. num. 6. volumine primo. Ioãnes de Neuizanis. conſilio. 46. n. 16. Quorum ea ratio eſt, nam ſanitas mentis non poteſt à notario percipi aliquo ſenſu corporeo, quare illi credendum non eſt ſicuti nec teſti crederetur. l. ſolam. cum gloſ. de teſtib. Secunda ratio eſt, quoniam de qualitatibus & rebus naturalibus non poteſt notarius conficere inſtrumentum ad inducendum effectum, qui non dependet ab hominis poteſtate. quod Bal. eleganter notauit, in rubrica de fid. inſtrumento. in frã. num. 16. Sed quòd teſtator poſſit facere teſtamentum, non dependet ab eius voluntate ſed à legis diſpoſitione. vt inſtit. quib. non eſt permi. face. teſt. Tertia hiſ ratio accedit quoniam notario non creditur niſi in ijs, de quibus rogat' eſt. auth. de tabelli. in. §. nos autem, collat. 4. Neq; fun-

dametũ Ioãnis de Imola, huic opinioni obfuerit, quoniam notario, vel officiali creditur in ſpectantibus ad ſuum officium, quæ ſunt læuis iacturæ, vt eſſe citatum aliquem vel non, hîc autem agitur de maximo præiudicio. ita enim ex doctrina Bartol. tollit hanc difficultatem Aretin. columna. 2. in illa l. 2. ff. de teſtam. & mihi placet.

14 Sed hæc opinio communis non procederet, ſi notarius ipſe ex profeſſo ſanam mentem defuncti teſtaretur, dicens teſtatorem de pluribus ac diuerſis rebus interrogatum, tam à ſe quàm à teſtibus congruum ſemper reſponſum reddidiſſe. ita enim voluit Angel de Aretio. in tractat. de teſtament. verbo, ſanus. Cuius opinio mihi placet, niſi legitimi hæredes apertiſſimis argumentis demonſtrent inſanæ mentis eum eo tempore fuiſſe. Vt tamen illud ſemper memineris, magis eſſe credendum teſtibus deponentibus de ſana mente alicuius, quàm illis, qui deponũt de inſania. ita enim voluit Philippus Corneus conſil. 219. numero. 2. volum. 1. Decius in l. furioſum. numero. 20. qui teſt. face. poſ. AEmilius Ferretus in. l. 2. ff. de teſta. numer. 6. Quoniam teſtes deponentes ſecũdùm ius commune, præferuntur alijs, qui præſumptioni iuris communis aduerſantur. ca. fin. de præſumpt. Præferuntur etiã hi, quoniam deponunt vero ſimiliora. l. ob catmen. §. fin. ff. de teſti. Imò deponentibus duobus teſtibus de ſana alicuius mente, magis creditur, quàm mille de inſania. quod Boerius deciſio. 100. numero. 5. notauit ex Abbat. in capit. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat. ſed Panormi. ibi. numero. 20. hoc non dicit. Ego vero rei huius diſquiſitionẽ religioni iudicantis committo, qui perpenſa negotij teſtiumq; qualitate, quid hîc ſtatuendum ſit, arbitrabitur.

Summa rerum. L. Siue apud acta.

1 *Ex tranſactione facta in iudicio nõ oritur actio, niſi ſtipulatio illi acceſſerit. Sed neq; ex quocunq; contractu nudo.*
2 *Niſi ad coadiuuandum iudicium tendat.*
3 *Sed hanc inueſtigationem iure canonico. & noſtro inutilem eſſe.*
4 *Statutum exigens ſcripturam in contractu mulieris eſſe exorbitans, & non comprehendere contractum liberationis.*
5 *Statutum de ſoluenda gabella ex contractu, an diſtractum comprehendat.*
6 *Auth. ſacramenta puberum. an comprehendat diſtractum.*
7 *Confeſſio ſine cauſa facta in iudicio præiudicat confitenti.*
8 *Renuntiatio quoque iuris futuri valet ſi fiat in iudicio.*
9 *Tranſactionem eſſe contractum innominatum.*
10 *Actorem tranſigentem non perdere dominium rei ſuper qua tranſegit.*
11 *Morę purgandę tempus ad ſententiam vſq; durare.*
12 *Prima pars gl. magnæ explicatur.*
13 *Secunda pars gl. explicatur.*
14 *Facta tranſactione per acceptilationem, an actori competat actio præſcriptis verbis.*
15 *In contractibus non eſſe locum cautioni Mutianæ.*
16 *Et rationes diuerſitatis inter contractus & vltimas voluntates.*
17 *Si contractus fiat ſub conditione negatiua ſuper re ad hæredes non tranſmiſſibili, habet locum cautio Mutiana.*
18 *In donatione cauſa mortis habet locum cautio Mutiana.*
19 *Donatio cauſa mortis dum conficitur aſſimilatur contractui facta vltimæ voluntati.*
20 *Conditio turpis vel impoſſibilis non vitiat donationem cauſa mortis.*
21 *Ex conſenſu partium habet locum cautio Mutiana in contractibus.*
22 *Et quid in contractibus vallatis ſtipulatione.*
23 *Et quid in contractibus bonæ fidei.*
24 *Examinatur quinta particula gloſſæ.*
25 *Declaratur gl. in ſexta & ſeptima parte.*
26 *Declaratur gl. in parte, pendente.*
27 *Declaratur gl. ſi. in parte, vrgere.*
28 *L. in omnibus. ff. de iudi. an in contractibus etiã ſtricti iuris procedat.*

¶ L. Siue apud acta.

Pulcher-

DVcherrimam esse l. hãc Bartol. affirmat colum. 2 subtilem atque difficilem esse Bald. & Angel. testantur, famosamque esse Fulgo. inquit repetibilem quoque Paulus de Cast. esse dicit, quoniã habeat materiam subtilem. Est sanè (quod Salicet. atq; Iass. aduertunt) difficilior propter. glos. quæ l. hãc intricarũt. Diuiditur autẽ tex. hic in duas particulas principales. In prima agitur de validitate transactionis. In secunda de eius effectu. Secũda est ibi. Sed quoniam. Summatim hoc continet. Ex transactione etiam apud acta celebrata non oritur actio, nec prima tamen tollitur, contra quam si pacti exceptio proponatur, doli replicatione elidetur exceptio.

1. Colligetur primò ex tex. ex transactione in iudicio celebrata non oriri actionẽ nisi stipulatio illi accesserit, sed videtur pactum nudum, quamuis sui natura actionem non pariat, à iudicij calore hoc accipere, vt competentem actionem producat. l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiusso. tut. vbi fideiussio, quam ex stipulatione concipi oportet. l. blanditus. de fideiuss. infrà. si apud acta fiat vel simplici consensu constare potest. Et ita ex eo tex. colligit Bartol. in l. 1 in prin. versic. item patientia simplex. ff. de verbo. obligat. ex nudo pacto in iudicio facto actionem oriri. & idẽ tenuerunt ibi multi authores, & idem Bartol. in l. cum quis decedens. in prin. colum. 1. versic. sed benè credo. ff. de leg. 3. idem Bartol. in l. fin. colum. penult. versi. quid dicemus. ff. de præt. stipulat. & in l. 1. §. si quis ante. numero. 2. ff. à qui. appella. non licet. & sequuntur eandem opinionem Paulus de Castro in l. sciendum. col. 1. ff. de verbo. obligat. dicens hoc esse singulare. Felin. in ca. quoniam. numero. 12. de probat. idem in capit. nonne. numero. 7. de præsumpt. dicens in hanc sententiam sæpè allegari text. in illa. l. cum ostendimus. §. fin. soletq; in idem allegari text. in l. manumissio per lictores. ff. de manu. vindict. & in l. si fideiussor. in prin. iuncta glo. recusare. ibi. sed an prædicta actio. ff. q sat. dar. cogant. & in l. 2. ff. ad municipa. & in l. honores. §. fin. ff. de decurio. Sed nonne text. hic aduersus Bart. expressus est, qui apertissimè negat actionem ex pacto nudo oriri etiam si apud acta illud conuentum sit? Quare colligit Bal. ex hac. l. 5. notabili. quòd contractus factus apud acta, non est magis validus, quàm si sine actis fuisset explicatus. quam opinionem sequuntur in præs. Iass. Iacobi Alciat. & fere docentes omnes. communem esse testatur. Ioannes. Bologninus. numero. 13. pluta. argumenta pro. ea inducens. quã & ipse Bald. probauit in l. 2. §. voluntate. ff. solut. matrim. colum. 2. versic. & prædicta. & Roman. in l. 1. in prin. numero. 32. ff. de verbo. obligat. Imola. ibi. numero. 11. Socinus. numero. 2. Alexan. numero. 39. & testatur esse comunem. Iass. ibi. numero. 7. eam sequutus. & eum quoque sequitur Ripa. num. 23. Claudius ibi. nu. 14. dicens hanc esse veram conclusionem, & omnes eam probarunt. & hanc opinionem testantur esse communem eam sequuti Decius. numero. 7. Curtius. numero. etiã. 7. Alciatus. 2. colum. in. l. pacta nouissima. sup. de pact. vbi cæteri omnes eãdem opinionem probarunt. & testatur eam esse communem Curtius Iuniot. in l. in bonę fidei. numero. 17. sup. tit. 1. Pro qua est text. optimus in l. omnes. §. in hac autem. ibi quas tamen stipulationum solennis cautela vallauerit. de episcop. & cler. vbi vt cõuentio facta in iudicio producat actionem, oportet stipulationem illi accedere. idem probat text. egregius in l. ne in atbitris. in fine. infr'a. de atbit. idemq; probat text. optimus in l. si præcedente. §. Lucius. versic. respondi. ff. mandat. & huc etiam videtur spectare text. optimus. in l. 5. §. stipulatio ff. de verbo. obliga. vbi postquã iurisconsultus egerat de stipulationibus iudicialibus prætorijs ac conuentionalibus, subiecit diffinitionem stipulationis,

quasi significet illam quoque diffinitionem tam in iudicialibus quàm in conuentionalibus pactis esse obseruandam. Est igitur propositio hæc & vera & communis, cui non obstat text. in l. cum ostendimus. §. fin. quoniã calor iudicij supplet ibi defectum stipulationis propter fauorem pupilli: neque enim solus iudicij calor id efficeret. ita enim plerique omnes textum illum intellexerunt contra Barto. existimantem ex solo iudicij calore conuentionem illam vestiri. & hunc intellectum esse communem ad text. illum testatur Alex. in præs. num. 2. Ias. n. 7. Crotus. numero 35. in. l. 1. in princ. ff. de verbo. oblig. vbi cæteri eum probauerunt. tametsi Barto. intellectum falsò communem esse arbitratus fuerit Ioannes Hannibal. in. l. nemo potest. nu. 361. ff. de lega. primo.

2 Limitabis tamen hanc communem opinionem vt non procedat in pacto nudo facto in iudicio ad coadiuuandum ipsum iudicium, puta de reficiendis impensis, vel de iudicato soluendo, nam hoc casu actionem produceret. ita enim voluit glossi. in authent. generaliter. verbo. conscribat. sup. de episcop. & cleri. alia in. l. eũ pro quo. verbo. officium. ff. de in ius vocand. quarum opinionem sequitur Iasso. in præs. numero. 1. Bald. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. numero. 10. colum. 2. ff. de pact. Alexand. in rubrica. numero. 7. ff. de verbo. obligat. idem Alexan. in. l. 1. in prin. eiusdem tituli. numero. 39. vbi idem sequuntur frequentiores.

3 Sed hæc inuestigatio iure canonico inutilis est, quòd sublata iuris ciuilis solennitate statuit ex pacto nudo actionem dari. c. 1. c. qualiter. de pact.

Item iure nostro. l. 3. titul. 8. libro. 3. ordinament. licèt in pactis respectiuis nil fit immutatum. quod ipse admonui in. l. naturalis. §. & siquidem. numero. 19. de præs. verb.

4 Cùm autem text. hic statuat actum gestum in iudicio non esse firmiorem eo qui extra iudicium fuit celebratus, neque firmitatis quicquam contractui accedere quoniã in scriptis sit celebratus, infert Bald. hic. 6. notabili. statuta exigentia scripturam vel insinuationem in contractibus mulierũ esse exorbitãtia à iure cõmuni, vnde inquit ille esse restringẽda. & ideò Bald. ipse inquit consuluisse se huiusmodi statutum non comprehendere contractum liberationis. & hanc Baldi opinionem sequuntur in præsenti Alexand. numero. 2. Iacobi. numero. 6. idemque voluit Alexand. in. l. more. numero. 6. ff. de acqui. hære. atque idem Bald. alijs in locis quæ hic retulit Alexand. cuius opinionem de hac re veriorem esse affirmat Lancellotus. colum. 1. versic. pro opinione Baldi. qui & Angel. & Paulum de Castro citat, qui idem responderunt. Sequuntur hanc opinionem Felin. in. c. fin. numero. 17. de. for. comp. Curtius in rubrica. sup. de pact. numero 22. & ibi Bolognetus numero. 47. testatur hanc Bald. opinionẽ esse communiter receptam, quam & Iass. probauit consi. 53. numero. 5. volum. 1. Rationes quibus hanc Bald. sententiam iuuari existimant, hæ fere sunt, quòd contractus & distractus dissimiles omnino sint. l. fin. in prin. & ibi notat Bald. numero. 1. si tut. vel curat. interuen. quare statutum de contractu agens, nõ est ad distractum protendendum.

5 Præterea statutum disponẽs vt de quolibet cõtractu soluatur gabella, ad distractum minimè pertinet. secundum Barto. in. l. ab emptione. numer. 12. ff. de pact. vbi eandem sententiam tenuerat Guillel. de Cug. & eam sequuntur Bald. Paul. de Castro. ibi. item Iass. numero. 16 Oros. nu. 6. & idem sequuntur in præs. Alexan. numero. 2. Ias. numero. 3. Iacobi. numero. 5. Bald. n. 3. Salicet. n. 6. in. l. 1. quand. lice. ab empt. disced. Bald. in. l. tres fratres. 1. lectione. 3. notab. ff. de pact.

Sed hæc Bald. decisio à quibusdam nõ probatur, qui existimant statutum hoc cùm propter sexus fragilitatem conditũ fuerit, ad distractum quoque & liberationem

nem ſpectare,nam & ipſe Bald. ſibi hîc quoq; contrarius , huiuſmodi ſtatutum ad diſtractum quoq; ampliauit in l. pactũ dotali.21.quæſt.de collat. Roma. ibi. nu.24.atq; idem Bald. in rubrica. ſup. de pact.verſ.ſecunda concluſio.vbi eum frequentiores eum deceperunt. & ab omnibus appprobari teſtatur Alcia.ſi.col.verſ. quid ſi lege.idem ipſe ſequutus.& ibi Cagnolus teſtatus eam eſſe communem opinionem.& idem Iaſſ.in præl.nu.5.qui optimis fundamentis opinionem hanc inſtruxit,quam etiam ipſe probaſſe mihi videtur in.l.more.nu.37.ff.de acqui.hæred. & in.l.Barbarius Philippus.n.6.ff. de officio. prætor.vt iure dubitet Bolognetus in præſent.nu.2.vtra ex his opinionibus ſit communis. Suntq; huic opinioni contra priorem potiora fundamẽta hęc præter ſexus fragilitatem.tex.optimus. in.l. ſi ad reſoluendam.de præd.minor. vbi probatur ſenatuſcóſultum prohibens minoribus rerum ſuarum alienationem . quod retulit Vlpianus in.l.1.ff.de re.eorũ. ad liberationem quoq; pertinere.adde tex.in.l.ſi puellę.ff.de ſponſal.

6 Secundò inducitur gl.notabilis.in.l.3. §.contrarium. in gl.liberationem.ff.de cõtr.iudi.tut.quæ text.in auth.ſacraméta puberum.ſi aduer.vendit.in contractibus loquentem,ad diſtractum quoq; ac liberationem extendit. & gl. illius opinionem ſequuntur in præl.Bald. ipſe,qui eam notabilem eſſe dicit. Alexan.& Iacobi . item Bart.in illo.§.contrarium.& in auth. ſacramenta puberum.nu.20. vbi cæteri eum ſequuntur. & ibi.Iaſſ.nu.72.idem ſequutus inquit gl.illam reputari ſingularé . vnicã eſſe affirmat Bald.eam ſequutus in rubrica. ext.de iureiur.verſi.vel diſtractus. quã Iaſſon quoq; probauit in.l.ſi ego.nu.5. ff. ſi cer.pet.idem Iaſ.in.l.ſi.de conſt.princip. nu.50.idem Iaſſ.dicens gl. illam eſſe vnicam & ſingularem.in.l.ſi vnus § . Pactus. nu.26.de pact.cuius opinionem teſtantur eſſe communem Alexã.in.l. Pomponius. 8 §.præterea.n.5.ff.de acqui.poſſeſ.Andreas Tiraq.poſt.ll. connu.gl.3.n.7. Diegus Segura in.l.quemadmodum.nu.78.ff. de acqui.poſ.& horum opinio mihi placet,quę iure noſtro probata videtur. Nam cũ lex regia Tauri.55.prohibeat mulieris contractum ſine licentia mariti,diſtractum quoque atq; liberationem vetuit,cùm eadem ratio & in illis ſit. Quę omnia cùm ſint ve- 7 riſima in ſpecie quam tractamus.negari non poteſt,quin firmiores plerumq; ſint actus qui fiunt in iudicio ijs,qui extra iudicium facti ſunt. Namq; cõfeſsio facta extra iudicium niſi cauſam illa cõtineat,nil valet.l.cum de indebito.§.ſi.ff.de probat. quæ tamẽ ſi in iudicio fiat,etiam ſine cauſa,effectu non fraudabitur.ita enim voluit gl.notabilis.in.l.1.in gl.apud judices.ff.de interrog.acti.quam ſequitur Iacobi.ibi.n. 27.verſ.quarto limita. Iaſ.in præl.n.2.dicẽs eam eſſe notabilem.& in.l.pacta nouiſſima.n.10. Alciatus.ibi.2.col.ſup.de pact. Alexã.ibi ante hos.n.2.dicens glo.illam eſſe notabilem. Et idẽ quoq; tenet Cinus, vbi eius rei rationem tradit in.l.generaliter.q. 3.de non nume. pec. Iaſo.in.l. ſicut.de re pud.hære.n.6.vbi gl.illam notabilem eſſe dicit,& magiſtram appellat eam idem Iaſ. in.l.tale pactum. in prin.num.4.ff.de pact. Frãciſcus Niconitius allegatione.1.nu.16. vol.1.dicens gl.illam eſſe notabilẽ. & idẽ quoq; voluit gl.in.c.ſi.in gl.magna.de cõfeſ.& ſequuntur hanc opinionem Antonius de Butrio in.c.ſi cautio.n.8.verſi. fallit quando.de fide inſtrum. Panor.ibi. numero.2.verſic.fallit quarto. Imola ibi . n. 8.verſ.eſt & alia differentia.& teſtatur eſſe communem opinionem Feli.ibi. num.11. Ange.de Aret.in.§.vnico. de lite. oblig. n. 5.Alexan.conſ.13.n.4.vol.1. Teſtamentum præterea quod ſeptem teſtibus ſemper inſtrui oportuit,ſi in iudicio fiat,vel duobus poterit conſtare.l.omnium.de teſtam. infra. Ad ſubuertendum quoq; teſtamentũ fortior eſt actus iudicialis. l. ſancimus. de teſtam. infrà.

Cùmq; renuntiatio iuris competituri ſi aliqua conditio exiſtat, in iure non ad-

mittatur.l. si ita scriptum. §. si sub condi tione.ff.de legat.2.l.1.§.quod ait prætor voluntate.ff.quor.legat.l.1 §.decretalis.ff. quor. legat. l.1.§. decretalis. ff. de succes. edict. si illa in iudicio fiat, præiudicium afferet renuntiati. Ita enim voluit glos. sa notabilis in.l.1. in gloss. si conditio. ff. de curat. bon. dand. quam ibi in hoc no tarunt Bartol. & Alberic. vterque.nume ro.1. & Bartol. inquit Dinum quoque tenuisse hanc opinionem.quam etiam te nuit gloss.in.l.implurium. verbo,bona de funct.ff.de acqui. hære. vbi idem quoq; Bart.probauit.& testatur Aretinus ibi. n. 4.gl. illius opinionem esse communiter approbatam,quam etiam tenet ipse Bart. in.l.1.sup.titul.1,numero. 4. vbi eam opi nionem sequuntur omnes secundum Iasso. numero. 15. & tametsi Philippus Decius ibi. numero. 30. eam opinio nem parum tutam esse arbitretur,eam ta men cæteri sequuntur.& communem es se testãtur Purpurat.numero. 57. Curtius Iunior.num.42 & idem quoq; voluit gl. in.l.is qui hæres.in prin.in glos. nil egit. ff. de acqui.hæ.vbi idem sequuntur Bart. & cæteri.& esse comuniter approbatam te statur Iass.nu.18.eam sequutus.& eã quoq; tenet Bart.in.l.sed & si quis. §. quæsitũ. nu.1.versic.oppono iuri futuro. ff.si quis caut.idem Bartol.in. l. homine.numero. 4. versic. vlterius procedo. ff.de opt. legat. & in.l. non solum.§.si liberationis. nu mero. 6. ff.de liber. legat.idem Bartol.in l post quam liti. numero. 5. sup. tit. 1. Pa normit in cap. ex multiplici.nu. 7. de de cim. vbi inquit esse multum notabilem glossin illa.l.1.ff.de curat.bon.dand. Soci nus.regu.l.338.fallét.4. Et sunt innu mera alia exempla,quibus possem ostendere fir miores semper censeri actus iudiciales ex trau dicialibus.

9 Secundò collige ex text. transactionẽ esse contractum innominatum, namque si nominatus esset,etiam absque stipula tione actionem pareret.l.iuris gentium.in princ.ff.de pact, de qua re in rubrica satis à me dictum est.

10 Tertiò collige ex illis verbis,rerum vẽ dicatione pendente. actorem transigen tem non perdere dominium rei de qua transegit,cùm adhuc eam possit vendica re:quòd si dominium amisisset,minimè illi permitteretur.l.in rem. cum alijs.ff.de rei vindicat.Sed obstare huic parti le.text. videtur.text.in.l.qua ratione. §. interdum. ff.de re,diuis.Sed hanc difficultatem me lius opportuniusque explicabimus in. l. si pro fundo. infrà eodẽ. Quartò collige ex text.quòd transactio facta super lite nõ inchoata non perimit instantiam iudicij, cùm permittatur hic redire ad rei vendica tionem. atque ita colligit Iasso ex hac.l. numero. 11. Sed licèt propositio hæc ve ra sit,hoc text.minimè probatur,qui licèt rerum vendicationem permittat, non in eadem instantia eam statim permittit,sed alio fortè iudicio.

11 Quintò collige ex text. moræ purga tionem ad sententiam vsq,permitti:namque reus hic si conueniatur prima actione quoniam nõ impleuerit promissa, potest purgare moram,etiam si fuerit conuẽ tus,& promissus satisfacere. Sed videtur non nisi vsque ad litem contestatam mo ram purgari posse.l.si insulam.ff.de verbo rum obligat. Quæ difficultas facilis est, si attenderis moram hic non committi nisi post litem contestatam, quare vsque ad sententiam licebit purgare illam, quòd si ante litem contestatam commissa fuisset, esset locus dispositioni.l.si insu lã. Secun do modo respondit huic difficultati Bal. dicens hic moram propriè non fuisse commissam, quia cùm actor perfectè nõ impleuerit, non potest dici reum esse in mora.l.si pupillus.ff. de verborum obligatio. l. lecta. versic. sed cum sortis. ff. si cert. petat. vnde hic non videtur pro priè agi de purgatione moræ, sed de fa cultate quadam quæ reo competit ad ob seruandam transactionem ne iudicium renouetur. Appellat autem hanc quasi moram Alexan.3.notabili.

Qua

Quatuor gl. priores ſunt expoſitiuę, nil prorſus continent difficultatis.

12 Gl. magna in parte, nudo pacto. ſeptem particulis diuidi poteſt. In prima, opponit gl. contra tex. hunc, ac difficultatem ſoluit. In ſecunda quæ eſt ibi, ſed quare. gl. ponit rationẽ ſolutionis, quæ duplex eſt. In tertia quæ eſt ibi, dic ergo. gl formar quandã quæſtionẽ. In quarta quæ eſt in verſi. quid ſi caueam. gloſ. format quandam quęſtionem. Quinta eſt ibi, nec obſtat. in qua gl. remouet quandam difficultatem. Sexta eſt ibi, item nota. in qua gl. mouet duas difficultates, & illis reſpondet. Septima eſt ibi, quæ eſt differentia. in qua gloſſ. format aliam quæſtionem. Ex prima particula gl. tu collige vnam oppoſitionem ad l. hanc, quę eſt huiuſmodi. Dicitur hic extrãſactione pacto nudo concepta agi non poſſe. Sed contra de. l. 34. ff. de condic. cauſ. dat. & l. eleganter §. pen. ff. de cond. indebit. Et gl. reſpondet, quòd licèt actori non datur actio, datur tamẽ reo ad repetenda ea, quæ dedit occaſione tranſactionis. Sed Bar. nu. 4. reprobans hanc ſolutionem melius reſpõdet, dicés condictionem illam ob cauſam datorum non oriri ex ipſa tranſactione, ſed extra id quod agitur. l. ſi is qui. §. fi. ff. commodat. ex ipſo negocio geſto inter trãſigentes. l. ſi in area. ff. de condict. indeb. & Bar. intellectum ſequitur Bal. 1. oppoſ. qui gl. traditionem falſam eſſe dicit. Paulus de Caſtro dicens gl. malè loqui. Alexand. nu. 3. laſſ. nu. 14. Riminal. col. 3. & gl. communiter reprobari affirmat Curtius Seni. nu. 16. Quorum hæ ferè rationes contra gloſſ. ſunt, quòd condictio ob cauſam non oritur ex ipſa tranſactione, cùm eam ipſam infirmet. §. 1. verſic. ſed hæc ſpecies. qui. mod. re contra. obligat. condictio indebiti oritur ex quaſi contractu. §. item is cui. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſcunt. quare ex ipſa tranſactione naſci non poteſt, nam & actori quoque condictio daretur, ſi actio eſſet ſublata per acceptilationem, vt ſe reponeret in priſtinam obligationem. l. ſi quis accepto tulerit. ff. de condict. ob cau.

13 Ex gl. in. 3. part. in verſ. quæro quare. colligo duas rationes, quare reo cõpetit actio præſcriptis verbis in tranſactione, actori tamen illa nõ datur. Et prior eſt, quoniam tranſactio videtur eſſe contractus, facio vt des, quare dari debuit actio de dolo. l. naturalis. §. quod ſi faciam. ff. de præſ. verb. ſed de dolo actio dari non poteſt, cùm alia competat, vel competere poſſit. l. 1. §. ſi quis. ff. de dol. mal. Sed hanc rationem glo. ipſa reprobat hoc nomine, quoniam poſſet dici tranſactionem potius incidere in ſpeciem contractus, do vt des, cùm remittere ſit dare. l. ſi mulier. ff. de condict. ob cauſ. Quanquam hanc rationem Barto. & Paul. ſubterfugiunt, dicentes remittere eſſe dare, cùm remittitur quid liquidum, non ſi incertum, vt in tranſactione cõtingit. Sed in hac difficultate vera eſt ratio quam affert gloſſ. in verſi. quid ergò. ideo non dari actionem præſcriptis verbis, quoniam illa non datur niſi ei, qui impleuit perfectè ex parte ſua, ſed actor non poteſt perfectè implere; cùm factum negatiuum promittat, qui etſi hodie non agat, cras agere poterit. l. eleganter. §. penultim. ff. de condic. indeb. itaque remanet nudũ pactum hoc, cùm impleméto veſtiri nequeat. hanc ſecundã rationem ſequuntur Bar. nu. 8. Bal. 2. oppo. & ab omnibus teneri affirmat Paulus de Caſtro. numero. 4. & communiter approbatam eſſe teſtatur Curtius Senior numero. 21.

14 Sed hic quærit gl. an ſi per acceptilationẽ ſit actio extincta, cõpetat iã actori actio præſcriptis verbis, vt qui perfectè impleuerit ex parte ſua qui iã petere minimè poſſit. Et adhuc non competere ex ſententia Hugol., contra Azonem exiſtimat gloſſ. quoniam vel de facto agere poſſit. l. vbi pactum. infrà. eod. & gloſſ. opinionem teſtatur eſſe communem Curtius Senior nume. 22. Alberic. autem num. 4. affirmat Azonis opinionem eſſe cõmuniter approbatam, quoniam non ſit habenda ratio ad controuerſiã facti. l. ſtipulatio. §. quatenus.

ff.de verb.obligat.l.eo tempore. 2. reſponſo.ff.de pecul.Sed meliùs Bart.nu.9. diſtinguens per quæ verba tranſactio fuerit concepta. Nam ſi actor promiſerit ſe reũ actione vel obligatione liberaturum, poteſt per ſe cte implere,& hoc caſu ei implenti competet actio præſcriptis verbis: ſed ſi promiſerit non agere, ſiue non petere, nõ poteſt perfectè implere, quoniam de facto agere poſsit. Et Bar. diſtinctionẽ ſequuntur propè omnes doctores hic, quorum nomina refert Alexan. nu.4. quietiam veriorem eã eſſe credit.& eam ſequitur Iaſſ.nu.14.& cõmunem eſſe teſtatur Rimin.col 3.

15 Sed videtur perfectum implementum hic dari poſſe, ſi actor caueat ſe minimè peturum. Gloſſ.in quarta parte reſpondet interpoſita hac cautione, videri actorem perfectè impleuiſſe partes ſuas, vt iam illi competere poſsit actio præſcriptis verbis. Allegat gloſſ.text.in.l.45.ſi. ff. de cond. & demonſt.licèt gl. dicat neminem eſſe compellendum, vt præſtet huiuſmodi cautionẽ niſi certis quibuſdam caſibus, quos hic gl. enumerauit. Superest igitur ex hac parte cautela gl.in cõtractibus etiam eſſe locum cautioni Mutianæ, de qua loquitur tex. in.l.4. in gl. allegat. addit Cynus. 8. quæſt. quòd moderniores tenent hanc opinionẽ, qui eã ſequutus videtur. & eam quoq; probarũt Alberi.nu.5.Bal.col.penult. dicens verioré & ęquiorem ſibi videri. Verior tamen opinio eſt cautionem illam ſolùm pro vltimis voluntatibus eſſe introductam, neque in contractibus locũ habere. ita enim voluit gl.in.l.Mutianę.in gl.1.ff.de condi.& dem. vbi eã ſequitur Bart.nu.4.gl.noſtrã repreſhẽdens. & Guillel.de Cugno in.l.3.in prin. ff.de condict.ob cauſ.& gl. opinionem in illa.l.Mutianæ. ſequuntur ibi Rayn. & eũ referens Albe.qui nu.2. affirmat eſſe cõm. approbatã. item Cuman. Imola nu.2.qui affirmat hanc eſſe cõmunem opinionẽ cõtra gl.noſtrã, quã ille ſingularẽ eſſe dicit, cõmunẽq; eſſe eã ſequutus affirmat Soci.ibi nu.11.& eã quoq; tenet gl.in.l.3.in princ.in gl condictio.ff.de cõdict. cauſ.dat, quã ibi ſequitur Bar.nu.5.& eã ſequuntur ibi Alb. Fulg.et Rom.quinu.6.teſtatur eam eſſe cõmunẽ opinionem.& comm.eſſe teſtantur Alex.nu.5.Iaſſ.nu.15.eã ſequuti. tenet hãc opinionẽgl.in.l.1.ſup.de pact in gl.magna prope finẽ.ibi. Reſpondeo nõ quia in relictis locũ habet tantùm.& ibi eam expẽdit Bar.nu.8.& eſſe comm. opinionẽ teſtãtur ibi,hi præter alios Salicet.fi.col.Alex.nu.9. Rimi.fi.col.Deci.nu.34.licèt hic opinionẽ gl. noſtræ velit defendere Ripa ibi nu.30. Cur.Sen.nu.33.Gozadin.nu.17. Vbert.Zuchard.nu.178.Ioan.Bolog. nu. 97.tametſi Purpur.ibi nu.105.poſſe contrarium teneri dicat.ſed tenet eandem opinionem gl.ordinaria.in.l.ita ſtipulatus.in gl. haturam.ff. de verb.oblig.vbi Ripa nu.43.teſtatur hãc eſſe communem opinionem,quam etiam tenet Bart.in præl.nu.10.& eſſe communẽ teſtantur Alex.nu.7. Iacobi.nu.12. Iaſſ.nu. 15.Alciat.nu.23.Cur.Seni.nu.23.Bolognet. nu 38.ſequitur eam Bal.in rub.de tranſact. extra nu.9.verſ.in tranſactione.& hoc diſcrimine inter alia vltimas voluntates,& cõtractus diſtinxit Ial.in.l.quæ de legato. nu. 22.ff. de legat. primo. Teſtantur prætereà hanc opinionem eſſe communem, Petrus Stella in.l.qui Romæ.§.Augerius.num.75. de verb.obligat.Antonius Gome. de contractibus.c.11. nu.37. Eſtque contra hanc opinionem gl. noſtræ pro communi text. optimus. in.§ ſi quis ita ſtipuletur. Inſt. de verb.obligat.qui ita inducendus eſt, quando teſtator legat expreſsim poſt mortẽ legatarij etiam in vltimis voluntatibus,non ſupereſt locus cautioni Mutianæ. l. hæres meus. ver.quãuis cũ.gl.alicuius.de cõd. & demõ. Sed in.§.ſi quis ita ſtipuletur.dicitur quòd ſi quis aliquid ſtipuletur ſub cõditione negatiua,ſi Capitolio nõ aſcẽderit,perinde eſſe,ac ſi poſt mortẽ ſtipularetur,nõ eſt igitur locus cautioni Mutianæ. atque ita eum text.expendit Roman. in illa.l.3. miratus quæſtionem hanc tot annorum curriculis inter iuris ciuilis profeſſores eſſe agitatam, cùm eam decidat ille text. Imperatoris. Sed ante Rom.eum tex.expenderant Fulg.

Fulg. ibi. Cumanus in illa l. Mutianæ, quibus adde text. in l. veluti. & in l. quicquid aſtringendæ. ff. de ver. obli. quos pro communi opinione allegat Rom. in l. 2. in principio. num. 37. ff. ſolut. matrim.

16 Sed ratio diuerſitatis quæ ſit, cùm regulariter quæ ſtatuuntur in vltimis voluntatibus ad contractus quoque pertineant: l. ſi. de legat. cum alijs. Et Albericus in illa l. Mutianæ. nu. 2. eam huic rei rationem prætendit, quoniam defunctorum voluntates in ſuſpenſo eſſe minimè oporteat. l. ſi. ff. cõmu. prædior. & refert ille Raynerium parentem huius rationis, qui tamen eo morbo laborat, quòd vltimæ voluntates, ſi ex defunctorum voluntate in conditionum euentum ſuſpenſæ ſint, poſſunt iure optimo pendere, quod vniuerſi tituli de cond. & demonſt. de condi. inſtit. & alij faciunt manifeſtum.

Secunda huius rei ratio in fauore vltimarum voluntatũ ſita eſt, quæ in hoc contractibus ſemper præſtiterunt. l. in teſtamẽtis. ff. de reg. iur. maximè cùm legata ſemper relinqui ſoleant ob benè merita legatariorũ, l. nec adiecit. ff. proſoci. vnde impium videretur differre hanc meritorum gratificationem. Et hæc placet Romano in illa l. 3. Alexa. in l. 1. ſup. de pact. vbi Decius aſſirmat eam eſſe huius rei communem rationem, quæ potiùs perſuadere hoc mihi videtur, quàm definire. Tertia ratio fuit Petri de Beſutio, quam ex eo refert Curt. iun. in illa l. 11. de pact. licèt tacito authore eam afferat Iaſſ. in præſ. nu. 16. quod in contractibus imputandum eſt contrahentibus qui ſub tali conditione contraxerint, ſcientes eam impleri non poſſe, niſi poſt mortẽ ſed in vltimis volũtatibus nil eſſe quid imputari legatario poſſet, qui legatum tenetur accipere, qua cõditione ſibi relictum eſt, ſed hac ratione attenta, conſequitur in contractu donationis, locum eſſe cautioni Mutianæ. Quarta ratio fuit reddita his à Chriſtophoro de Caſtellione, quam retulit alter Chriſtoph. in illo. §. ſi quis ita ſtipuletur. qui conſiderat introductam fuiſſe hanc cautionem pro vltimis volũtatibus, ne illæ ſint illuſoriæ, quoties aliquid relinquitur ſub conditione negatiua, quoniam ad hæredes minimè pertinerent. l. vnic. §. ſin autem aliquid. de cadu. toll. ſed in contractibus aliud eſt, qui ſuapte natura, etiam ſub conditione concepti, ad hæredes contrahentium iure pertinent. §. ex conditionali. de verb. oblig. Inſtit.

17 Ex hac ratione illud ſequitur, quòd ſi contractus eſſet celebratus ſub conditione negatiua ſuper re ad hæredes minimè trãſmiſsibili, putà vſufructu, libertate, vel alimentis, admittendam pro hoc contractu eſſe vtilitatem cautionis Mutianæ. quod Bald. conceſsit in auth. cui relictum. num. 23. de indict. vidui. toll. idem Bal. in l. 1. numero. 9. verſi. ego dico. vt in poſſ. legat. Et tametſi id reprobent in præſenti Iaſſ. nu. 17. Corneus nu. 2. verſ. fallit fauore alimentorum. Curtius Senior nu. 28. & ante eos Alexan. in l. 1. de pact. ſup. num. 9. Bald. opinionem probarunt Iacobi. in præſent. nu. 12. Socinus in illa l. Mutianæ. num. 11. dicẽs hanc opinionem veluti æquiorem ſeruandam Ripa in illa l. 1. de pact. num. 31. & in. ita ſtipulatus. nu. 45 & eam ipſe ſequor. & hæc eſt pulchra limitatio communis opinionis.

18 Secundò limita, vt illa minimè habeat locum in donatione cauſa mortis, in hac enim etſi contractibus magis aſsimiletur cùm conficitur, habet tamen locum in ea hæc cautio Mutiana. text. eſt in authen. de nupt. §. præfactæ. verſiculo. ſed ſi quidem coll. quarta. ex quo text. ita colligunt Bal. in authent. cui relictum nu. 8. de indict. vidui. tollen. Lancel. Decius in præſ. col. peri. verſ. vnum nota. Iaſſ. nu. 19. idẽ Iaſſ. in l. de diuin. princ. nu. 18. ff. de condict. cauſ. dat. cau. non ſeq. Roman. ſing. 574 Curt. iun. in l. 1. de pact. ſup. nu. 65. Ripa in l. ita ſtipulatus. nu. 45. ff. de verbo. obligat. Aufrerius deciſio. Toloſana. 325. Guillel. Bened. in c. Rainuntius. verb. teſtamentũ. nu. 40. de teſt. Soc. in illa l. Mutianæ. nu. 11. & eſt communis opinio. Et rationẽ habet, quoniam

19 licèt

licèt donatio causæ mortis dum conficitur contractus naturæ quàm proximè accedat. gl. vulg. quæ ita est intelligenda in l. 2. in gl. legatum. ff. de dot. præleg. quam ibi sequuntur omnes, & multi præterea, quos allegat Tiraquell. post. ll. connubi. gl. 4. num. 69. & esse approbatam testatur Iason in l. fi. num. 5. de codicill. Postquàm tamen illa facta est, legatorum vltimæq; voluntatis naturam induit. l. fi. ĵ. de donat. caus. mort. ibi & omnes effectus sortiatur, quos vltimæ habent liberalitates, neq; ex quacunque parte absimilis eis videatur. Et distinctionem hanc testantur esse receptam Iason in. l. cùm antiquitas nume. 1. de testam. Oroscio. l. cùm ij. ĵ. & in mortis. nu. 1. ff. de transact. Et eam sequuntur multi, quos idem sequutus refert Franciscus Niconitus allegat. 33. num. 71. Antonius Gomecius qui multos citat, idem sequutus libro 2. variar. resolution. c. 2. nu. 16. Episcopus Segobiensis in rub. de testa. 3. p. numero. 15. Quare sicuti impossibilis conditio vel turpis vltimam voluntatem non vitiat. l. 3. de condi. & demonstration. ĵ. impossibilis. ĵ. fin. de hæred. instit. sed pro nullis habentur, ita nec vitiat donationem causa mortis. l. quæ sub conditione. ĵ. & in mortis. ff. de con. instit. ex quo text. ita notarunt Bal. in l. 1. ff. eod. titul. de condi. instit. 4. opposit. vers. hic occurrit. vbi dicit esse notabilem text. in hoc in illo vers. & in mortis. & idem tenet Angel. ibi numero. 11. Romanus in. l. certi condictio. ĵ. quoniam. numero. 4. ff. si cert. pet. vbi dicit singularem text. in illo. ĵ. & in mortis. Iason & Decius ibi, vterque num. 5. idem Iason in. l. impossibilis. nu. 6. ff. de ver. oblig. contra Alexand. ibi num. 1. Testatur esse communem opinionem Claudius ibi nu. 2. & idem quoque ex eodem text. notauit Iason in l. 2. nu. 6. ff. de legat. primo. & ibi Ripa nu. 6. vers. vltimò obstat. neminem allegans, testatur hanc esse communem opinionem doctorum, ex text. in illo. ĵ. & in mortis. & receptã esse testatur Vgulus in ĵ. impossibilis. de hæred. inst. communem Manuel Acosta in l. cùm tale. ĵ. si arbitratu. 2. ampliat. de con. & demonst. quam & Corsetus probauit singul. incipi. conditio. & ad text. in illo ĵ. & in mortis. plura notauit idem Acosta. select. interpret. libro primo. c. 10.

21 Tertiò limita cõmunem opinionem, vt non procedat si à contrahentibus ipsis actum sit vt habeat & in cõtractu locum cautio Mutiana. Bart. in illa l. Mutianæ quirita declarat gl. hanc, ne erret, sicuti in præfetiam aduertit Paulus & recentiores.

22 Quartò limita cõmunem opinionem, ve non procedat in contractibus stipulatione vallatis. Bal. in illa l. 1. de pact. & testatur hanc opinionem communẽ esse Purp. ibi nu. 106. Quę falsa esse mihi videtur propter text. in illo ĵ. si quis ita stipuletur.

23 Addit Bar. in præf. quòd si transactio interponatur super cõtractu bonæ fidei, cautionem de modo implẽdo habere vim implementi ex l. in fulam. ĵ. fin. ff. locat. Sed communis opinio in hoc contra Bart. est teste Laucelloto. col. penul. ad finem. vers. & in quantum Bartolus.

24 Glos. in quinta parte, vers. nec obstat quod si stipulor conuentum. videtur formare quandam oppositionem, non cõtra text. hunc sed contra ea quæ gl. annotauerat, nam videtur quod etiam intercedente stipulatione non deberet actor admitti, quoniam etiam hic non perfectè impleuit, & ideo deberet illi obstare saltem exceptio. l. Iulianus. ĵ. offerri. ff. de act. emp. Sed gl. respondet differentiam esse, quoniam propter vehementum stipulationis quod ipse mea industria interposui, conceditur mihi hic agere, neque enim lex potuit mihi meum auxilium denegare, nolens actionem mihi impartiri, quasi perfectè non impleuerim ex parte mea. Et ita gloss. hanc explicat Bartolus numero. 15. Paulus de Castro numero sexto. Alexander numero vndecimo. Iass. qui cæteris melius hanc particulam gloss. declarat. nu. 21. Oportet autem ex hac particula gl. notare tex. hunc non habiturum locũ adiecta stipulatione.

quod

quod text. ipse satis insinuat. & tenent omnes in l. 1. de pact. supr. vbi Alex. nu. 7. testatur hanc esse communem opinionem.

25 Glos. in sexta parte. vers. item nota. colligit ex transactione regulariter non oriri actionem. Excipit duos casus. l. cùm mota. sup. eodem. vbi propter odium querelæ in officioſi testamenti, & mortem renuntiantis impedita fuit litis instauratio. Secundus est in. l. si profundo. ff. eo. vbi videbimus.

a Glos. in vltima parte. vers. sed quæ est differentia. quærit quæ differentia sit inter contractum innominatum, facio vt des, & pactum transactionis. Et glos. respondet, contractum facio vt des, solere fieri sù per factis quæ perfectè possunt explicari, vt scribere librum, manumittere seruum, quæ sunt facta irreuocabilia, sed transactio ponitur super eo, quod perfectè impleri non potest, vt in hac. l. Sed melior differentia est, quam ex Fulgosio affert Iason fin. col. quòd transactio non potest fieri nisi super re dubia, contractum verò innominatum, facio vt des, super quocunque facto.

26 Glos. in parte, pendente. declarat text. duobus modis, vt text. velit dicere, rei vendicationem pendere propter incertum exitum, quoniam incertum sit, an is, cõtra quem fuit intentata rei vendicatio, velit rem reddere vel seruare transactionem. Secundò dicitur hic rei vendicationem pendere, quoniam non deliert remittens esse dominus facta traditione. Sed contra hoc vltimum opponit glos. text. in. l. 3. §. fin. ff. ad. l. Falcid. qui nil facit, sed voluit inducere text. in. l. 4. vbi titulus superueniens possessori, facit eum acquirere dominium, à quo habet titulum, sed hic titulus transactionis non transfert dominium. Huic difficultati respondet Bartol. nu. 26. verba transactionis non respicere translationem domini, sed tm̃ solùm finem imponere, vt non agere, non petere, quare ex transactione dominium non transferri.

27 Glos. fin. in parte, vrgere. diuiditur in quatuor partes. In prima declarat text. in secunda quæ est ibi, sed vsque quo audietur. formatgl. quandam quęstionẽ, an in transactione admittatur moræ purgatio, & vsque ad quod tempus. quam etiã mouet gl. in. l. si maior. ff. eod. vbi no seum articulum examinabimus. In tertia quæ est ibi, item opponitur. mouet gl. quandam difficultatem, quam facillimè explicat. In tertia opponit text. in. l. quãuis. ad Turpill. ff. vbi qui semel renuntiat accusationi, non potest ad eam redire. Et respondet id procedere propter accusationes, quæ sunt odioſæ. & ita glo. rectè se à difficultatibus huius. l. explicauit.

Vt tamẽ duo interim admoneam circa gl. magnam in parte pacto. præter omnes. Prius est, quòd si omnes ferè doctores gl. huic imposuerint sentire eam cautionem Mutianam in cõtractibus habere locum, id tamen gl. non sentit, imò verò contrariũ expressissimè in illis verbis, & in vltimis voluntatibus fauore earum. vt. ff. de condi. & demonst. l. Mutianæ. vt iniuria quidẽ Accursius vir omnibus quàm solertissimus hic fuerit à doctoribus reprehensus.

28 Posteriùs est eandem glos. sentire in illis verbis, vt in contractibus. vt. ff. de iudi. l. in omnibus. dispositionẽ. l. in omnibus. qua vtiliter inductum est petentem cautionẽ pecuniæ sibi præstãdæ antequàm dies præstationis aduenerit ex iusta causa esse audiẽdum, habere locum, non solùm in contractibus bonæ fidei, sed etiam in ijs, qui sunt stricti iuris, cùm generaliter gl. legem illam in contractibus locum habere dicat, vt mirum mihi videatur Bar. in præl. nu. 12. tradidisse, sentire glos. hanc. l. illam in omnibus contractibus bonæ fidei duntaxat esse intelligendam. cùm glos. potiùs contrariam opinionem insinuet, quam Bart. ipse sequitur. & eã tenet etiã gl. in illa. l. in omnibus. tametsi non satis firmet pedes. & eã sequuntur ibi Iacobus, & hunc referens Albericus nu. 1. qui affirmat eam communiter seruari Bartol. in fine affirmans hanc esse veritatem. Angel. numer. 2. Paul. de Castro num. 1. qui hoc existimat probari ex. l.

si cre

ſi creditores. ff. de priuileg. credit. & idem quoque voluit gl. in. l. in poſſeſsionem, in gl. ſolet. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. eat. Nã cùm tex. ibi loquatur de pecunia promiſſa, oportet intelligere eũ per ſtipulationẽ, hoc eſt, per contractum ſtricti iuris. & tamen gl. in ſpecie illius tex. habere locum text. in l. in omnibus. & hanc opinionem ſequuntur Angelus num. 2. Imol. nu. 4. Rom. nu. 34. in l. 2. in princ. ff ſolut. matr. tametſi gl. ibi, verb. nec cogitur. contrarium ſenſerit. cuius opinionem Bar. & Bald. ibi probaſſe videntur. ſed communem opinionem eſſe contra gl. in hoc teſtantur ibi Alexand. nu. 14. Iaſſ. nu. 16. Ripa nu. 34. qui eam ſequuntur. & tenet hanc opinionem gl. in. l. creditoribus. in gl. cautione. ff. de ſeparat. & ibi Bart. idem Bar. in. l. ſi conſtante. in princip. nu. 57. ff. ſol. matr. vbi affirmat hanc opinionem tenere omnes doctores. Iaſ. ibi nu. 58. idem Bart. in. l. ſi finita. 4. eleganter. nu. 5. ff. de dam. infect. idem Bar. in. l. de di. in prin. ff. de condict. ob cauſ. nu. 3. verſ. alij dicũt. vbi Iaſſ. nu. 114. teſtatur hanc eſſe communẽ opinionẽ tenet & tenet ipſe Bar. in. l. inter omnes. nu. 1. ff. qui ſat. dar. cogãt. & in. l. ſi creditores. argumento optimi text. ibi nu. 1. ff. de priuil. credit. Bal. conſi. 413. vol. 3. Carol. Molin. conſ. 26. nu. 36. teſtatur hãc opinionem eſſe communem, eam ſequutus Matthæus de Affli. deciſ. Neapol. 108. nu. 3. communẽ eſſe affirmat Socinus, qui eã probat in. l. quibus diebus. §. Termilius. nu. 5. ff. de condit. & demonſt. Eſtque pro hac opinione communi text. pulcher. in. l. quod ſi in diem. verſ. quod & in conditionali ſtipulatione. ff. de pet. hæred. quam in hanc ſententiam expendunt Bart. ibi nu. 1. ver. vltimò nota. Atqui ſecũdũ hãc opinionem ſæpiſsimè ſumus interloquuti. Neq; huic tam receptæ ſententiæ obſtant verba tex. in l. in bonæ fidei. quæ in contractibus bonæ fidei agit, quaſi videatur eos qui ſtricti iuris ſunt, excluſiſſe. l. cùm prætor. ff. de iudic. Quoniam reſpondeo ipſe, communem ſententiam ſequutus, verba illa nullum iuris myſterium ſignificare, ſed in contractibus bonæ fidei agere ac ſtatuere, vt ex cauſa huiuſmodi cautio petatur, quoniam propter exuberantem bonam fidem vibebatur & ſine cauſa cautionem hanc exigi poſſe, quod minimè eſt permittendum, vt in. l. illa. Et in. l. 2ĩ. de hæred. vel act. vend. quæ ita eſt intelligenda, vacillet licèt gloſſ. ibi. Non ſolùm autem iudicio meo gloſſ. hæc noſtra ſentit. l. in omnibus. in contractibus ſtricti iuris eſſe accipiendam, ſed etiam in contractibus innominatis, cùm ita generaliter loquatur, vt non dubitem in tranſactione quoque eſſe admittendam, quod olim iam Senatus Neapol. decreuit deciſi. Matthæi de Afflictis. 108. quam ſuprà citaui.

Summa rerum. L. Sub prætextu ſpecierum.

1 *Verus huius. l. intellectus traditur.*
2 *Et eius ratio.*
3 *Procedere autem. l. hanc, etiam ſi neque in genere de his ſpeciebus cogitaſſent.*
4 *Et fuiſſe in hac. l. petitionem & tranſactionem quoque generalem.*
5 *Proponuntur tres limitationes ad. l. hanc.*
6 *Declaratur tex. in. l. 2. de iudic. infra.*
7 *Arbitramur tum tranſactionem quandam eſſe.*
8 *Declaratur verſiculus, error autem.*

¶ L. Sub prætextu ſpecierum.

Materia huius. l. eſt difficilis, & periculoſa, quoniam quotidie contingit, & pauci eã habent præ manibus, quod Paul. & recentiores hic affirmant. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur regula quædam generalis. In ſecunda, quæ eſt in verſ. error autem. ponitur regulæ limitatio.

Præmittit autem gloſſ. 1. hîc, quòd in præſenti fuit generalis petitio, & fuit etiam generalis tranſactio. Adultus enim fortè egerat cõtra ſuũ tutorẽ actione generali tutelæ

tutelæ, vel dominus contra negociorum gestorum, vel socius contra socium, & fuit petitio, hæc generalis generali quoque transactione sedata, quæ (quod text. hic dicit) ad species etiam postea repertas extenditur. Sed contra textum hunc ita oppono. Transactio non extenditur ad ea, de quibus partes nō cogitarunt. l. cum Aquiliana. l. qui cum tutoribus. ff. de transact. quare igitur hic præiudicat in speciebus, de quibus cogitatum non est? Martinus Sillanianus referente Bar. i. oppos. it. vt effugeret hanc difficultatem, restringebat. l. hanc ad eas species, de quibus in transactione fuit cogitatum. Sed hunc intellectum rectè Bartolus hic arguit, ex illis verbis text. post repertarum. Quare melius Vitramontani, qui acutè considerarunt, de aliqua re posse à partibus cogitari specialiter, & hoc modo minimè hic fuit à partibus cogitatum, posse etiam de re quapiam generaliter à partibus cogitari, vt quia adultus gerit in animo remittere quicquid in actionem tutelæ venire potuit, & hoc modo fuit cogitatum hic. Pro hac distinctione generalis & specialis cogitationis allegat Bartolus text. in. l. qui iure militari. ff. de testam. milit. quem in hoc Bartol. ipse, & alij infiniti propè scriptores allegant variis in locis, quē refert Andræ. Tyraquell. in. l. si vnquam. in principio. numero. 78. de reuoc. donat.

2 Et ratio huius legis, quoniam imputandum est actori, qui tam effuso sermone concepit transactionem, vt in hoc periculum inciderit. l. fi. in fine. C. de dot. promiss. nam qui generaliter loquitur, omnis rei, quæ sub genere comprehendi potuit, meminisse videtur, quod ex Aretin. & Socino consulentibus Alciat. hic obseruauit nume. 4.

3 Addit Bal. i. oppos. Bart. intellectum sequutus, quòd neque rescinderetur transactio, etiam si partes neque in genere de his speciebus cogitassent, debuerunt enim cogitare, neque socordia vnius ex transigentibus, alij damno esse debet. l. quicquid astringendæ. vers. nec rursus. ff. de ver. obl.

4 Fuit autem in hac. l. petitio generalis, & transactio etiam generalis. Si autem petitio fuisset specialis, licèt transactio esset generalis, non præiudicaret nisi in re petita, & ita loquitur. l. si de certa. infra eod. Si autem petitio fuisset generalis, sed prosecutio specialis, transactio subsequuta ad rē quam partes fuerunt prosequutæ duntaxat pertineret. l. age cum Geminiano. sup. eod. & statim in gl. videbimus.

5 Ex gloss. i. constant tres limitationes ad hanc. l. Prima est, si dolo aduersarij res illæ seu species fuerint occultatæ. l. tres fratres. ff. de pact. Secunda est, in patre pro filio transigente. l. de re filiorum. ff. de transact. Tertia, in causis testamentorum. l. de his. ff. isto titulo. Quartò limitabis legem hāc, vt minimè procedat in his rebus, quæ possunt vendicari ratione dominij, ad quas minimè extenditur transactio seu liberatio, quantumcumque generalis text. pulcher est in. l. Aurelius. §. Mæuia. iuncta gl. pupillæ. ff. de liber. legat. quæ meminit nostri text. & eam sequitur Bart. ibi. Paulus de Castro in præsen. finalibus verbis, qui hoc multum commendat. Iacobi. num. 6. dicēs singulare esse text. in illo §. Mæuia. & idem ex illo text. sequuntur Alexand. in præsen. nu. 3. Iaff. nu. 2. Curtius Senior nu. 6. Alciat. nu. 27. & præterea Bart. in. l. non solùm. §. fi. ff. de liber. legat. Bal. in. l. cùm necessitatem. de fideicommiss. nu. 2. idem in. l. pactum. quæst. 12. de collat. Iason in principio. de action. Institut. nu. 101. Gomecius ibi multa congerens nu. 69. Iaf. cons. 171. col. 3. vers. in primis ergo. qui falsò allegat gl. in præs. nam & seruus cui dominus necessitatē rationū remisit, res quas penes se habet, pro quibus vendicatio hæredibus posset cōpetere, restituet. l. si seruus vetitus. ff. de lega. 1.

6 Sed contra text. hunc oppono text. in l. 2. de iudi. infra. Sed gl. respondet ibi fuisse specialem petitionem, licèt sententia fuerit generalis. Secundò soluit glos. dicens aliud esse in sententijs, quæ cùm ferantur in inuitos. l. inter stipulātem. §. si Stichum.

ff.de ver.oblig. reſtringuntur ad cogitata, aliud in tranſactione, quæ generaliter concepta nocet in omnibus, etiã ſi proſequutio fuiſſet ſpecialis. & hanc gl. opinionem ſequuntur Bal. vterq; Salic. Alex. Iacobi. et Alcia. item Alex. conſ. 11. nu. 16. vol. 2. Bart. tamen poſt Cyn. & antiquiores opinatur idé eſſe in tranſactione quod in ſententia. ex. l. non minorem. ſup. eod. & hãc opinionem ſequũtur Ang. Paul. & Rimi. Et mihi placet, licèt opinio gl. communior mihi videatur. Sed iterũ oppono tex. in l. 1. ſi aduer. rẽ iud. Gl. ſoluit minoré ibi ſpeciali auxilio iuuari, hic autem maior iure communi vtitur. & gl. ſolutionem probauit Bart. nu. 4. & cæteri ſequuntur.

7. Vltimò collige ex gl. hæc ſtatuta in trãſactione in arbitramento locum habere. et eſſe gl. huius opinionẽ approbatã teſtatur Rimi. in l. 2 col. 1. ſup. eod. & eſt ſimilis omnibus quàm notiſsima in auth. vt deferen. iudi. verb. conuentũ. coll. 9. Alia in l nõ diſtinguemus. §. Iulianus. verb. famoſo. ff. de arbit. quas doctores in mille locis cõmẽdãtes approbarũt, multa hinc in diuerſis materijs notãtes. Oldr. conſ. 42. in fine. Bart. in l. qui furti. §. qui iuſſu. nu. 5. ff. de his qui notant. infam. Bal. in l. nemo apoſtolorum. de ſacroſan. eccleſ. idem in. l. 1. col. 2. ſi aduer. tranſact. Iaſſ. ac Deci. in l. ſi ſuper poſſeſsione, ſup. eod. Iaſſ. poſt Bart. ibi in auth. ſi verò contigerit. de iud. Iaſſ in l. elegãter. ff. de condict. indeb. idem in. §. omnium. nu. 18. Gome. ibi nu. 9. de action. Dec. in. c. ſi quãdo. de offi. deleg. & conſ. 60. nu 3. Roderic. allegat. 22. Burgenſis in. c. cum cauſam. nu. 34. de emp. & vendit. Blancus de compromiſſ. quæſt. 4. nu. 26. & l. regia probantur 24. tit. 4. p. 3.

8. Verſiculus, error autem, varijs modis hic per gl. vltimam declaratur, nam primò gl. declarat hunc text. quaſi imperator loquatur actori, alio modo quòd loquatur reo. & ita gl. poteſt diuidi in duas partes. Secunda eſt ibi. alij dicunt contra, & in hac ſecunda parte rurſus gloſſ. redit ad priorẽ poſitionem. Triplex autem ex gloſſ. hac ſecundum priorem poſitionem conſtat exemplum. Primum eſt, quòd actor tranſigens putabat eam rem, quam modò petit eſſe ſuam, & apud eum cum quo tranſigebat, reuerà tamen erat apud alium conſtituta, peruenit itaque de nouo ad hunc tutorem, nõ nocet igitur generalis tranſactio actori, quo minus rem hanc petere poſsit. Hæc poſitio gl. vera eſſe videtur, allegatq; Bart. pro ea text. in l. ſi quis ad exhibendũ. ff. de excep. rei iudicat. in l. de eo. §. ſi ſpiùs. ff. ad exhiben. & illa ratione, quoniam ſi res ſub actione propoſita non poterant claudi, ergo in tranſactione facta ſuper re illa non veniunt. Secundum exemplum conſtat ex gloſſ. ibi, vel contra, quando reuera res quæ modò petitur, erat apud curatorem, ſed actor tranſigens putabat non eſſe apud eum, certè error hic non nocet volenti rem illam vendicare. Qui intellectus poteſt ſuſtineri, ſi fingamus dolum curatoris hîc interfuiſſe in re occultanda, iuxta l. tres fratres. ff. de pact. & ſupra dicebamus. & ſecundum hos duos intellectus error hic fuit circa poſſeſsionẽ, potuit etiã eſſe circa proprietatẽ, vt ſi ego exiſtimem rem quæ apud alium eſt meam non eſſe, vt quæ à tertio quodam poſsidebatur. & hunc intellectum rectè Bart. declarat col. 2. ac verum communemq; eſſe laſſon affirmat numero 6. quem & Alciatus probauit, dum accuratè ſpeciem huius reſcripti effingit. Legitur alio modo hæc lex, vt loquatur in reo, quaſi dicat, nil nocere reo errorem tranſactionis, quin generalis tranſactio in omnibus locum habeat. & hic intellectus verus eſt, niſi actor dolo aduerſarij induceretur in hunc errorem, quod Bartolus aduertit. Alciatus generaliùs accipit hoc reſponſum, vt propter errorem actoris tranſactio reſcindatur prætextu ſpecierum repertarum, quoniam nil tam conſenſui contrarium ſit quàm error, qui imperitiam detegit. l. ſi per errorem. ff. de iur. omn. iudic.

Summa

Summa rerum. L. Transactione finita.

1 *Allegans propriã turpitudinẽ, non est audiendus.*
2 *Si iudex succedat condemnato, an possit prosequi appellationem.*
3 *Sed posse aliquem allegare contractum fuisse factum. l. resistente.*
4 *Declaratur gl. vnica.*
5 *Dolum passus, potest si velit, stare contractui.*
6 *Declaratur text. in l. ea quæ. de donat. ante nupt.*

¶ *L. Transactione finita.*

NOn diuiditur tex. hic, qui hoc continet in summa. Allegans 1
turpitudinem suam ad rescindendum contractum, nõ auditur. quod multæ leges probant, quæ in gl. allegantur. Ex quibus. l. si creditoribus. & l. filios. probant id procedere, etiam sinõ propriam, sed eius cui quis successit turpitudinem allegat, nam & hæc propria turpitudo ex iuris regulis censenda est. auth. de iureiũ. à mori. præst. in princ. coll. 5.

2 Ex quo infertur, quòd si iudex qui iniquam sententiam tulit, condemnato succedat, non posse eum appellationem prosequi, quasi propriam turpitudinem videatur allegare. contrarium tamen determinat glos. ordinaria in. l. 1. in glo. 1. ff. de except. rei vendit. & tradit. & idem quoque tenet glos. in. c. infames. §. si contra patrem. in gl. tutor. 3. q. 7. Alberic. in præsent. numer. 2. qui glo. iuris ciuilis non est recordatus. addit tamen ille hoc ita Pileum determinasse. quæst. 96. & idem sequitur Ias. nume. 2. Curtius Senior nume. 4. Ias. in. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. ff. de iure iur. nu. 30. quoniam ex nouis causis posset sententia sine prioris iudicis iniquitate reuocari.

3 Sed licèt dolum propriũ allegare quis minimè possit, potest tamen allegare actũ fuisse gestum. l. resistente, etsi dolus causam illi præbuerit. ita enim voluit glos. in. l. à Diuo Pio. in glos. actionem. ff. de ritu nupt. quam Bald. cùm alibi tum maximè in. l. 1. plus vale. quòd agitu. numero 5. commendauit. & illam huc in locum adduxerunt Alex. Ias. & Iacobi. qui nu. 4. singularem esse dicit. itẽ Ias. in. l. inter cætera. nu. 12. ff. de libe. & posth. Prępositus in. c. præterea. nu. 3. de spon. dicens gl. illam esse singularem. Ias. in. l. iuris gentium. §. prætor. nu. fi. Oroscius ibi nu. 2. Ias. in. l. cùm ij. §. eã transactionem, nu. 3. ff. eod. idem Ias. in. l. iusiurandũ. §. procurator. nu. 30. de iureiu. Quibus autem casibus liceat dolum proprium allegare, materia vulgaris est, de qua multa tradiderunt Bartol. & posteriores in. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiur. Albericus & Salicetus in præsen. plura his Alciatus. item præsul Calagurritanus reg. 24.

4 Gl. vnica. Primò timore cuiusdam difficultatis exponit verbum, magis, vt stet electiuè, nam si comparatiuè id accipias, cùm dolus vtrinq; interuenerit, transactio non vitiaretur, quoniam doli vnius ad alterum fieret compensatio. l. si duo. ff. de dol. l. viro. ff. sol. matrim. sed Cyn. Bal. Sali. & posteriores gl. hanc condemnant, nam propterea non infirmatur transactio, quoniam ex vtraque parte dolus interuenerit.

5 Ex eadem glos. collige, quòd cõtractus dolo factus est nullus in fauorem dolum passi, sed ille potest si vult, stare cõtractui. & gl. sequũtur Alex. in fine. Ias. nu. 5. Corn. nu. 1. & ante hos Paul. de Cast. nu. 1. itẽ Cur. Senior nu. 1. & idem quoque voluit gl. in. l. iuris gẽtium. §. prætor ait. in gl. dolo malo. ff. de pact. quam ibi sequuntur Bal. Angel. Alex. Ias. Iacobi. nu. 4. Oros. nu. 1 ex quo cõstat hanc esse comm. opinionem, quã etiã tenet gl. in. l. & eleganter. in gl. parua. & iterum in gl. magna. ff. de dolo mal. Barto. ibi nu. 3. dicens hoc esse bene dictum secundũ omnes. & allegat tex. hunc. & idem quoq; voluit gl. in. l. in causæ. 2. in princ. in glo. ne inter maiores. ff. de minor. alia in. l. si sterilis. §. quanuis. in glos. etiam. ff. de act. empt. & allegat multos authores Iasson sententiam hanc approbantes. in. §. actionum. numero. 41. de act. Instit. Addit plures idem

sequutos Franciscus Niconitius alleg. 5. nu.66. vol.1. Claudicat igitur cõtractus hic in odium dolosi, contra regulas communes, sicuti & fauore pupilli. l. Iulianus. §. si à pupillo. ff. de act. emp. l. non ideo minus. de procur. ĩ. Cogeretur tamen dolum passus declarare, an velit contractui stare, vel potiùs eum rescindere. l. Iulianus §. si quis colludente. ff. de act. empt. quem ibi in hoc Bart. notauit.

6 Sed obstare superioribus videtur elegãs Imperatorum responsum ad Theodoram in. l. ea quæ. de donat. ante nup. vbi Theodora decepta ab alio volebat stare contractui, & tamen hoc illi non permittitur. Sed difficultatem hanc optimè sustulit Bal. ibi nu.1. post Cynum dicens, quòd quando præter dolum contractui adhibitum causa ipsius contractus est impossibilis, dolũ passus non potest approbare contractum. Et hic intellectus mihi placet. Vltimò colligit Bart. ex. l. hac neminem compelli respondere positioni crimen seu turpitudinem continenti, quæ res certissima est, & eam pluribus propositis conclusionibus declarauit idem Bar. in. l. Marcellus. §. 1. ff. rerum amot. Georg. Natan. in Clem. sæpè de ver. signf. Deci. in. l. fi. nu. 6. de eden. sup.

Summa rerum. L. Si de certa.

1 *Transactio generaliter concepta restringitur ad species, de quibus inter partes actum est.*
2 *Verba generalia ab specialibus esse interpretãda.*
3 *Atque huic legi regulam quandam iuris generalem non obstare.*
4 *Generalem remissionem creditor facere non compellitur.*
5 *Porrigitur tamẽ transactio ad accessoria rei principalis.*
6 *Et ad connexa.*
7 *Et denique ad omnia, si verba sint admodum generalia.*
8 *Transactio generalis quæ non potest ratione recti sermonis restringi ad species de quibus actũ est, an ad omnia porrigatur.*
9 *Et an hoc casu extendatur etiam transactio ad incogitata.*
10 *Si transegi super certa re ex una causa, an ex alia causa eandem rem petere possim.*

¶ *L. Si de certa.*

ALbericus inquit multum notabilé esse. l. hãc propter clausulas generales, quę instrumẽtis apponuntur. Iass. notabilé esse dicit, valde notabilem esse fatetur Roman. cons. 371. nu. 3. Nõ diuiditur Facti speciem Paulus, Iasson, & Alciatus ita effingunt. Tenebaris mihi fundum restituere, quoniam is meus erat, item eras mihi obligatus excausa mutui ad centum, item ex causa depositi ad alia centum, petij ego à te vel fundum, vel centum, & super lite transactio à nobis generalis concepta fuit, promisi enim ego tibi, nil amplius me à te petiturum, quæritur an mihi denuò fundum vel illa centum petenti obstet generalis illa transactio. & non obstituram, rescripto hoc continetur.

1 Ex quo tu collige generalem transactionem restringi ad speciem, de qua inter partes actum erat. idem probat tex. optimus in. l. legatorum petitio. §. fi. ff. de lega. 2. vbi licèt testator in codicillis generaliter hæredes suos grauauerat ad certaquędam legata, non tamen ex hac generali dispositione cẽsentur grauati, nisi solùm illi quos specialiter priùs in testamento damnauerat. idéq; probat tex. in. l. quoties. vers. nec mutat. fam. ercisc. ĩ. vbi non videtur testator ab speciali diuisione recessisse, quòd generaliter quæ priùs diuiserat cõmendauerit.

2 Ex quo colligit Bald. ibi. 2. notabil. verba generalia, atque indefinitè prolata recipere intellectum à verbis specialibus. Adde idem esse in compromissis, quæ simillima transactioni sunt. l. si cum dies. §. plenum. ff. de arbit. Idẽ est in refutationibus quod nostri dicunt, nam etiam si illæ generales sint, ex satisfactione speciali restringuntur. l. si ex maiore. de except. ĩ. Idem est in iuramento. gloss. notabil. in. c. penultim. verb. quod promisit. de iureiur. cui adde textum optimum in. l. duobus. §. exceptio. versic. si quis iurauerit. de iureiu. l. si actor. ff. de procurat.

Idem

3 Idem est in renuntiatione iuris alicuius, quæ etsi generaliter fuit cõcepta, ad speciẽ de qua fuerat actum, restringitur. l. iubemus. ff. ad Velleia. idemque in calculationibus est l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & in pactis generaliter l. si ex pluribus. in princ. ff. de solut. l. fin. §. idẽ quæsijt. ff. de condict. indebit. & in iudicijs. l. 1. si aduer. rem iudicat. Sed obstare videtur, quod vulgò dici solet, verba generalia generaliter esse accipiẽda. l. 14. & generaliter. ff. de leg. præstã. l. in fraudem. §. fi. de test. milit. ff. Timorehtius difficultatis gl. ordinar. in illo. §. Lucius. in gl. fi. ibi tu dic inquit, regulã huius textus solùm procedere in transactione, nam in pactis aliud esse existimat. & glo. illius opinionem sequuntur in præsenti Bar. 2. lect. 2. col. dicens veram esse gl. illius opinionẽ. Item Faber col. 2. dicens hoc esse secundũ doctores. Innoc. in c. conquerente. de offic. ord. nu. 7. vers. exigas. in fine. & idem quoque voluit Bar. allegans gl. illam in l. de pupillo. 4. §. si in pluribus. nu. 3. ff. de noui operis nunt. & ibi Imola in finalibus verbis affirmat hanc opinionem sequutus, veriorem eam fortè esse. & posse opinionem hanc defensari tanquam veriorem, affirmat idẽ Imola in. c. 1. nu. 4. de transact. Alexa. cons. 11. nu. 7. vol. 2. inuens hanc esse sententiã doctorum. Matthæus de Afflictis decis. 285. nu. 13. vers. nec obstat dicta. l. si decem. Bart. verò in præsenti nu. 1. ex sententia Guillelmi de Cugno, nullam hic constituit differentiam inter pactũ & transactionem, sed tex. hunc in pacto quoque liberatorio locum habere & Bartol. opinionem contra gloss. sequuntur Bal. ad finem. Angel. nu. 1. Salicet. & Paulus de Castro num. 2. Alex. nu. 2. Iacobi. num. 4. testantur hanc opinionem esse cõmuniter approbatam. Curtius Senior nu. 6. Iaff. nu. 5. eam sequuti. Bolognetus nu. 21. & gl. in proprio loco reprehendunt Bart. Iaff. nu. 9. qui affirmat eam reprobari per Bartol. & alios. Iacobi. ibi numero. 4. dicens glossam illam à doctoribus reprehendi. Quare propositam 5 difficultatem ita Barto. soluit in versiculo. breuiter sic dico. quòd quando verba generalia seruata ratione recti sermonis possunt referri ad rem seu causam expressam, de qua per partes actum est, tunc ad eã restringantur. ita est accipiendus text. hic, & text. in l. si ex pluribus. ff. de solut. Si verò non possunt verba generalia aptè ad speciem aliquam accommodari; tunc generaliter esse accipienda. l. pluribus. quæ ita est accipienda. ff. de acceptilat. & secundum hanc distinctionem idem erit in pacto, quod in transactione. Distinctionem hanc probasse hîc omnes mihi videntur, & esse communiter approbatam testatur Riminaldus. colum. 2. versicul. aduerte quoniam. [illegible]

8 4 Quare cùm periculi plena sit generalis remissio ac liberatio, in eam sententiam itum est, vt etiam si creditor receptæ à debitore pecuniæ syngraphum dare teneatur l. plures apochis. de fide instru. l. sicut datam. de liber. caus. infra. generalem tamen remissionem nemo creditor facere compellatur. ex textu pulcherrimo in l. 3. §. contrarium. ff. de cont. iud. tut. Et ita tenent Oldra. & Baldus ibi. Bartolus in. l. cum Aquiliana. numero tertio. ff. de transactionib. vbi eum sequuntur Angelus, Fulgosius, Paulus & Iasson numero quarto. Iacobinus numero tertio. Oroscius numero secundo. Ex quo constat hanc esse communem opinionem, quam etiam sequuntur in præsenti Iaff. numero quinto. Lancello. colum. secunda. in principio. Alciatus numero vndecimo. Et tenent eandem opinionem Bal. in l. pactum. 16. quæstion. de collat. Salicetus in l. sicut datam. numero secundo. de libe. caus. dicens hoc esse communiter tenendum. Romanus consil. 155. numero quinto. Alexand. consil. 11. numero. 9. volum. 2. idem consilio. 68. numer. 6. versi. & per hoc dicit Bald. volu. 5. Felinus in c. significauit. num. 8. in fine. de testibus. Angel. de Aret. in. §. Item per acceptilationem. num. 7. qui. mod. tollit. obligat. [illegible]

Limitabis tu modò. l. hanc, vt non habeat locum in accessorijs rei illius certæ

super qua transactum est, ad ea enim transactio iure optimo porrigeretur. text. pulcher est tur. l. 2. ff. si quis caut. vbi transactio super re principali, ad pœnam quoque pertinet, nisi contrarium à partibus actum sit. idem probat textus. in. l. fi. ff. de eo quod cert. lo. dum modò fiat transactio super contractu ipso principali. l. si pro fure. §. 1. ff. de condict. fur. ex quo ita notant Bal. in l. 3. de fruct. & lit. expen. Nicolaus Alexandrinus allegans alios alleg. 25. nu. 96. Iuramentum quoque quod simillimum est transactionis super re principali præstitum, ad accessorias porrigitur. l. iusiurandum à debitore. 40. ff. de iureiur. Idem esse in fructibus vt & ad eos transactio extendatur, existimat Iason in præsenti numero quarto. idem videtur sensisse Bartol. in. l. Aurelius. §. ca. numero. 13. ff. de libe. leg. qui in hoc allegat textum elegantem in l. si cum tibi. de iud. infrà. vbi sententia lata in causa principali, in appendicibus quoque habet effectum. licèt in iudicium non fuerint illa deducta, idem igitur in transactione dici oportet. l. non minorem. sup. eod. maximè cùm videamus sententiam strictissimi iuris esse. l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Ad expensas autem transactionem non extendi, tradit allegans alios Hippolytus singul. 251.

6 Secundò limita textum hunc, vt minimè procedat in connexis, ad quæ transactio iure extenditur. ita enim nominatim limitauit. l. hanc gloss. ordinaria in c. accusatus. §. eum qui. in gloss. accusatus. de hæret. libr. sexto. quam ibi sequuntur omnes. item Paulus & Alexander in præsenti col. 1. Iacobin. dicens gloss. illam esse singularem. numero. 3. Iason numer. 4. Curtius Senior numero. 11. Alciatus nume. 14. & præter eos Iason. in l. fi. numero. 7. ff. de eo quod cert. lo. Matthæus de Afflict. decis. 285. idque propter naturam connexionis. l. eum actum. ff. nego gest. cum vulg.

7 Tertiò limita, nisi verba transactionis essent admodum generalia, ita vt ex eis deprehenderetur voluntas contrahentium ut, qui ad omnia voluerunt transactionem extendere. ita enim voluit eleganter Cynus in l. si ex maiore. de except. infra. vt si ego transigens dicam, quòd amplius non petam illam quantitatem vel aliam, nec ex præsenti causa, neque ex alia. & allegat Cynus text. in illo. §. Lucius. Et verissima hæc sententia mihi videtur, quoniam verba illa generalia ad species etiam & obligationes, de quibus actum non fuit, videntur pertinere. l. Stichus. l. alimenta. §. Basilæ. ff. de alime. leg. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulga. & pupill. & secundum hanc opinionem respondit Alexan. consil. 11. num. 10. vol. 2.

8 Quærit deinde Bartolus numero secundo, an quando transactio est generalis, & non potest salua ratione recti sermonis referri ad aliquam speciem, an eo casu valeat in omnibus vt transactio, an in aliquibus, vt pactum liberatorium. Et cùm Iacobus Butricarius dixerit hanc liberationem valituram non vi transactionis, sed simplicis conuentionis, Bartolo in vniuersis partibus veluti transactionem censendam esse arbitratur. & Bartoli opinionem sequuntur Alexand. numero tertio. Iason numero septimo. Curtius Senior & Alciat. vterque numero. 12. Ex quo consequitur, quòd cùm transactionem fieri oporteat super re dubia. l. 1. ff. de transact. id accipi oportet, seu sit dubium in toto, vel in parte.

9 Quærit deinde Bartol. num. 4. an quando transactio generalis non potest ad aliquam speciem referri salua ratione recti sermonis, extendatur etiam ad incogitata. Et respondet non extendi, nisi saltem in genere de illis fuerit cogitatum. l. sub prætextu specierum. supr. eod. & Bartolum sequuntur ijdem authores. & testatur esse communem opinionem Bolognetus num. 24.

Tres gloss. priores sunt expositiuæ, nil prorsus habent difficultatis.

10 Ex gl. fi. tu collige, quòd si ego transegerim de certa re, nō possum eandē rē ex alia causa

causa petere.idq; ꝓbat gl.authoritate Hugolyni & tribus argumentis. & gl.opinionem sequuti videntur Oldral. & Alberi: & cùm pauci sint qui hanc opinionem probent,dicit Alciatus se cum his gl. opinionem sequi malle. Sed hæc opinio sustineri minimè potest, neq; eam argumẽta gl. probant. Nam primum fundamentũ non obstat,quoniam licèt generalis transactio noceat in omnibus etiam non cogitatis.l.sub prætextu.sup.eodem.igitur eadem ratione debet extendi ad omnem actionem:non tamẽ porrigitur transactio ad ea quæ in proposita actione venire nó poterant,sed hæc actio ex noua causa proueniens,non poterat compræhendi sub actione propósita,non igitur censetur ex clusa per transactionem. Secundum argumentum gl.est,cùm quis non potest habere litem.non potest agere ex iure superueniente. l. stipulatio ista. §. quæsitum. &. §. quatenus. ff.de verbo. obligat. igitur &c. Sed huic rationi respondet Bartol. illud euenire propter euictionem,propter quam ibi actio denegatur.Sed hæc ratio Bart. non satis tuta est. Quare respõdetu cum Alex.las.& Curt. Seniore, quòd ibi promisit quis habere licere rem alienam,& ideò ne promissio sit inutilis,habetur ratio iuris futuri. Tertiũ argumentum nil vrget,& est prẽterea cõtra hanc opinionem Hugoly.tex.in.l.finita quis.§.fi.de ver.oblig.a.vbi Bar.inquit tex. illum esse contra gl.hanc,quam reprobãt in præl.Bar.ipse,& ante eum Petrus ac Cinus.Angel.nu.3.qui addit contra gl.text. in.l.& an eandem.§.actiones.ff. de excep. rei.iudicat.Paul & Alex.quiinquit in finalibus verbis glo.opinionem esse communiter reprobaram.las.n.8. testatus cõmunẽ opinionẽ esse contra gl. idem testãtur Rimin.al finalibus verbis.Curtius Senior. nu.19.Alciat.nu.8.è quibus duo priores eam sequũtur.Quod Bar.intelligit,si actio sit specialiter proposita, nã si generaliter, sicuti sententia nocet in omnibus.l.fi. de annal.except ita transactio noceret.& de hoc dicit Bart.esse tex.in. c. abbate,sanè. de re iudi.lib.6.

Summa rerum. L. Si causa cognita.

1 *Appellatio an suspendat vel extinguat pronuntiatum.*
2 *Appellatio non suspendit sententiam si sit interloquutoria.*
3 *Appellatio non suspendit sententiam excommunicationis vel interdicti.*
4 *In integrum restitutio an suspendat sententiam.*
5 *Et an executionem quoq; impediat.*
6 *Et quid si per malitiam in integrum restitutio postuletur.*
7 *Supplicatio quoq; à sententia principis facta impedit executionem sententiæ.*
8 *Sed iure nouo si duæ sententiæ conformes sint ex secũda supplicatione earum executionem non impediri.*
9 *Relatione quoq; pendente sententiæ executionẽ impediri.*
10 *Vel si per modum querelæ contra sententiam dictum sit.*
11 *Super sententia quoq; arbitri transigetur, si adversus eam reclamatum sit.*
12 *Non valere transactionem super re iudicata.*
13 *Neq; super ea obligatione quæ ex instrumento guarentigio defertur.*
14 *Sed aliud videri iure nostro.*
15 *Compromittere nemo cogetur super re iudicata.*
16 *Neq; in vim pacti valere factam transactionem super re iudicata.*
17 *Nisi rei iudicatæ partes quæ transigunt prius renuntient.*
18 *Hanc autem renuntiationem specialem esse oportere.*
19 *Ante rẽ iudicatam licere partibus trãsigere etiã publicatis attestationibus.*
20 *Valere quoq; transactionem super re iudicata si victor non agat actione iudicati, sed veteri contractus.*
21 *Sententia lata contra fideiussorem an transigat principalis,*
22 *Et an valeat transactio super re iudicata, si illa verba apponantur, qualis est vel esse potest.*
23 *Lata sententia contra quam potest peti in integrum restitutio, an intra tempora in integrũ restitutionis petendæ possit fieri transactio.*
24 *Repudiante hæreditatem instituto admittitur substitutus, etiam si institutus iure speciali restitui possit.*
25 *Neq; pacto nudo neq; acceptilatione transactio potest fieri super re iudicata.*

¶ L. Si causa cognita.

Diuiditur communiter in duas partes. In prima ponitur factū cum determinatione. In secūda quid hic faciendum sit admonet imperatores. Secunda ibi, proinde.

1 Colligepriмò ex tex. hoc, quòd appellatiò suspendit sententiam. idem probat text. in. l. furti. §. 1. ff. de ijs qui not. infam, vbi ita tenet gloss. verbo inter famosos. Bartubi. n. 3. l. præcipimus. §. in his. l. in offerendis. de appellat. l. fi. §. illud. de tempor. appel. c. venientes. de iureiur. c. pastoralis. §. præterea. de officio delegat. ca. sæpè. de appellat. quem in hoc expendit Bal. ibi nu. 4. c. si à iudice. de appell. lib. 6. & tenet hanc opinionem gl. ordinaria in. l. tale pactum. in prin. vers. qui prouocauit. in gl. sequetur. ff. de pact. Bal. in. c. 1. §. sancimus. n. 2. quo tempor. miles. vbi meminit huius textus Panor. in rubrica. n. 4. de appellat. dicens hoc esse verius idem Panor. in. c. fi. nu. 6. de sequest. poss. & frūct. Barbatius qui multa in hanc partem induxit argumenta in illo. §. præterea. n. 7.

Sed videtur sententiam appellatione interposita nō suspēdi, sed extingui. l. 1. ver. fi. ff. ad Turpill. l. 2. ff. de pœn. l. si quis filios. §. hi autē omnes. ff. de iniust. rupt. Timore huius difficultatis glo. finalis in illo. §. fi. inquit verè sententiam extingui, fictione tamen iuris veluti suspensam videri. Oldraldus autem de Ponte. cons. 89. nu. 3. differentiam hic constituit inter ius canonicum & ciuile: nam ex iure ciuili extingui iudicatum per appellationem, suspendi vero iure canonico. Bar. verò in illa. l. furti. differentiam hic videtur cōstituere inter causas ciuiles & criminales. Sed cū varie hac in re concertatum à doctoribus vtriusq; iuris fuerit, illa sententia increbuit, vt habita ratione præsentis status causæ, sententia extincta videatur, sed habita ratione ad futurum suspensa, dum in incerto res est, an iudex superior sententiam confirmabit vel infirmabit. Hāc resolutionem proposuit Bal. qui viginti argumenta in vnā quāq; opinionem cumulauit in illo. §. qui prouocauit. vbi eiusdem sententiæ videtur esse Angel. nu. 11. & sentit esse hanc cōmunem doctorum sententiam ibi Iacobi. nu. 4. eam sequutus, esseq; ipsam veritatē affirmat Iaff. ibi. nu. 5. item Oroscius. nu. 26. ex quo constat communem esse hanc resolutionem. & eam tenet Panor. in illa rubrica. de appell. nu. 4. vbi Feli. col. 3. testatur hāc esse communem opinionem. Decius ibi. nu. 7. Antonius de Butrio nu. 11. Imola nu. 1. in. c. venientes de iureiur. Fulgo. in. l. eleganter. in prin. nu. 9. ff. de condict. indebi. quam etiam sequitur in præsent. Bald. licèt longiorem distinctionem proponat. Alexan. nu. 2. qui alios allegat. & sequuntur eandem opinionem Bal. in rub. de appell. C. nu. 2. vers. quæro an sententia. Ioannes de Imola in. l. 1. ff. de re iudicat. nu. 2. Alexan. ibi nu. 2. qui multos allegat idem sequutos Iaff. nu. 9. Ripa. n. 7. Zasius nu. 5. Vincentius de Hercul. nu. 11. Imola in rubrica. ff. de appellat. n. 5. Alexan. dicēs hanc esse veram conclusionem. cons. 36. n. 6. vol. 4. pro qua allegant text. licèt in extranea materia in. l. sed & si quis. §. interdū. ff. de vsufruct.

2 Sed hæc accipienda sunt in appellatione interposita à sententia diffinitiua: nam in ea qua ab interloquutoria prouocatur, non suspendit sententiam, sed neq; iurisdictionē iudicis à quo appellatur, quousq; hic per superiorē fuerit inhibitus. c. nō solum. de appellat. lib. 6.

3 Secundò limita communem resolutionem vt non procedat in appellatione interposita à sentētia excommunicationis, quæ minimè sententiæ effectum suspendit. c. pastoralis. §. verum. de appellat. c. per tuas. de sent. excommu. nisi sub conditione sententia illa lata sit, & pendente conditione appellatio fuerit interposita. c. prętereà requisiti. c. dilectus. §. præterea. de appellat. Idemq; dicendum est in appellatione interposita à sententia interdicti, quæ minimè sententiæ effectum suspendit. ca.

ad hęc

ad hęc quoniam de appellat. & in appellatione à sententia suspensionis c. is cui in fine de senten. excommuni. lib. 6.

4 Secundò collige ex text. quòd in integrum restitutio sicut appellatio suspendit effectum sententiæ, & facit locum transactioni: nam quod præstat maioribus appellatio, hoc ipsum minoribus in integrũ restitutio l. præses prouinciæ. 43. ff. de minor. Sed licèt appellatio extinguat pronũciatum, prout à me paulò antè dictum est; in integrum restitutio non extinguit, sed solùm suspendit sententiam. l. vnica. in integ. resti. postul. ne quid noui fiat. & notat Bar. expressim argumento optimi tex. ibi. in. l. illud. 2. ff. de appellat. Sed ratio diuersitatis quæ sit inter appellationem & in integrum restitutionem. Et illę videntur tolerabiles quas hic Lancellotus Decius notauit, & quod maior sit virtus appellationis quæ iuri communi innixa est, quàm in integrum restitutionis quæ iure speciali impetratur. vulg. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. milit. & quòd appellatio retro respicit sententiam, & veluti in eius interitum parata est, in integrũ verò restitutio non ita ex aduerso sententiæ ipsi opponitur. tex. pulcher est in. l. præfecti. ff. de minor.

5 Sed in integrũ restitutio postulata an impediat executionem sententiæ. Et cùm tex. hic æquiparet appellationẽ ac in integrum restituuonem, dicendum est quòd sicut appellatio impedit executionem sententię, ita etiam in integrũ restitutio. quod Bald. hic etiam notauit 3. notabi. Alexan. 2. notabil. & communem opinionem esse Alciat. testatur. col. 2. & idẽ videtur probare tex. in. l. defendẽte. de aut. tut. ff. vbi id notat Bart. & in illa. l. vnica. vbi id antiquiores doctores tradiderunt. & tenuerũt hanc opinionem Innocent. in prin. Anto. nu. 2. Panor. n. 8. in. c. fuscitata. de in integ. restit. Imola. nu. 9. Cuman. testatus esse communem opinionem Alexan. nu. 26. Iaff. nu. 26. Zasius. nu. 14. in. l. 4. §. condẽnatum. ff. de re iudi. vbi Franciscus Ripa. n. 30. testatur hanc esse communem opinionem, quod Alexãder quoq; & Iasson prę dixerant. quam etiam sequuntur Vital. de Camba. in tract. clausu. clau. nil. no. in integr. restit. pend. Mathæus de Afflictis dẽ cis. 356. num. 3. Marant. de or. iud. 6. part. actu. 2. nu. 96.

6 Quæ ab omnibus limitatur vt nó procedat si per calumniam in integrum restitutio postuletur. c. fuscitata. de in integrũ rest. secundum veriorem intellectũ, quẽ superiores propè omnes sequũtur: tametsi alij contẽdant quòd si sententia ibi à principe lata fuerit, non impediri eius executionem petita in integrũ restitutione.

7 Supplicatio quoque à sententia principis admittitur. l. si quis aduersus. authẽ. quæ supplicatio. de pre. imp. offer. Et non dubitauerim quòd si sentẽtia suppliconẽ sit suspensa, esse locum transactioni, tametsi iure communi supplicatio non impediat executionem sententiæ, sed iure nostro supplicatio etiam sicut appellatio impedit executionem sententiæ. l. 8. tit. 4. lib. 2. ordinam. Secunda quoq; supplicatio apud principem ipsum interposita locum faciet transactio in ná & illa suspendit sententiam ab auditoribus latam & effectũ eius atq; executionem impedit.

8 Nisi duæ pnores sententiæ ab auditoribus latę conformes fuerint, quo casu & si secunda supplicatio admittatur, sententia tamen mandatur executioni. quod sanctissime Philippus Hispaniæ Rex excellentissimus statuit Madritij anno. 1563. petitione. 102. atq; secundum eã sanctionẽ quotidie pronuntiamus in rebus etiã grauissimis.

9 Idem quoq; erit dicendum si sententia nondum lata relationem iudex fecerit superiori, hæc enim sicut appellatio suspẽdit iudicium l. fi. de relat.

10 Sed & si appellatio non fuerit interposita sed per simplicem querelam superior aditus fuerit vt sententiam emendet iuxta. tex. in. c. querelam. de procurat. opinor locum esse trãsactioni, querela enim simil

lima

lima appellationi est, vt interdum eodem nomine nuncupetur. l. ab eo. quo. & quã. iudex.

11 Idemque erit dicendum, si sententia arbitrorum emologata nõ sit, aut declamatio contra eam sit interposita, nam erit locus transactioni, nam & hoc casu executionem arbitrij cessare scripsit Bal. in illo §. qui prouocauit. 12. quæst.

12 Secundò collige ex tex. non valere trãsactionẽ factã super re iudicata. Idem probant leges vulgatę in. l. post rem iudicatã. & in. l. & post rẽ iudicatam. ff. de transact. in verb. eleganter. in princ. ff. de condict. inde, vbi dicitur huiusmodi trãsactionem nullius momenti esse. & est ratio, quoniã deficit hic substantia transactionis, hoc est incertitudo. l. 1. ff. de transact. Sententia enim rem liquidam & certissimam constituit. l. res iudicata. ff. de re. iur. l. ingenuũ. ff. de stat. homi. Prætereà trãsactio fuit inuenta, vt finem litibus imponat. l. fratris. sup. eo. sed ille est iam per sententiam impositus, frustrà igitur iam transigitur. Hãc dicit esse communem rationem huius rei Roman. in præsen. nu. 11.

13 Ampliabis. l. hanc, vt habeat locum etiam in re debita ex publico instrumento, quod guarentigium vocant, nam neque super illa potest fieri transactio. Ita enim voluit Bar. in præse. nu. 2. cuius opinionem sequuntur Angel. nu. 1. Alex. nu. 9. Iaff. nu. 13. & esse communem opinionẽ testatur Curtius num. 9. quam & Socinus probauit citans multos, qui eam sequuntur consi. 4. nu. 1. vol. 1. Sed neque compromittere quis compelletur de re debita sibi ex publico instrumento statuto iubente compromittere. quod Romanus scripsit in rub. ff. de arbit. nu. 41. vers. & eodẽ modo. Iaff. consi. 26. nu. 5. vol. 1 quod eleganter declarant Paul. de Cast. nu. 4. Roman. nu. 14. si aduersus instrumentum hoc exceptio nulla opponi possit, quo casu equale videtur instrumentum sententiæ. l. per emptorias. sent. rei. non poss.

14 Quare cùm iure Hispaniæ huiusmodi instrumento exceptiones quædam opponi possint. l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinament. superest super eo transigi posse. Et ego quidem transactionem admitterem, nisi certum sit exceptiones illas quæ ex iure opponi possunt, debitori non competere.

15 Idemque in compromissi necessitate dicendum est, vt nemo compellatur compromittere rem iudicatam ex necessitate statuti, quod cognatos vel affines ad compromissum compellit. quod Bart. notauit in illa. l. post rem iudicatam. nu. 2. vbi eũ cæteri sequuntur. idem Bar. in. l. ambitiosa. de decret. ab ordi. faciend. nu. 24. Alberic. in præsent. Decius consil. 29. nu. 3. Imò verò sicut transactio non valet super re iudicata, ita nec compromissum, vt affirmat tenere doctores omnes Romanus consil. 369. num. 15.

16 Secundò ampliabis text. hunc, vt nec etiam in vim simplicis pacti trãsactio hæc sustineatur. l. 3. de repu. her. §. vbi ex transactione inutili, nec exceptio quidẽ nascitur, quæ tamen oriretur, si vel in pactum illa subsisteret. Iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact. & hanc extensionem ad. l. hanc videtur insinuare gl. fi. in præse. quã in hoc expendit Bar. idem sequutus num. 5. idem sequuntur Angel. nu. 2. Alexa. nu. 4. Iaff. fi. col. Curtius Senior nu. 30. Lancel. col. 1. Iacobi. nu. 8. Alciat. nu. 6. quam etiã tenet Bar. in. l. 1. nu 6. ff. de transact. vbi hãc gl. expendit. & ibi eum cæteri sequuntur, idque probat text. hic in fine, iuncto principio. nam si vel pactum tacitum hinc resultaret, certè illud impediret executionẽ latæ sententiæ. l. iuris gentiũ. §. si paciscar. ff. de pact. Sed huic tam receptæ sententiæ illud impediméto est, quòd in his pactis, quæ ad liberandum suapte natura producta sunt, si non valet id quod agitur prout agitur, valet prout valere potest. l. an inutilis. l. si acceptilatum. ff. de acceptilat. l. si vnus. §. si acceptilatio. ff. de pact. Sed Bart. respondet num. 5. transactionem non esse cõtractum liberatorium, sed vltrò citroq; obligatorium, & ex qua parte est obligatorius

rius si non valet vt agitur, neque etiam vt valere potest. l. 1. §. si quis ita ff. de verb. oblig. l. 1. §. eũ qui. ff. de const. pecu. & tametsi solutionem Bart. Bal. arguat falsitatis, ei Salicetus respondet. & Bart. solutionem esse communiter approbatam testãtur Lancell. Decius col. 1. vers. & inquantũ. Alex. nu. 4. quòd si transactioni huic accesserit iuramentum, sua natura id operabitur, vt valeat transactio saltem in vim pacti, eius enim naturæ iuramentũ est, vt faciat actũ valere. omni meliori modo quo potest. vulg. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. & ita in specie censuit Bar. in. l. si quis major. per illum tex. ĩ. eod. cuius opinionẽ sequuntur in præs. Alexan. Alex. nu. 5. Rimin. 2. col. Iaff. nu. 10. Iacobi. nu. 11. & ante hos Angel. quem illi non referunt nu. 3. Curt. Sen. nu. 17. & affirmat hanc opinionem esse communem, eam sequutus Alciat. in. c. cùm contingat. nu. 184. de iureiu.

17 Limitabis. l. hanc, vt nõ procedat, si partes renuntient rei iudicatæ, deinde transigant, tunc enim valebit trãsactio. ita enim voluit eleganter Bal. in. l. si diuersa. 1. q. sup. eo. & à cæteris eius sententiam esse approbatam affirmat in præsenti Alciat. nu. 18. & communem prętereà esse affirmat, eam sequutus Curtius Iunior in. l. 2. nu. 21. ff. de iurisd. om. iudic. quoniam nil fuit vnquam impedimento, quo minus quis sententiæ atque rei iudicatæ renuntiet. l. iuris gentiũ. §. si paciscar. ff. de pact.

Sed cùm hoc sit apud omnes in cõfesso, quare & illud non admittunt vt transigentes super re iudicata sententiæ ipsi videantur renuntiare, vt transactioni locum faciãt. arg. tex. vulg. in. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. in. Lad legatum. & in. l. ad rem mobilem. ff. de procurat. Et Paul. in præsen. nu. 3. fortem esse hanc oppositionem arbitratus, ingenuè fatetur nunquam se benè clarum in ea fuisse, neque repensse aliquem doctorem benè declarantem. Quamobrem ille primò respõdet ex hac difficultate restringendam esse regulam huius text. ad duos casus, è quibus est prior. Quando is, contra quem lata sententia fuit, negabat eam per calumniam, & is qui in causa obtinuit, non poterat eam probare, quare inopia probationis adactus ad transactionem peruenit, qua non videtur renuntiare sententiæ voluisse. Secundus casus est in omni transactione adiecta illa clausula, non obstante sententia. Sed reuera dominus Paulus de Castro non euicit hanc difficultatẽ, quod tamen ille solet. Quare respondet regulam l. 2. non procedere, quando consequentia sunt maiora expressis. l. penult. §. illo. de necess. hæred. instituen. ita enim respondet Iaff. in. l. 1. ff. eo. nu. 12. qui & alio modo respondet, non esse capiendam hic illam tacitam rei iudicatæ renuntiationem, quoniam consequeretur ex ea remissio liquidæ quantitatis in grauem eius, pro quo lata sententia est, iniuriam. & huc videtur etiã spectare responsio Alcia. hic nu. 18. Cui aliter etiam respondet Curtius in illa. l. 2. nu. 22. quòd lex noluit inducere hanc tacitam sententiæ renuntiationem, ne lites renouentur. Alijs etiam modis respondet huic difficultati Lodouicus Texeira vir doctissimus in rub. ff. de reb. dubi. col. antep. vers. sed aduerte.

18 Quo casu autem valet transactio propter renuntiationem rei iudicatæ, oportet renuntiationem illam specialẽ esse sententiæ cui renuntiatur, secundum Bal. in. l. si diuersa. & sequuntur in præs. Paul. Alex. & Iaff. item Philipp. Dec. cons. 39. nu. 3.

19 Secundò limitabis text. hunc, vt minimè habeat locum, si sententia lata non sit, sint tamen publicatæ attestationes, ac etiã cõclusum in causa, namque adhuc erit locus transactioni, quoniam text. hic rem iudicatam in hoc exigat. Et ita determinat eleganter Bal. in. l. post rem iudicatam. 3. lectione. nu. 9. vers. vndecimò quæro. ff. de transact. Lancell. Decius in præs. col. 2. tametsi contrarium voluerit idem Bal. in. l. 1. lect. 1. de transa. ff. cuius opinionem probauit etiam Alexan. cons. 82. nu. 4. vol. 1. & cons. 62. num. 8. vol. 2. licèt etiam videatur postquàm conclusum fuit in causa esse ve-

luti

luti iam confectum iudicium l. quamuis. ibi, confecto penè iudicio. ff. de adulte. Præterea dubium hic adhuc est, quam sententiam iudex prolaturus sit, vnde adhuc superest locus transactioni. Et hæc opinio Bal. & Lancellotti iure nostro est verissima, quo nunquam censetur conclusum in causa, quo minus instrumenta possint præsentari per partes: nam etiam si iure communi illa non liceat præsentare post conclusionem. c. cùm dilectus. de fide instru. vbi plura notarunt Panorm. & Felin. & multa quoque addiderunt Ripa post Iaſſ. & Cur. in l. admonendi. nu. 45. ff. de iureiu. Socin. regula. 184. instrumenta. Maranta de ordi. iudici. 6. par. act. octauo. nu. 26. iure Hispaniæ sub ipsa quoque prolatione sententiæ præsentantur, dummodo iuret is, qui ea præsentat nouiter se illa reperisse, etsi per procuratorem fiat præsentatio, oportet eũ in hoc speciale mãdatum habere, sine quo instrumenti præsentatio non admittitur, atque ita quotidie recipimus instrumenta cum hac solennitate.

20 Tertiò limita tex. hunc, vt non habeat locum si post rem iudicatam, victor non egerit actione iudicati, sed prima actione contractus, quo casu valebit trãsactio. Salicet. in præl. nu. 1. Alex. nu. 8. Iacobin. nu. 6. Quartò limita, vt tex. hic non procedat, si id in quo lata fuit sententia, fuerit cõsignatum victori, nam super re cõsignata locus erit trãsactioni, quod ex Paulo de Eleazar. Alex. vt notabile refert nu. 7. & Iacobin. sequitur num. 4.

21 Quintò limita, vt text. hic minimè habeat locum, si sententia solùm lata sit contra fideiussorem, nam eo casu rectè transiget principalis. l. & post rem. §. si fideiussor. ff. de transact. quoniam sententia lata contra fideiussorem, etiam si transeat in rem iudicatam, non nocet principali, sicuti nec illi prodesse potest. l. fideiussoris. ff. de pact.

22 Sextò limita tex. hũc, vt minimè procedat si in instrumento dictũ sit, quia lis est, vel subesse potest, quo casu etiam super re iudicata licet transigere. quod Angel. in præl. notauit nu. 1. sed hoc benè reprehendunt Alexan. nu. 9. qui multos allegat cõtrarium tenentes. Lancellot. Decius col. 2. vers. & in quantum Alexander. Iacobi. nu. 7. sentiens hanc esse communem opinionem, quæ vel plurimum iuuatur ex tex. in l. cùm is, §. si cùm lis. ff. de transact. Quòd si post rem iudicatam opponi possit aliqua exceptio earum, quas ipse enumerauit in. l. 1. de iur. & fact. ig. non dubito adhuc super ipsa re iudicata posse transigi. quod Fulgos. notauit in l. post rem. nu. 7. ff. eo.

23 Sed cùm transigi possit super re iudicata, cõtra quam in integrum restitutio fuit postulata, an etiam transigi possit antequã in integrum restitutio fuerit postulata, si tamẽ intra quadriennium res sit ad quod illa potest impetrari. l. fi. de temp. in integr. rest. pete. Et videtur ex tex. in l. eleganter. in princ. ff. de condict. indebit. vbi tunc non est locus transactioni post rem iudicatam, quando illa nullo remedio potest attentari, sed in hac specie attentari potest per in integrum restitutionem, ergo transigi potest. Secundum argumentum est, quoniã sicuti transactioni locus esset non solùm interposita appellatione, sed etiam intra tempora data ad appellandum, quoniam vulgò dicitur æqualia hæc esse. c. nõ solùm de appell. lib 6. ita etiam videtur paria esse, vel quòd in integrum restitutio sit petita, vel simus intra tempora, quibus illa peti potest. Hanc igitur opinionem tenet Fulgos. in illa. l. post rem iudicatam. num. 3. vbi eam sequitur Orosc. nu. 8. quædam argumenta pro ea inducens. Verùm hanc opinionem videtur arguere text. hic, qui hoc videtur excludere, dicens transigi eo casu posse, cùm sententia in integrum restitutione est suspensa, quasi actum ipsum requirat hæc lex, neque potentia sufficiat. Et ita contra Fulgo. expendit text. hunc Iaſſ. nu. 7. & idem Iaſſ. in illa. l. post rem. fi. col. qui semper allegat Angelum authorem huius opinionis, quam Romanus tenet in præl. nu. 10. Est autem potissima ratio, cui opinio hęc innititur, quoniam regulariter nõ

solet

solet haberi ratio eorum, quæ iure speciali possunt euenire, nisi iam sint impetrata. l. ergo. ff. de fideicommiss. libert.

24 Nam etsi institutus repudiet hæreditatem, substitutum statim admittendum esse constat, etiam si institutus per in integrũ restitutionem posit ad hæreditatem iterũ admitti. quod Bar. ex illa l. ergo. determinauit in l. 1. nu. 19. ff. de vulg. & pupill. vbi eũ sequuntur allegantes alios Alex. nu. 15. Socinus nu. 16. Iaſ. testatus hanc esse communem opinionem. nu. 33. & cõmunem esse affirmat Ripa ibi. nu 124. quam tenuit gl. ordinaria in l. 2. verb. repudiauerint. ff. de bo. possess. tabul. quæ non est oblita tex. in illa l. ergo & tenuit eandẽ sententiam Bar. in l. 3. ff. de acq. hær. versi. aduertetamen. allegans tex. in illa. l. ergo. vbi Bart. sequuntur Ang. & Imola. itẽ Rom. nu. 9. Alex. co. 1. dicens alios transire cum Bart. Aret. col. 1. dicens hoc esse clarum. Iaſ. nu. 4. Ex quo cõstat hanc esse communem opinionem.

Neque superiori sententiæ obstat textus in illa. l. eleganter. ibi, nullo remedio. quia accipi oportet ordinario, nam remedij extraordinarij non videtur Vlpianus ibi rationem habuisse. Neq; secũdum obstat argumentum, nam præterquam, quòd ratio temporis in vtroque est inæqualis appellationi, magis deferimus ordinario communiq; auxilio, quàm restitutioni in integrũ, quod extraordinarium remedium est.

Ex gl. fi. quoniam cæteræ sunt expositiuæ, 25 collige, quòd cùm duplici via transactio iniri, posit & pacto nudo, & per acceptilationẽ. l. 2. ff. de trãsac. prohibitio hæc ne trãsactio fiat super re iudicata, ad vtrumq; genus transactionis pertinet. Et gl. opinionẽ sequuntur Bar. nu. 3. & cæteri post eum. cõmunem esse testantur Iaſ. nu. 12. Alci. nu. 13. Et est ratio, quoniam à quo remouetur genus, species quoq; remotæ esse videntur. l. 1. §. fi. ff. de aleæ luſ. & aleat. l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. 3. Poterit igitur fieri super re iudicata transactio per acceptilationem, præmissa Aquiliana stipulatione, sed non ex causa transactionis.

Summa rerum. L. Si pro fundo.

1 *Text. hic an loquatur in actore vel reo.*
2 *Quis contractus in hac. l. gestus sit, permutationis ne, an transactionis.*
3 *Fundus & prædium, quomodo distinguantur.*
4 *Fundus quando liber traditus esse videatur.*
5 *Sicuti in contractibus nominatis, ita & in innominatis venit euictio.*
6 *Optima cautio, vt ex sententia arbitri euictio detur.*
7 *Declaratur magna quædam difficultas. l. si quis accepto. ff. de condict. caus. dat.*
8 *Re vendi permutata, non est locus pœnitentiæ, etiam re integrã.*
9 *Ex transactione actionem dari præscriptis verbis, etiam si stipulatio illi non accesserit.*
10 *Transactio an tribuat titulum in re tradita vel dimissa ex causa transactionis.*
11 *Et illatio quædam elegans ex resolutione huius articuli deriuatur.*
12 *Si quis renuntiet liti & causæ, non hinc translatum dominium censeri.*
13 *Sed optima cautio proponitur, vt dominiũ transferatur.*
14 *In re alienata per transactionem, an habeat locum retractus.*
15 *Declaratur text. in l. si donatæ res. ff. de donat. inter vir. & uxor.*

¶ *L. Si pro fundo.*

Dicit Bar. in præs. l. hanc esse valde singularem, addit Paulus nõ esse in hoc tractatu legem hac subtiliorem. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur decisio. In secunda quædam limitatio. In tertia ponitur alius casus. Secũda ibi, ex stipulatione. Tertia ibi, si tamen res. Est autem dubium, idq; non facile, an text. hic totus loquatur in actore, an verò & in reo. Et gl. pen. verb. cõstituas. ita intelligit text. hunc, vt in principio loquatur in actore, sed in fine in reo. Mutatio autem ex eo constare videtur, quòd in principio singulari numero agant Imperatores, in fine verò, versi. si tamen res ipsas. pluratiuo numero loquuntur. & hunc intellectum frequentiores videntur approbasse. & communem eum esse testatur Iaſ. nu. 1. Sunt tamen qui existimant tex. semper agere in actore. quem

intellectum dicit esse Bar. & omniũ Curt. Senior in prin. Sed gl. intellectus verior quidem est, & omnibus magis communis, secundum hunc gl. intellectum facti species ita se habuit. Petebat Petrus fundum Seianum à Paulo, inter hos transactione conuenit, vt fundus quidem Seianus apud Paulum remaneret, & Paulus daret Petro prædium Sempronianũ, atque ita re apud eos composita, prędium ipsum Sempronianũ Petro euictum est, quoniam erat fortè Ioannis. Dubitatũ fuit apud Imperatores, an Petrus hîc posset ad antiquã litẽ redire. Et respondent Imperatores id nõ licere, posse tamen eũ ex stipulatione interposita agere ad euictionẽ, quòd si illa nõ accesserit, præscriptis verbis profundi euictione agere eũ posse, & hucusq; actorẽ Imperatores alloquuntur. Sed fuit etiã dubitatũ apud ipsos Imperatores, quòd si fundus ipse Seianus, qui ex trãsactione dimissus fuit apud ipsũ Paulũ qui fuit reus ab ipso fuerit euictus, an possit agere aliquo remedio contra Petrũ. Et respondent Imperatores in verl. si tamẽ res. nil eum posse petere. & in hac parte Imperatores reũ ipsum alloquuntur. Et secundum hũc intellectũ, qui est verissimus tex. hoc cõtinet in summa. Facta trãsactione inter actorẽ & reũ, vt pro fundo Seiano quẽ actor vendicabat detur actori prædiũ Sempronianũ, & is de quo erat iudiciũ, dimittatur reo, & cõtingat prædiũ datũ actori euinci. nõ ex hoc poterit actor litẽ instaurare, sed aget pro euictione actione ex stipulata, vel si stipulatio nõ intercessit, præscriptis verbis, sed si fundus Seianus dimissus apud reũ euincatur, nõ aget reus de euictione. Bart. verò & nõ pauci existimant agere tex. hũc semper in actore, qui cùm fundum ipse apud se haberet, eũ tamẽ petijt ab alio, & res apud eos ita cõposita est, vt pro fundo illo quẽ petebat, prędiũ quoddã eidem consignaretur, prædiũ hoc euictũ fuit, dubitabatur an pro euictiõe hic agere posset. Respõdẽt Imperatores agere eũ posse ex stipulatione, vel si illa nõ intercesit, actione præscriptis verbis. Sed quid si fundus ipse quem actor petebat apud ipsum ex causa transactionis fuit dimissus, an si euincatur, possit hic agere pro euictione. Et nõ posse, respõsum hic Euchrisio ab Imperatoribus est. Hũc intellectũ sentit Bar. in summario huius tex. in illis verbis, apud trãsigentem dimissus, trãsigẽs enim propriè actor est. l. 2. cũ gl. sup. eo. Sed hic intellectus tolerari vllo pacto non potest, ineptissimè enim actor hic peteret, quod ipsemet possideret. §. 1. de ac. Inst. c. examinata. de iudi. Neq; tollit difficultatẽ, si fingas aliã fuisse rem, quæ erat apud actorẽ, quã quæ petebatur, quoniã ipsissimã esse significant Imperatores ibi, si tamẽ ipsas res. Quare intellectus tenẽdus minimè est, imò probabilissima sententia existimat Lancel. Deci. non fuisse huius propositi Bar. nam quod apud transigentẽ dixit, non extẽplò actorẽ significauit, cùm & reus transigere non impropriè dicatur.

Raphael autẽ Fulg. quẽ referunt recentiores, nã in meo lib. l. hãc ille non legit, incredibili illa sua ingenij acrimonia tertiũ intellectũ ad hãc l. excogitauit, vt text. hic in actore semper loquatur, & in primo responso actori petenti fundũ Seianũ, prædiũ Sempronianũ ex causa transactionis traditũ fuit, sed in secũdo. respõso idem ipse fundus Seianus ex causa transactionis actori ipsi traditus fuit, & actor dedit reo ipsi pecuniã, nã hoc casu re euicta actor nõ aget de euictione. Et existimat rationẽ diuersitatis ex eo cõstare, quoniã priori casu quando datur aliare, datur ex nouo titulo, & ita ex alia diuersaq; causa quã peteretur, quare reus tenetur de euictione, sed quãdo res illa dimittitur ipsi actori, cũ censeatur dimissa ex iure quod actor ipse prætẽdebat, reus nil videtur nouiin eũ transtulisse, ac proinde nõ tenetur de euictione. Hunc Fulg. intellectũ referunt Alex. & Ial. & pulchrũ eũ esse inquit Lancel. Deci. Ego gl. ac communem sequor, quem primo loco explicaui.

Deinde reuoco ipse in dubiũ pro intelligentia huius rescripti, quis cõtractus gestus hic fuerit, permutationis, an verò trãsactionis. Et videtur permutationẽ fuisse celebratã, cùm

cùm fundus pro prædio datus fuerit, nec est inutilis hęc inuestigatio, nam si permutatio fuit celebrata, esset loc⁹ re integra pœnitentiæ, sicut in cæteris cõtractibus innominatis, quod minimè admittitur in transactione l. fratris. l. quamuis. huius tituli. Ité actio præscriptis verbis, quam producit permutatio, est bonæ fidei l. 2. ĩ. de rer. per. §. actionum. de act. Instit. Cùm tamen ea quæ ex transactione, atque cæteris contractibus innominatis nascitur, sit stricti iuris, vt illo. §. actionum. redhibitoriæ quoque actiones, & quantò minoris, ad permutationem pertinent. l. sciendum. versi. deinde. ff. de ędil. edic. quę minimè competunt in alijs contractibus innominatis. Est et effectus ille vel maximus, quòd si partes permutauerint fundũ cum prædio, locus esse poterit beneficio l. 2. de rescind. vendi. Sed si transegerint, cessabit. l. illius beneficiũ, quæ minimè in transactione locũ habet, quod ipse latiùs disputauimus in nu. 23. Sed hac in re verissima sententia est, transactionem hic fuisse gestam, non permutationẽ, quod natura tituli huius persuadet. l. Imperatores. ff. de in diem addict. & intentio ipsorum contrahentium, à qua actus ipse denominatur l. 14. idem Pomponius. 1. ff. de posi. facit tex. vulg. in l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & opinionem hanc defendũt Lancellot. & Iass.

3 Collige primò ex tex. hoc in illis verbis, si pro fundo quem petebas prædium dari placuit. fundum & prædium esse diuersa, sed in quo differant, non satis compertum est, ex quæst. & l. fundi. & l. locus. ff. de verb. significat. quibus in locis iurisconsulti hoc docuerunt. Iass. in præsen. col. 2. fundum inquit ad solas agri possessiones pertinere, putà ad vineam, oliuetum, pratum: prædium, ædificia, tam vrbana, quàm rustica comprehendere. l. vrbana prædia. ff. de ver. signifi. & in tit. de seruit. vrban. & de ser. rust. prædio. Sed reuera fundus generalior olim terminus fuit, ad vrbanum quoque ædificium pertinens, licèt id abstulerit vsus, quem penes est arbitriũ, & vis & forma loquendi. quod ex illa l. fundi. constat, & etymologia vocis significat. Dicitur enim fundus, quia fundari super eum quæque respositum. Tametsi Marc. Varro dictũ putet, quòd fructus patrifamiliãs fundet, hoc est, præstet. Iam verò quis ęquo animo ferre possit Laurentiũ Vallã virum equidẽ de lingua Latina quàm optimè meritũ, qui libro Elegantiarum. 6. c. 41. Iurisconsultos, quibus eos paulò antè locis allegaui, reprehẽdit, quasi nesciuerint fundum à prædio distinguere. Sed ad alia pergamus.

4 Secundò collige ex tex. ibi, prædiũ certis finibus liberum, iunctis illis verbis quæ sequuntur, licèt hoc prædiũ obligatũ pòst, vel alienatum pro parte fuerit, quãdo dicatur prædium liberũ esse, nẽpe quando nec alteri est illud obligatũ, neque pro parte est alteri alienatum vel in totum, & in hoc dicunt hunc tex. esse notabilem Salic. Alex. & Iass. in præs. Adde, quòd nec censeretur prædium liberum, si alteri prædio deberet seruitutem l. vim faciũ. ff. de vi. & vi. armat. Et ibi notat Bart. & declarat eum tex. optimè Alexand. consi. 52. vol. 2. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de ver. oblig. l. quoad seruitutes. ff. de euict. & declarauit optimè Bart. in l. Mæuius. §. fundo, num. 6. ff. de legat. 2. & in l. 2. §. 1. ff. de act. empt. Tu adde, quod etiam si hìc non fuisset facta transactio de tradendo prædio libero, sed fuisset facta simpliciter, intelligeretur prædium dari oportere liberum. l. ex his prædijs. de euict. ĩ. l. cùm venderes. ff. de cont. empt. l. 1. §. 1. ff. de act. empt. & ita Cynus hic, Salic. Alex. & Iass. obseruarunt.

5 Tertiò collige ex text. ibi, apud rectorẽ prouinciæ agere potes. quòd quemadmodum in contractibus nominatis, putà venditione, locatione, & similibus, vẽditor & locator tenetur ei, cum quo contraxit, pro euictione. l. non dubitatur. ĩ. de euict. l. fin. de com. re. alienat. l. si in venditione. ff. de euict. ita etiam est in contractibus innominatis, qualis transactio est. Adde idẽ esse in contractu innominato, facio vt des. l. iuris gentiũ. in prin. ff. de pac. Idẽ est in cõtractu,

do vt des. l. fi. ff. de condict. ob caus. Cohæredes quoque hæreditatem diuidentes, quoniam contractum permutationis facere videntur, tenentur sibi mutuò de euictione. l. si familiæ. ff. fam. ercisc. nisi conuenerit inter eos, ne de euictione tenerentur, quo casu neque quo ad pretium rei euictę tenentur. quod gl. sing. ibi notauit. quã ibi in hoc notauit Bar. nu. 1. & cæteri post eum. idé Bar. in l. qui Romæ. 4. duo fratres. nu. 25. ff. de verb. obli. & multos citãs Tyra. in l. si vnquam. ver. donatione largitus. nu. 95. de re. don. Lopius in rep. ru. 4. 50. nu. 14. Soci reg. 437. fall 2. testatur gl. opini. com. approbatã Rip. in illo. 4. duo fratres. nu. 100 Vt tamen accipias, siue in contractibus nominatis siue innominatis, cùm res euincitur per sentẽtiã iudicis, nõ vel si is cui ea tradita fuit, eã petenti dimittat, aut ex sententia arbitri eã restituat. l. si dictũ. §. si cõpromisero ff de euic. l. vtiq; ff. de rei. vend. ibi, necessaria est sententia propter fructus & partus & stipulationé de euictione. neque enim sententia arbitri per omnia sententia est. l. furti 9. cùm autem. vers. ex compromisso. ff. de his qui not. infam. & idem quoque videtur insinuasse summus Pontifex in. c. fi. ibi. sententiæ promulgatæ. de empt. & vend. optima lex Regia. 36. tit 5. p. 5.

6 Fuerit tamen optima cautio emptori, si curet venditorem promittere euictionem quocumq; modo ea euincatur, quo casu ex sentẽtia arbitri re euicta locus erit euictioni. gl. notabilis. in l cumpœna in gl. nec ne. ff. de arbi. quã ibi sequitur Bal. & multi præterea, quos idé sequut us allegat Episc. Segob. lib. 3. varia. resol. c. 17. nu. 7. & Alex a. præter eos, in illo §. si compromisero. in his quæ addidit ad Bar. idem Alex cons. 7. nu. 7. vol. 7. Socin. reg. 27. arbitria. 31. fallent. dicens gl. illam esse notabilé, cui us opinionẽ testatur esse cómuniter approbatam, eam sequutus Ias. in l. 2. §. prętor ait. fi col. ff. quis sat. dar. cogant & approbatã quoq; esse testatur Niconitius alleg. 27. nu. 17. eã sequutus Hippol. Rimin. in. §. 1. nu. 101. de dona. Instit. & gl. opin. testatur cõm. Alex. in l. si patronus. in prin. nu. 15. ff. ad Trebellian.

Quartò collige ex text. quòd in transactione si nó seruantur promissa, nõ datur actori condictio ob causam, vt se reponat in pristinã obligationé. Nam in præsenti actori fuit euictũ prædiũ, quod illi veluti liberũ loco fundi quem petebat, datũ fuerat, & tamẽ illi minimè datur cõdictio ob causam vt se reponat in pristinam obligationem, sed actio præscriptis verbis, aut ex stipulatu, si stipulatio intercesit.

7 Sed cõtra tex. in hac parte oppono tex. in l. si quis accepto. & in l. fi. de condic. ob caus. in l. actione. & in l. siue apud acta. sup. eod. Gl. nullibi (quod sciã) soluit hãc difficultatẽ in specie. Petr. de Bellaper. quẽ hic Bart. allegat, dicit speciale esse in transactione, ne in ea habeat locum cõdictio ob causam, idq; odio litiũ. Sed melius Bar. 1. oppo. dicens, quòd quãdo nullo modo reus ex parte sua impleuit, tũc actorẽ per cõdictionẽ ob causam reuerti posse ad antiquã suã actionẽ. sed quando vtcunque impleuit faciens quod in se fuit, tradendo id quod in transactione fuit conuentũ, tunc licèt euictũ id fuerit, nõ esse locũ cõdictioni ob causam, vt ad veterẽ suã actionem reuertatur, sed acturũ eũ de euictione actione præscriptis verbis, vel ex stipulatione, si subiecta illa fuerit. Hunc Bar. intellectum sequuntur Ang. nu. 2. Rim. col 2. Iacobi. 1. oppos. Cur. Senior. nu. 7. confirmatq; quàm optimè potest ex communi duarũ legum intellectu. l. iuris gentiũ. in prin. ff. de pact. & l. naturalis. §. sed si facio. ff. de præscr. verb. prout ipse eas ibi post veteres explicaui nu. 6 Verũ hunc Bart. intellectũ reprehendũt in præs. Bal. 1. oppos. Sali. & Ful. itẽ Alex. nu 3. Alcia. nu 9. affirmans hãc Bar. solutionẽ cõm. receptã nõ esse. quorum ex rationes sunt cõtra Bar. quòd in his contractibus innominatis, si res euincatur, perinde est ac si data nunquam fuisset. l. fi. 1. respõ. ff. de condict. ob caus. l. vbi. §. fi. ff. de ver. obli. Item quòd reus hic minimè fecit quod potuit: quoniã cùm liberũ se prædiũ daturũ promisisset, oportuit eũ luere obligatũ, & cũ alienũ

prædium

prædiũ, vel ex parte eſſe videret, oportuit eum redimere. Neque feréda hic Iaſſ. diuinatio eſt dicentis, fortaſſe hęc ignoraſſe eũ, maximè cùm in dubio ignorantia præſumenda ſit l. veriùs. ff. de probat. quoniam illa in facto proprio non eſt præſumẽda, ſed neq; toleranda. l. quanq;. ad Vellei. ff. l. fi. de hęr. inſt. j. Quare Bal. ipſe cui & Sal. conſentit, reſpondet huic difficultati, dicentes ideo hic actoré ad antiquã actionẽ reuerti nõ poſſe, quoniã in primo caſu huius text. apparuit prędiũ datũ actori fuiſſe obligatũ alicui iure hypothecæ, ſed per hypothecariã actionẽ nõ potuit ab illo euinci, niſi nuda tantùm prædij poſſeſsio, nõ etiam proprietas l. ſi cũ venditor. in prin. ff. de euict. & ideo cùm adhuc apud eũ remaneat prędij proprietas, nõ reuertitur ad veterẽ actionẽ. In ſecundo caſu pars prædij duntaxat fuit euicta, ex verbis tex. ibi, vel alienatũ pro parte, quare nec hic actori regreſſus datur ad antiquã actionẽ, cùm adhuc commodi aliquid apud eum ſit ex implemento rei. Sed neq; hęc ſolutio tollit difficultatẽ, quoniã in his cõtractibus innominatis imperfectũ implementum habetur pro non implemẽto. l. fi. ff. de condic. ob. cũ alijs. Quare tertio loco diſſoluunt hanc difficultatẽ Petr. Cy. atq; Fulg. quos hic refert Alex. nu. 3. dicẽtes, quòd cùm actori hic detur actio præſcriptis verbis, qua poteſt cõpellere reũ ad obſeruandã promiſsionẽ, denegata fuit cõdictio ob cauſam fauore tranſactionis, ne lites finitæ inſtaurentur. Hũc intellectum ſignificauit etiã Bar. in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut. nu. 1. verſ. contra prædicta oppono. & tanquã veriorem in tam vaſta difficultate Alex. probauit nu. 3. & communem eſſe teſtatur Alciatus nu. 6. Et ego ſequor.

8 Et ſicuti in hac ſpecie fauore tranſactionis non eſt locus pœnitentiæ, etiam ſi implementum ſequutum non fuit perfectè, quo caſu res integra videri potuit, ita etiã in contractu innominato permutationis, etiam non ſequuto perfectè implemento: quoniam res cum altera permutata euicta fuit, ſi res illa fuerit venalis, non eſt locus condictioni ob cauſam, ſed tantùm competit actio præſcriptis verbis. text. eſt in l. 1. de rer. permutat. j. vbi eum text. veluti ſingularem notarunt Bartol. Bal. & alij. idem Bartol. in l. 1. numero. 6. ff. de rer. permutat. Bal. in l. 2. de condict. ob cauſ. infra num. 6. dicens non eſſe alibi eum text. Alexand. dicens eum text. eſſe ſingularem in l. ſi pecuniam. in princ. num. 20. ff. de condict. ob cauſ. Iaſſ. ibi nu. 11.

9 Quintò collige ex text. ex tranſactione actionem dari præſcriptis verbis, etiam ſi ſtipulatio illi nunimè acceſſerit. Sed cõtrariũ probat tex. in l. ſiue apud acta. ſupr. eo. vbi ex tranſactione etiam apud acta celebrata non oritur actio niſi ſtipulatione firmata ſit. idem probat text. in l. cum proponas inter. ſup. de pact. Difficultas hæc maxima ſemper mihi viſa fuit, & Iaſſ. in præſ. ingenuè profitetur non poſſe ei fieri ſatis ſine aliqua ſubauditione. Bar. in præſ. primò refert ſolutionem gl. in illa l. ſiue apud acta, dicentis dari hic quidem actionem quandam datiuam, non natiuam. Quæ ſolutio nil eſt. Quare Bart. ipſe reſpondet, in præſenti fuiſſe verba tranſactionis à partibus concepta, ita vt ex parte actoris potuerit ſequi perfectum implementum, ac proinde datur illi actio præſcriptis verbis. Et in dubio text. hic ſuadet verba ita eſſe accipienda, vt videantur cõcepta, ita quòd ex eis potuerit conſequi perfectũ implementum. nã verba hęc pro fundo poſſunt accipi, pro fundo quem peto, amplius non petendo. Et ſecundum hunc ſenſum actore ipſo viuente, promiſsio nunquam poſſet adimpleri. nã etiã ſi hodie nõ petat, in futurum poſsit petere. Item poſſunt accipi pro fundo dimittendo apud reũ, & hoc poteſt viuente actore impleri, quoniam nunquã fundus ab inuito reo poterit extorqueri, itaq; ſunt præſumenda verba hæc ſecũdũ Bar. quem cõmunis opinio ſequuta eſt ſecund. Alc. nu. 3. & eã ſequitur Iacobi. nu. 2. Sed Pau. de Caſ. nu. 2. ver. ſed cõtra fortiter. lõgè aliter ſoluit hãc difficultatẽ, nã inquit ille in hac. l. interueniſſe prædij traditionẽ

quæ non interuenit in l. siue apud acta. & ex hac traditione videtur approbasse implementum actoris, & reputasse sibi perfectè fuisse impletum, vnde datur actio præscriptis verbis. Er hoc inquit Paul. de Cast. sentit Bart. in præs. & id Bal. nō intellexisse, neque Fulgosium ponderasse, sed parciùs cum viris grauissimus Paulum de Castro agere oportuit. Sed hunc intellectum planissimè sensérar gl. in præsen. verbo. agere, qui tolerabilis non est, quoniam sequitur ex eo traditionem factam à reo operari implementum contra ipsum, quod est ab omni veritatis specie alienissimum. Licèt enim rei interuentus pactum nudum vestire soleat, vt ex eo detur actio. l. legem. sup. tit. 1. l. in traditionibus. ff. de pact. l. si dominus. ff. de præs. verb. id quidem verum est in gratiam fauoremque tradentis, non verò contra eum. ita enim voluit gloss. notabilis. in l. ex placito. in gloss. 1. vers. item nū quid. j. de re. permut. quam ibi sequuntur Bar. nu. 5. Alber. col. 2. Salicet. 2. quæst. idéq; voluit Bar. ita interpretans text. illum in l. si certis annis. in vltima oppos. vtriusque lectionis. sup. de pact. Pulg. ibi. & cæteri. & est communem resolutionem hāc constat ex Curt. Senio. ibi nu. 2. quam etiam sequitur Iass. in l. iuris gentium. §. quinimo. nu. 5. ff. de pact. idem in l. lecta. nu. 25. ff. si cert. petat. soletque in eandem sententiam expendi text. in l. si tibi. j. locat. Præterea traditio fundi eò tetendit à principio, vt liberaret ipsum reum tradentem, non igitur debet operari obligationem. l. si mancipia. ff. de fund. instruct. ne regula etiam communis offendatur, Inducta ad vnum effectū, contrarium non operari. l. legata inutiliter. ff. de qua re hanc solutionem summo iure Alexan. ac Iass. reprehendunt.

Andræas verò Alciarus actionem hanc dari existimat, quoniam permutatio hic fuerat celebrata, non transactio, sed transactionem hic factam fuisse suprà probaui. In tanta igitur difficultate intellectui Bar. quoniam communis ille videtur, inuitus licèt adhæreo, licèt maximam diuinatio

nem contineat.

10 Sextò collige ex hoc text. transactionē tribuere titulum posidenti in re data ex causa transactionis actori, sed non idem est in re ex eadem causa dimissa apud reum. Sed cōtra tex. hunc videtur tex. in l. penul. de vsucap pro empt. vbi titulus habitus ex causa transactionis à non domino, operatur vsucapiendi conditionem, igitur si fiat à domino, operabitur dominij translationem. l. clauibus. ff. de cont. empt. §. ex his. per quas per. nob. acquil. l. 1. de vsucap. pro donat. j. Pro solutione huius difficultatis distinguendum erit per tex. nostrum inter rem datam actori ex causa transactionis, & rem ex eadē causa dimissa apud reum: nam priori casu & dominium transfertur, & vsucapiendi cōditio. & ita accipitur tex. in l. contraria. posteriori verò minimè. & ita videtur intelligere tex. illum. gl. 1. in illa l. penul. allegans Placentinum Hugolij, & Martinum, & Azonē, authores huius opinionis, licèt Ioannes contrà sentiat. Et gl. illius opinionem primò relatam sequūtur Bar. & antiquiores ibi. apud quos vid. Ie hanc opinionem communem constat ex Albe. ibi. sed & idem tenet gl. 1. in l. i. ff. pro empt. quo in loco Bart. nu. 1. inquit hanc opinionem & veriorem esse, & communiter approbatam. tenuit eandem opinionē gl. in l. stipulatio ista. §. hi qui. in gl. successores. ff. de ver. obligat. & sequuntur eā Bart. & cæteri in præsenti, & esse communem affirmat Curtius Senior nu. 14. & communē esse affirmat Iass. in l. ait prætor. §. si petitor. nu. 19. ff. de iureiur. & eam sequuntur plures authores quos allegat Andr. Tyraqu. de vtroque retract. §. 1. gl. 14. num. 62. Sed huic tam receptæ sententiæ impedimento esse videtur, regulariter dimissionem operari domini translationem, sicut & eā traditio operatur. l. quædam. §. 1. ff. de rei vendi. l. qua ratione §. interdum. ff. de rer. diuis. §. interdum. de rer. diuis. Inst. l. si spon salibus. §. 1. ff. de iure dot. Sed respondet ex templò Bald. in c. 1. nu. 5. vers. super hoc. de contro. inter vassall. & ali. de benef. regulā

supe

superiorem in cæteris contractibus procedere, hunc in trãsactione, & inquit ille text. hunc vnicum esse. Et ratio differentiæ illa est, quoniam dimittés rem apud aliquẽ ex causa transactionis, non eo animo est, vt dominium in eum transferat, sed vt finem imponat controuersiæ. & hanc rationem communem esse pro hac difficultate testatur Alciatus nu. 10.

11 Ex quibus infert Iaſſ. in illa. l. ſtipulatio. §. ſi quis fortè. nu. 7. paciſcentibus principibus pacemq; ineuntibus, ſi mutuò promittant ipſi controuerſiam non moturos ſuper caſtellis ac locis ab eis poſſeſſis, dominium horum locorum in poſſeſſorem tranſlatum nõ fuiſſe, etiam ſi princeps qui ita cauit, id haberet.

12 Septimò collige ex text. hoc, quòd ſi quis renuntiet liti & cauſæ motæ ſuper dominio rei, non ex hoc transfert dominiũ in eum, in cuius gratiam renuntiauit, nec illud abdicat à ſe: nam ſi ex natura tranſactionis veniret tranſlatio dominij, teneretur quidem ille qui renuntiat de euictione. l. ſi domus. §. de euictione. ff. de legat. 1. & tenuit hanc opinionem Bart. in præſen. item Bal. Paul. Alex. Iaſſ. Lanc. Decius in fine Alciat. col. penult. dicens hoc eſſe receptum. Et idem quoq; colligit ex hoc text. idem Bart. in l. naturaliter. §. nil commune. 2. lectione. gl. ff. de acquir. poſſ. vbi eius opinionem ſequuntur Cumanus nu. 7. Imola nu. 6. Alexan. quàm optimis argumentis articulum hunc examinans nu. 39. Iaſ. nu. 57. Socinus nu. 13. teſtatus communem eſſe Bart. opinionem. Aretinus nu. 9. dicens Bar. opinionem eſſe veriſſimam. Teſtatur hanc eſſe communem opinionem eam ſequutus Ripa ibi nu. 111. & communem eſſe Bart. opinionem teſtantur ibi Claudius Marmenius nu. 103. Fabius Acoróbonius nu. 69. & eam ſequitur Bologninus ibi nu. 49. communem eſſe teſtatur Hermanotus Detus eam ſequutus nu. 51. & eã quoque ſequuntur Paulus de Caſtro in. l. poſtquam liti. col. 2. Laſſon ibi nu. 1. ſup. de pac. qui propoſitionem hanc hoc text. ita probant. Nam cùm tranſigens ſuper re quam a alio vendicabat, & à propoſita actione diſcedens, non transferat dominium in eum in cuius gratiam concipit tranſactionem, multò minùs renuntians dominium transferet. Tranſigentem autem nó tranſferre dominium ex eo probatur, vt ſuprà dixeram, quoniam tranſigens nó tenetur de euictione. Sed pace Bartoli atque aliorũ dictum ſit, conſequentia hæc non eſt neceſſaria. Non tenetur de euictione aliquis ex aliquo contractu, ergo non transfert dominium ex eo. Donator enim qui à re donatę traditione incepit, euictare à donatario, minimè ad eius euictionem tenetur, licèt ſi à promiſsióe coepiſſet, ſemper teneretur de euictióe. l. Ariſt. §. Labeo. ff. de don. vbi eam opinionem ſequuntur gloſſ. Bart. & alij. l. a. de iur. dot. ĩ. l. 2. de euict. ĩ. & ſequuntur hanc diſtinctionem Lancellot. Decius, & laſ. in præl. Bart. & cæteri in. l. Iulianus. §. qui fundum. nu. 5. ff. de ver. oblig. & mutu, quos idem ſequutus allegat Andræ. Tyraquell. in. l. ſi vnquam. verb. donatione largitus. nu. 51. de reuo. donat. & præter eum laſ. in. §. fuerat. nu. 35. de act. & teſtãtur eam ſententiam eſſe communem, eam ſequuti Angel. de Aret. in. §. aliæ. fin. col. de act. Inſtit. Curtius Iunior conſ. 174. nu. 34. Boer. deciſ. 167. noſter Gomec. 2. tomo variar. reſolut. c. 2. nu. 35. Et tamen non eſt dubium donantem dominium transferre, ſi ſit dominus rei donatæ.

13 Prætereà vendens hæreditatem, dominium rerum ſingularum transfert in emptorem. l. 2. per totam. ff. de hær. vel act. vendit. l. qui tibi. ĩ. de hær. vel act. ven. & tamen hic non tenetur de euictione. l. 1. de euict. ĩ. qui tex. notabilis eſt Iaſſoni in. l. 1. nu. 82. ff. de legat. primo. & conuenit illi text. optima. l. regia. 34. titul. 5. p. 5. Quare cùm text. hic non videatur neceſſariò probare hanc Bart. & communem ſententiam, ſolet in eius quoque argumentum induci text. in l. ſi te. de ingenu. manu. ĩ. vbi qui renuntiat cauſæ, non videtur fateri ius aliquod competere aduerſario. quem text. ſingularem

esse affirmat Bal. ibi in fine. Roman. sing. 783. Felin. in c. olim. nu. 11. de rescript. Andræas Tyraquel in parte, donatione largitus. L. si vnquam. de reuoc. donat. nu. 166. qui benè notat tex. illũ id minimè probare.

Tertiò pro hac opinione Bart. inducitur illa ratio, quòd is qui renuntiat liti, videtur ei renuntiare, quasi iustitiæ suæ meritis diffidens. argumento text. optimi in c. per tuas ibi, quasi malè cõfisus. de simon. vnde cùm ipse sibi conscius sit, ius sibi nõ esse ad rem quam petit, non videtur eo animo esse, vt dominium in illum transferat, l. 3. §. subtilius. ff. de condict. caus. dat. & potiùs videtur hæc esse protestatio quædam iuris sibi minimè competẽtis. l. si maritus. §. si negauerit. cum glos. ff. de adult. l. si aduersarius. in fine. de fide instrum. ĩ. Verùm opinionem hãc, quanuis cõmunis illã sit, improbat Salic. in præs. item Angel. in illo §. nil commune. prout eum referunt recentes scriptores, nam in meo libro non legit Angel. eum text. Roman. ibi nume. 6. Fabius Acoromb. nu. 71. Quorum opinio mihi placet, saltem in specie quam tractamus in re dimissa apud aliquem ex causa transactionis. Et omni dubio procul existimo, si actor sit dominus rei quam petit, si transactionis causa eam apud reum dimittat, dominium in reum transferri. Et primò mouet me text. in l. 1. ff. pro empt. vbi si reus actori rem aliquam petenti offerat litis æstimationem, iam hinc incipit vsucapere titulo pro emptore. Intellige si actor ille non erat dominus rei petitæ, cùm igitur acquirat à non domino qui æstimationem obtulit vsucapiendi conditionem, acquiret ex eadem causa dominium à domino, nec quod ibi tribuit iurisconsultus litis æstimationi negari debet transactioni, cuius causam lõgè maiori fauore iura semper prosequuntur, quare opinio Bart. dubia Cumano ibi visa fuit nu. 7.

Secundò contra hanc Bart. sententiam est fortissimum argumentum ex Paulo iurisconsulto, in l. eius rei. 47. ff. de rei vendicat. vbi in litis æstimatore dominiũ transit quoniam transegisse ille videtur, multò igitur fortius id transferetur ex propria veraque transactione. & ita ex eo text. tenet hanc opinionem Alberic. ibi, quæ mihi in puncto iuris verior semper visa est: tametsi gl. in illa. l. 1. pro empt. & in illa. l. eius rei. difficultates has præsentiens, eas subterfugere conetur. Erit autem opinio hæc accipienda, modò reus, apud quem res dimissa fuerit, actori impleuerit promissa, nam si non impleat, nunquam censetur in eum dominium translatum. l. siue apud acta. ibi rerũ vendicatione pẽdente. sup. eo. & facit optimè text. in l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhibend.

13 Erit autem optima cautio pro euitanda hac difficultate, vt possessor curet transigentem sibi promittere quicquid iuris habet in re illa, quam apud eum dimittit, quo casu vel Bart. ipse concedit transferri in eũ dominium in illa. l. 1. nu. 2. vers. fateor tamen. ff. pro empt. & in illa. l. eius rei. vers. vel potes dicere. Curt. Senior in præs. nu. 16. quod ante eum Bal. Alexander quæ præsentes notauerant, item Alciat. nu. 11.

14 Vltimò notabis ex hac lege desumi argumentum posse, an in re alienata per trãsactionem habeat locum retractus concessus legibus nostris à me allegatis in l. 2. ĩ. de feruit. & aqua. nu. 87. proximiori consanguineo, nam existimant permulti, retractũ habere locum in re data actori, vt à lite discedat, quoniam eius rei dominium in eũ translatum sit, sed minimè habere locum in re dimissa apud reum, quoniam nil in eum transferatur, sed solùm reo paretur exceptio quędam pactiuel doli, ne actor eam rem iam petere possit. Et Bartholom. Cassi. in consuetu. Burgund rub. 10. §. 9. nu. 15. arbitratur in re dimissa apud possessorem minimè habere locum retractum. Andræas verò Tyraquell. de vtroq. retract. §. 1. gl. 14. nu. 64. siue dimissa res sit apud reum, siue actori data sit, semper existimat locum esse retractui, cùm semper transactio speciẽ gerat venditionis. Ego verò si fraus cesset, & verè partes transigant, siue sit dimissa

apud

apud reũ qui eam possidebat, siue actori data sit, nunquã existimo esse locũ retractui. Mouet me, quòd cùm de cõtractu venditionis leges nostræ loquantur, non est cur eas ad trãsactionem producamus, maximè exorbitãtes cùm sint. Præterea si hanc Andreæ Tyraquelli opinionem admittamus, plurimę trãsactiones cessabũt, quas consanguineus si rem datam retrahat, impediet, ac proinde lites iam compositæ instaurabuntur, quod vniuersus hic Imperatorum tractatus execratur. Sed & opinionem hanc licèt nulla ratione fundarunt, sequuntur Matthæus de Afflict. in tract. de iure protomi. §. licet. nu. 24. Michael Cisontanus in l. 70. Tauri quæst. 30.

15 Gl. omnes sunt perfaciles, & in superioribus earum difficultas si qua eis potuit superesse, fuit explicita. Gl. fi. opponit text. in l. si donatæ res, in princ. ff. de donat. inter vi. & vxor. ex quo text. videbatur proe ptione fundi apud reum dimissum cauere actorem debere, quemadmodum in leges cõtraria donator cauet. Sed gl. verè respõdet conuentum ibi actore causam habuisse, quæ solutio vera est.

Summa rerum. L. Cum donationis.

1 *Volenti atque consentienti non fieri fraudem, neque iniuriam.*

2 *Filio volenti se exheredari, non datur querela inofficiosi testamenti.*

3 *Declaratur tex. in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon. poss. contra tabul.*

4 *Et an tex. ille habeat locum in præteritione?*

5 *Pœnæ impositæ secundò nubentibus cessant, si mulier secundò nupserit, consentientibus filijs prioris matrimonij.*

6 *An vale at huiusmodi transactio, Remitto tibi debitum administratæ tutelæ, si me heredem feceris. & nu. 7.*

8 *Conditio impossibilis licèt vitiet transactionẽ, nihilominus tamen impossibilis transactionẽ nõ vitiat.*

¶ *L. Cum donationis.*

PRoest diuidi in duas particulas. In prima ponitur vnum dictum. Alterum in secũda, quæ est in vers. fiet ad implendam.

1 Ex prima particula tu collige, quòd volenti atque scienti non fit fraus neque dolus. Nã hic Cicillus atque Tholomaides contendebant transactionem rescindere prætextu doli, quem volentes passi sunt. idemque probant iura vulgaria in. l. non fraudantur. & in. l. nemo videtur. ff. de regulis iur. l. 11. in fine. ff. de act. empt. l. 2. §. si quis volentem. ff. de libero homi. exhibend. sed neque iniuria. l. 1. §. non vsque adeò. ff. de iniur. c. scienti. de regulis iur. lib. 6. Siue voluntas illa sit vera, siue præsumpta. gl. in. l. de tutela. in gl. magna. in prin. de in. inte. resti. quam ibi notat Alb. nu. 3.

2 Ex quo infertur, quòd etiam si filio grauis iniuria per exhæredationem inferatur. l. cùm quidam ibi, post exhæredationis iniuriam infra. de legat. l. Papinianus in principio ibi, ipsius enim iniuria est. ff. de inof. testam. l. multi non notæ causa. ff. de liber. & posthum. si tamen Titio volente fiat exhæredatio, nullam iniuriam ei illatam videri, neque posse eum id testamentum veluti inofficiosum arguere. Ita enim probare videtur tex. singul. in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bonor. pos. contra tabul. Sed reuerà licèt text. ille passim in hoc notari soleat, propositionẽ hanc mihi mè probat, qui hoc solùm dixit, exhæredationem factã manu propria exhæredati nõ esse habẽdam pro non scripta. Nam quod Senatus censuit, quæ quisq; sibi testamento asscribit, pro nõ scriptis haberi, est accipiendũ, nisi contra scribẽtẽ id sit, tũc enim cùm longè absit omnis fraudis dolíq; suspicio, nil est cur pro non scripto habeatur, quare exhæredatio illa perinde habẽda est, ac si aliena manu fuisset conscripta. Vnde cùm exhæredatus filius ille censeatur, rectè ibi Vlpianus ex sententia Marcelli, bonorũ possessionẽ contra tabulas pernegauit, quæ iure illo solùm potuit cõpetere filijs emãcipatis, neq; institutis à patre, neq; exhæredatis, sed præteritis. l. 1. in prin. l. 3. in pr. eiusd. tit. §. eadẽ hæc. de hære. quæ ab intest. defer. Nã & tutor qui se in testamẽto pupilli tutorem scripsit, amittit excusationẽ, quam

quam iure publico habere potuit.l.ex sententia.ff.de testam.tute.Sed text.in.§.si quis sua manu.non negat exhæredato illi propria manu querelam.Gl.tamen ibi.in parte nocere,& querelam illi non competere existimat,quasi exhæredationi quoq; consenserit,repellit igitur exhæredatio in hac specie filium,& à bonorum possessione contra tabulas, quæ vt præterito potuit competere,& à querela inofficiosi testamẽti,qua potuit agere velut exhæredatus. Et gl.opinionem sequitur Bart.ibi.& idẽ quoq; voluit gl.in.l.si quando.§.& generaliter.in gl.iudicũ.de inof.test.7.quę cùm alia argumenta in hanc sententiã inducat, potissimùm ex hac.l.nostra desumit.Et gl. illius opinionem sequitur Iaſ.ibi, allegans alios nu.8.& eã quoque sequutus videtur esse idẽ Iaſſ.in præſ.nu.2.& eam sequuntur Guillel.de Cug.& eũ referẽs Alex.in auth. non licet.de libe.præ.vel exhæredat.nu.3. Iaſſ.ibi nu.10.testatus hanc esse cõm.opinionem,quã etiam sequutus videtur Cur. ibi nu.34.Imol.in.l.filio præterito.nu.58.ff. de iniust.rupt.& multos allegans Roderi. Xuarez in.l.quoniàm in prioribus.10.ampliat.nu.32.de inoff.testam.testatus hanc esse communiorem opinionem.Ripa lib. 3.resp.c.5.nu.5.Boerius decis.14.col.2.testatus hanc esse communem opinionem noster Gomecius.1.tomo var.reso.c.11.num.4. Petrus Peraltà in.l.cùm patronus.nu.11.ff. de leg.2.qui affirmat hãc esse communem opinionem.communem esse testatur,eã sequutus Episcopus Segobie.in.c.Rainaldus.4.2.nu.2.de testamen,& eam sequitur Cassan.in consuetud.Burgun.rub.7.§.2.in gl.si non pour.nu.9.Anto.Gom.iterũ in.l. 22.Taur.num.15.affirmans esse communem,quanuis eam improbent Balũ illo §.& generaliter.in fine.Salicetus in illa authent.non licet.numero.2.neque vel illam causam oportet patrem huic exhæredationi inserere,Exhæredo filium,quia ipse vult.quanquam id patrem facturum existimauerit Bartol.in illo.§.& generaliter. numero tertio.cui Fulgosius quoque & Paulus ibi consenserunt,quorum traditio communiter reiecta est.

4 Sed an text.in.§.si quis sua manu.in præteritione quoque locum habeat,vt si filius volens fuerit præteritus,minimè possit admitti ad ius dicendi nullum.Et ex ratione huius text.videtur idem in præteritione esse dicendum;nam etsi illa maxima iniuria filium afficiat.in auth.vt cùm de appellat.cog.§.hæc autem disposuimus.ibi iniuriam præteritionis.cùm igitur volens illam passus fuerit,iuris æstimatione illata minimè videtur.quare eandem opinionem tenet in præteritione gl. in illo.§.& generaliter.& eam opinionem sequuntur Angel.in.l.qui se patris.numero 13.C.vnd.liber.licèt eius opinionem videatur reprehendere Roman.in.l.posthumo nato.numero.14.de bonor.possess.contra tabul.Gl.opinionem sequuntur Deci.ibi nu.9.Curtius num.49.tametsi Iaſſ.ibi nu. 26.pluribus argumentis hanc opinionem conetur labefactare.& idem quoq; voluit idem Angel.de Perus.in.l.si quis posthumos.§.1.nu.2.ff.de libe.& posthu.vbi Alex. eam sequutus nu.19.inquit,putare se hanc esse veriorem opinionem.Iaſ.in rub.nu.21. ff.de libe.& posthu.Roderic.Xuar.in illa 10.ampliatione nu.43.& esse hanc opinionem cõm.testãtur Iaſ.in.l.inter cætera.nu. 11.ff.de libe.& posthu.Boerius decis.14.nu. 10.Alcia.in.l.nemo potest.nu.9.ff.de legat. 1.nam cùm ex post facto possit filius approbare testamentum,in quo ipse fuit præteritus,potest multò magis id approbare cùm conficitur.antecedens probatur ex l.filio præterito.ff.de iniust.rupt.& consequentia est manifesta.& ibi tenet eandem opinionem Imola nume.58.Præterea non quæuis præteritio reddit testamentum nullum,sed ea duntaxat quæ est iniuriosa ipsi filio.quod Bartol.eleganter notauit.in.l. Gallus.in princip.numero quinto.ff.de liberis & posthum.licèt eam opinionem Bartol.multi reprehẽderint.Oportebit autem tẽpore quo fit testamentum filiũ consentire,nam si antè consenserit,nil aget.l.

Paulus

Paulus. §. patroni filius. ff. de bo. libert.

5 Secundò ex ratione eadem. l. nostræ infertur, quòd cùm multæ pœnæ legibus Imperatorum & nostris secundò nubentibus sint impositæ, quoniam qui secundas nuptias contrahunt, iniuriam natis priori matrimonio inferre videantur, si id fiat volentibus atq; consentientibus filijs prioris matrimonij, pœnas illas cessare, nam túc illis iniuria illata non videtur. Ita enim voluit gl. singu. in auth de non eligen. secun. nub. §. 1. in gl. parua. verb. copulantur. collat. 1. quam ibi notat Angel. nu. 8. admonens aduocatum eius, quę secundo nubit, vt curet filios priori matrimonio natos cõsenture, quo mulier pœnas illas omnes vitet. & idem quoq; voluit Ang. in. l. mater. nu. 5. ad Tertullia. Roma. singular. 251. nu. 2. Cremens. singu. 75. & vtrobiq; Gabriel Saray alios qui idem sequuntur citat. Nicolaus de Vbal. de succes. ab intest. 2. par. quæst. 4. nu. 11. versi. prædicta autem omnia. qui gl. illam dicit esse multùm notabilem. Iason. in. l. 2. nu. 4. de indict. viduit. at. gl. illam commẽdans, quam etiam sequũtur Socinus reg. 271. fall. 1. Cæpola caut. 23. Iaff. in. l. filium. nu. 12. fam. ercis. Gualden. de arte test. tit. 6. cautela 18. nu. 3. Philippus Dec. in. l. nemo fraudare. nu. 5. ff. de reg. iur. idem in rub. de secun. nupt. nu. 8. ad finem. Ioan. à Garro. de pœn. 2. nubent. 2. part. de remedio. pro. 2. nubent. col. 5. Michael Cifonta. in. l. 15. Tauri. col. 3. versi. primo limita. Boerius decisione. 185. nu. 20. Riminald. consi. 458. nu. 4. volu. 3. Gomez Arias vir bonus ac ciuis meus in. l. 64. Tauri. nu. 1. Atque secundum eam gl. opinionem responderũt multi, eius sententiam sequuti, & inter cæteros Roman. consi. 219. nu. 2. Iaff. cons. 53. nu. 1. vol. 1. Decius consi. 206. nu. 3. Parisius. cons. 29. nu. 81. vol. 3. vt non dubitem cõmunem esse gl. illius traditionem. Et eadem quoq; ratione traditum est easdẽ pœnas cessare, quoties mulier transit ad secunda vota ex consensu prioris mariti. ita enim voluit gl. singu. in authen. de nupt. §. duo igitur. verb. siue vir. coll. 4. quam præter ordinarios scriptores notarunt in hoc, eius sententiam sequuti Bal. in. l. 1. nu. 6. de secun. nupt. Rolandus à Valle. allegãs multos cons. 62. nu. 26. & præterea Romanus sing. 248. Iaf. in. l. 1 col. 2. de indict. viduit. & tacitum quoq; cõsensum hic sufficere plerique horum tradiderũt. & secundum opinionem illius. gl. consuluit Roman. cons. 219. nu. 1. & sequitur Decius. in. c. ecclesia. nu. 35. de constit.

6 Secundò collige ex text. neminem ex pollicitatione astringi, vt aliũ hæredem instituat. Differt autem tex. hic a. l. si maiores sup. eod. quoniam ibi non fuit expressa cõditio illa, si me hæredem feceris, hic fuit expressa. Idẽq; in præsenti specie esset fistipulatio interuenisset. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obli. imputandumque esse ei. gl. nostra inquit, qui huiusmodi conuentioni se credidit, quam aut ex iure tutpem esse scit, aut peritioribus consultis scire potuit.

7 Pro explicanda autem hac materia, gl. finalis hic tres casus constituit. Primus est, cùm nil dictum est à transigẽtibus de spe hæreditatis, & tunc valet transactio, siue illi in cuius fauorem illa fuit concepta nil dixerit, vt in. l. si maiores sup. eod. siue hæreditatem pollicereture, vt in hac. l.

Secundus casus à gl. constituitur, quãdo ita liberatio seu transactio cõcepta est, remitto tibi administratæ tutelę debitum si me hæredem feceris, & hic adsunt duæ opiniones. Vulgaris opinio est non valere huiusmodi transactionem, quoniam cùm turpis conditio hæc sit, impossibilis etiam ẽsestetur. l. filius. ff. de condi. instit. impossibili autẽ conditione promissionem vitiari, pluspq; manifestũ est. §. impossibilis. 8 de inut. stipulat. quoniam videantur partes nil agere voluisse. l. nõ solum. ff. de act. & oblig. at. & hãc vulgarem opinionem sequũtur Bar. nu. 4. Angel. nu. 1. Paul. de Castro. nu. 3. Alex. nu. 2. Antonius ab Alex. & Rimi. col. 2. qui affirmat hanc esse veriorẽ opinionem in hoc. Curtius Senior. nu. 8. Iacobinus. nu. 3. & testatur esse magis communem

munné opinionem Lancell. Decius paulò post principium. Pro qua opinione Indu cit Bart. tex. in. l. illæ autem institutiones. ff. de hæred. instit. vbi sicut nec metu pœnę, ita nec spe præmij potest quis inuitari ad instituendum aliquem hæredem. Contra riam opinionem refert glo. ex Placentino, imò quòd liberatio hęc suspẽdatur in euẽ tum conditionis, vt si illa impleatur me hærede instituto, valeat liberatio: me hæ rede non instituto, liberatio euanescat. quo niã hęc conditio no censeatur turpis, cùm nõ capiatur mors alicuius, sed tantùm ex testamento se speret quis hæredem. Et hãc opinionem videtur sequuta glos. nostra, qui vltimam eam retulit, quam sequũtur Petrus ac Cyn. 1. q. item Alber. ante numerum primum, affirmans hanc opinionem esse à doctoribus comprobatã, quam Bal. ac Salice. sequuntur. item Iaſſ. nu. 4. Alcia. nu. 6. dicens hanc opinionem sequutos es se plures numero, licèt inferiores authoritate. sed communem esse affirmat idem Iaſ. in. l. si maiores. nu. 2. sup. eod. & eam se quitur Cumanus. in. l. illę autem institutio nes. nu 2. licèt Imola ibi subsistat. nu. 2. itẽ Iaſſ. in. l. stipulatio hoc modo. nu. 3. ff. de ver. oblig. Et hanc opinionem ipse sequor, nam & ad matrimoniũ potest quis spe prę mij, licèt non metu pœnę, prouocari. l. Ti tio centum. §. 1. ff. de condi. & demonst.

Tertius casus gl. est, quando fit liberatio per viam modi, libero te vt me hæredẽ instituas. & tunc licèt mẽ hæredem non fe ceris, non euanescet liberatio, quoniam in pari causa turpitudinis, melior est conditio possidentis. l. 2. de condict. ob turp. caus. ĩ. & gl. opinionẽ sequuntur Bart. Bal. & alij.

8 Ex qua tu collige, quòd licèt conditio impossibilis vitiet trãsactionẽ, modus impossibilis illam non vitiat. & in hoc multũ gl. hanc extollunt, eius sententiam sequuti Paul. de Castro nu. 5. Alex. nu. 3. Iaſſ. in fine. Riminal. in fine. Lancello. & Iacobi nu. 4. Curtius Senior. nu. 9. contendente Areti no hoc gl. hanc nõ probare. & sequuntur hãc gl. opinionem præter hos Angel. in. l. impossibilis. ff. de verb. obligat. dicẽs eam esse magistram, & valde singularem. Rom. ibi nu. 11. dicens gl. esse magistram & singu larem. Alexan. ibi nu. 2, Claudius nu. 3. Iaſſ. nu. 3. Zasius nu. 9. Corneus in. l. ab administratione. nũ. 1. de legat. ĩ. idẽ Corneus cons. 255. nu. 2. vol. 2. Alex. cons. 113. nu. 19. vol. 6. dicens gl. singularem reputari. Franciscus Niconitius allegat. 33. nu. 74. & testantur esse glos. opinionem communem Ruinus cons. 20. col. 2. vol. 2. Episcopus Segobiens. in. c. cùm tibi. de testam. nu. 13. Pro qua in ducitur tex. in. l. demonstratio. §. quod au tem iuris. ff. de condi. & demonst. vbi falsa causa per conditionem prolata, vitiat lega tum, sed per modum prolata, illud non vi tiat. Præterea cùm adiectio inutilis ponitur in eadem oratione, vitiat actum: sed si in diuersa, non vitiat. l. per seruum. §. 1. ff. de ar bit. Ratio autem differentiæ inter casus gl. est, quoniam modus statim habet effectũ suum consummatum. l. cùm ab eo. ff. de contra. empt. l. 2. de his quæ sub mod. aliud est in conditione, quæ in futurum semper actum suspendit. l. cedere diem. ff. de verb. signifi. l. cùm ad præsens. ff. si cert. pet.

Summa rerum. L. Transactionem qua dominij.

1 *Interuentus amicorum in transactione, excludit metus præsumptionem.*
2 *Atque idẽ esse, si iudicis præsentia interueniat, & de quibus demũ iudicibus hoc accipi oporteat.*
3 *Cessat quoque metus præsumptio, si coniuncti interuenerint.*
4 *Doli quoque præsumptionem, horum interuentus aufert.*
5 *Idem quoque est, si contractus fiat cum homine claro dignitate.*
6 *Quæ ratio dubitandi fuerit ad hanc. l.*
7 *Quando tutor dicatur comparere rem pupilli pe lam & bona fide.*
8 *Sed. l. hãc cessare, si cum tyranno fiat cõtractus.*
9 *Vel si enormissimam lesionem (quòd aiunt) con trahens passus sit.*
10 *Cessare quoque l. hanc, si amici vel coniuncti in telligant contractum qui geritur. Sed neque habet locum in integrum restitutionis.*

11 Ne-

11 Neq; satis esse, si vnus amicus tantùm interueniat.
12 Atque ex hac. I. originem traxisse statuta Italiæ, quæ in contractibus mulierum, & minorum coniunctorum, consensum exigunt.
13 Et an proximiores oporteat interuenire.
14 Et an, si cum patre mulier contrahat, eadem solennitas sit necessaria.
15 An cùm mulier coniugata contrahit cum patre mariti, iussus sit necessarius.
16 Si proximiores sint absentes, an remotiores adesse sat sit.
17 Interuenientibus amicis & consanguineis, non retractatur contractus propter metum reuerentialem.

¶ L. Transactionem quæ dominij.

1 NOn diuiditur tex. hic. Ex quo tu collige, quòd interuentus amicorum in transactione excludet metus præsumptionẽ. Idem est generaliter statuendum in quocumque contractu. Quod ratio legis huius suadet, & tenent apertissimè omnes eius interpretes, nam & ad donationem. l. huius dispositionem extendit Franciscus Ripa lib. 3. respons. consil. 15.

2 Adde idem esse, si iudicis præsentia interueniat, coram quo nunquam præsumitur cõtractus metu celebratus. l. 1. de præd. decuri. lib. 10. vbi Bart. id obseruauit. l. 1. in fine l. 2. de his qui per met. iudi. non appel. l. fi. in prin. ff. quod met. caus. Facit optimè tex. in. l. pacta nouissima. vers. etsi maximè. sup. de pact. Sed hęc præsumptio non in cuiusuis iudicis præsentia, aut decreto, locum habebit, sed solùm sibi locum vendicat in maioribus magistratibus, pro quorũ factõ semper legum præsumptiones adstant, nõ ita pro iudicibus idiotis & imperitis, quales esse solent pagorum seu villarum duumuiri & potestates. ita enim voluere Azo in sum. de tut. vel curat. qui sat. non de. nu. 2. vbi inquit, tutorem datũ ex inquisitione à magistratu municipali satisdaturum pupillo, quanuis datus à maiori magistratu, satisdare non teneatur, vt in prin. vers. item ex inquisitione. de satisd. tut. & curat. Insti. & eandem sententiam sequitur Bal. in. l. tutores. col. 1. ff. de confir. tut. qui eam traditionem Cyni quoque nomine subscribit. & videtur idem sentire gl. in. §. nos autem. in gl. eorũ. de Atilia. tut. instit. & sequũtur hanc opinionẽ allegantes alios Sebastianus Sapia in. l. 1. in prin. nu. 12. ff. de off. eius. Arius Pinell. in. l. 2. de res. vend. 2. p. c. 2. nu. 24. Roland à Valle conf. 99. nu. 27. Alci. in l. pacta nouissima. sup. de pact. col. 2. Purpur. ibi post Iass. nu. 69. Ioan. de Neuiz. cõs. 85. nu. 7. Sed hic ego plurimũ iudicãtis religioni detulerim, qui ex personæ, cui metus illatus esse dicitur qualitate, atque iudicis ipsius rem hanc æstimare debet, quod verè iudicio meo Alciatus hîc censuit col. 2.

3 Et idẽ quoq; idẽ Alcia. esse arbitratur, si nõ amici cõtractui interueniãt, sed cõiũcti, quorũ præsentia metus quoq; præsumptionem excludit: nã cùm hoc amicorũ interuentui lex cõcesserit, ad cõiunctos quoq; debet pertinere, quos nõ præsumit lex suorũ curã facilè omissuros. l. hæc autẽ §. 1. ff. ex qui. caus. in pos. eat. l. legeluha. ff. de testa. l. 2. de adoptio. ¶. l. fi. ibi, euocatis affinibus atque amicis. ff. vbi pupi. edu. deb. Et ita quoque legem hanc interpretatur idem Alciatus præsump. 21. reg. 1. & ita ab omnibus intelligi affirmat Curt. Senior nu. 5.

4 Non solùm autem metus, sed neq; dolus etiam in re minoris administranda interuenisse præsumitur, si interuentu atque consilio matris, vel cognatorum pupilli, tutor vel curator contraxerint. ita enim voluit glossa notabilis in. l. Polla. in gloss. pupillo. ibi, vel tertiò potest. de ijs quib. vt indig. quam veluti singularem in hoc notarunt ibi, eius sententiam sequuti Bal. numero tertio. Fulgos. num. 4. Paulus de Castro numero. 7. Salicet. nu. 4. Alexan. nu. 5. Corn. fi. col. Iass. nu. 7. Bal. in rub. de transaction. ext. nu. 6. dicens glossam illam esse singularem. Alexand. in. l. 2. nu. 8. ff. quod qui. iu. vbi eam glossam mirabilem esse dicit. & eam quoq; probauit Bal. in rub. nu. 4. de pœn. iud. qui mal. iudica. & admonet Cæpola cautela. 24. gloss. opinionem sequutus, tutores & curatores vt contractus

quos pro pupillis gerunt, fiant ex consilio cõiunctorum pupillo, nam hinc illi excusabuntur. idem consuluit Iaſſ. in. l. 1. nu. 16. ſup. hoc titulo. idem Iaſſ. dicens gloſſ. illam eſſe ſolennem, in. l. bonorum. numer. 4. qui admit. Gerardus ſingul. 57. Hippolyt. ſingul. 417. nu. 3. quæ opinio regulariter vera eſt, & ſecundum eam memini in hoc regio prætorio liberatum fuiſſe, me quoque aſſidente, tutorem quẽdam actione tutelæ conuentum, quoniam probauit ille ex conſilio agnatorum pupilli magnam frumẽti copiam certo quodam pretio diſtraxiſſe. quanuis opinionem hanc nolit admittere Andræas Alciat. in illa præſumpt. nu. 2. & in præſ. col. 2.

5 Idem quoque erit ſtatuendum, ſi cum eo qui clara in vrbe pollet dignitate contractus geſtus ſit, neque enim vnquam videbitur metu compulſum illum contraxiſſe. l. ſi. in princ. ff. quod met. cauſ.

6 Sed videtur. l. hanc carere ratione dubitandi, cùm regulariter, ſi nec amicis interuenientibus contractus geſtus ſit, nunquam cenſetur metu celebratus, niſi is probatus ſit, vt in. l. metu. de his quæ vi met. ve cauſ. geſt. ſunt. infra. quidigitur hic operatur interuentus hic amicorum? Paulus de Caſtro numero primo reſpondet text. hunc eſſe intelligendum, quando adeſſet aliqua præſumptio, quòd metus aliquis in contractu interueniſſet, & hanc præſumptionem excludit hic interuẽtus amicorum, & in hoc inquit eſſe tex. hunc ſingularem. Aut non aderat illa præſumptio metus, & tunc interuentus amicorum aggrauat probationem metus, quoniam cũ amicis non interuenientibus duobus teſtibus probaretur. l. vbi numerus. ff. de teſtibus. illis interuenientibus, oporteret metum probari ſaltem tribus teſtibus ad elidendam præſumptionem reſultantem ex interuentu amicorum. & hic intellectus ante Paulum fuit Bald. in præſenti, licèt non ita eum explicet. Idem ſequuntur Hippolyt. ſingu. 528. Boerius deciſi. 100. numer. 8. & fuit traditio hæc gl. ordinariæ in l. ſi in prin. verb. præſumptioni. ff. quod met. cauſ. quam ſequũtur ibi omnes, & præterea Socinus conſil. 263. col. 5. verſi. ſecundò reſpondeo. 2. vol. & eam ſequuntur doctores, teſte ipſo Socino regu. 204. fall. 1. & hunc intellectum expendit Curt. Senior nu. 3. pro doctrina Speculatoris in tit. de probat. §. fi. verſ. quintò quando quis. nu. 28. dicentis habentem præſumptionem contra ſe, teneri facere probationem per tres teſtes, aut duos excellentes,

7 Obſeruauit præterea ex hac. l. Bartol. in l. frater à fratre num. 51. ff. de condict. indebit. quòd cùm tutor non poſsit rem pupilli comparare. l. ſi in emptione. § fi. ff. de contra empt. niſi id faciat palam, & bona fide. l. cùm ipſe tutor. ff. de cont. empt. l. pupillus. ff. de authorit. tut. dicetur tutor palàm & bona fide contraxiſſe, ſi rem comparauerit ille, interuenientibus amicis ipſius pupilli. Et illam Bar. doctrinam ſequuntur omnes ibi. item Iaſſ. dicens eam alibi non reperiri. in. l. ſingularia. numer. 18. ff. ſi cert. pet. idem Iaſſ. in. l. pacta nouiſſima. nu. 9. de pact. ſup. Rebuffus. 2. tomo conſtitut. Galli. de donat. gloſſa. 2. numero. 8. Ioannes Arelatanus in. 21. præſumpt. primæ regulæ. in vltima additione. Sed fortaſsis verba illa. l. cùm ipſe tutor. palam & bona fide non ſolùm interuentum amicorum, ſed iudicis quoque authoritatem deſiderant, quod Baldus ibi notauit numero primo. Et mihi rectiùs videtur eam legem percepiſſe idem Bald. conſil. 201. libro tertio. vt authoritas iudicis ſit neceſſaria, vt palam & bona fide videatur contractus celebratus, quod lege etiam Regia adiuuari videtur quarta. titul. 5. p. 5. vbi cùm tutor non adeſt, iudicis authoritas eſt neceſſaria, quaſi innuat lex interuentum amicorum non ſufficere. Et hoc ſolùm in re mobili minoris, namque immobilem, neque palam, & bona fide emet. & Bald. intellectum ſequitur Ripa in lege prima. §. fuit quæſitum. numero decimo. ff. ad Trebellianum. Hodie verò ceſſat hæc diſputatio, namque iure noſtro neque

palam

palam ac bona licet tutori rem pupilli ſui emere. l. vnica. tit. 5. lib. 5. ordinament.

8 Limitabis tu modò. l. hanc, vt non procedat ſi cum eo contractus fiat, qui amicis quoque interuenientibus metum inferri poſsit, vt ſi cum tyranno quopiam contrahatur, ita enim ex conſenſu collegij Peruſini Angel. conſultus reſpondit, quod hic referunt ac ſequuntur laſ. numero primo. Lancellotus Decius col. 1. Iacobin. nume. 1. Alciat. nume. 6. Curtius Senior nu. 10. Riminald. col. 2. Boerius deciſ. 100. numer. 8.

9 Secundò limita. l. hanc, vt nō procedat ſi enormē læſionem quis ex contractu paſſus ſit, quo caſu interuentus amicorum vel proximorum nō tollit metus illati præſumptionem, quod ex Paulo de Caſtro, Decio, ac Hippolyto retulit Boerius idem ſequutus, in illa deciſione nu. 9.

10 Tertiò limita tex. hunc non procedere, ſi amici interuenientes contractui, non intelligant quid agant, nam ſi veluti venditioni interſint, & alius contractus geratur, non auferent metus præſumptionem. gl. ſingularis. in. l. tutor. ibi, ſcientibus. ff. de bonor. poſſeſs. Bal. in rub. qui admit. nu. 4. dicens gl. illam eſſe ſingularem. Roma. ibi nu. 7. Matheſelanus ſingul. 182. laſ. in. l. pupillorum, de repud. hæred.

Quartò limita text. hunc, vt non procedat in beneficio reſtitutionis in integrum: licèt enim minor contraxerit interuenientibus amicis, ſi læſus ſit, impunè in integrum reſtitutionem impetrabit, quam Mauritius rectè notauit de reſtit. c. 145. dicens communem eſſe traditionem hanc.

11 Illud erit prætereà notandum, quòd cùm text. hic ſtatuat hanc metus ſuſpicionem ceſſare interuenientibus amicis, non eſſe ſatis, vt præſumptioni locus ſit, ſi vnus tantùm amicus interueniat. quod in ſpecie huius text. conſulti reſponderunt Bartholomæus Socin. ac Stephanus Bertrandus, quos refert Andreas Tyraquell. idem ſequutus in. l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos. nu. 197. de reuo. donat.

12 Vltimo loco deduxit ab hac. l. Bartol. num. 3. originem ſtatutorum Italiæ, quibus cautum eſt, ne mulieres ac minores poſsint contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, namque horum interuentus metus ac fraudis ſuſpicionem eleuat. Conſtat autem propter infirmum fœminarum conſilium, ſtatuta hæc condita fuiſſe, qua ratione Hermaphroditum, quia firmioris conſilij ſit, non comprehendunt ſecundū Bal. in. Omnes populi nu. 18. ff. de iuſt. & iur. Feli. in. c. Rodulphus, de præſcript. Franciſcus Niconitius alle. 1. nu. 25. vol. 2. Quòd ſi proximiores ſtatutum requirat interuenire, iam alia ratione id videtur eſſe proſpectum: nam quòd ad eos ſpes ſucceſsionis ſpectat præſumitur cautiùs curaturos, ne illi ſua facilitate decipiantur. & hanc rationem affirmat eſſe communem Riminald. col. 2. in princip. Nam quod Bal. ſcribit in l. 2. de reſcind. vendit. q. 9. mulieres atque minores facillimè ſeducuntur blanditijs aliquando, minis nonnunquam, ac proinde eſſe iuſtiſsima illa Italię ſtatuta. Alciatus tamen in præſenti nu. 14. non exiſtimat ſtatuentes ad rationem hanc Bart. reſpexiſſe, vt quæ periculi multum habeat, perpenſa ſpe futuræ hæreditatis, ſed eam ipſe rationem prætendit: quoniam quo quiſque ſuo conſanguineo coniunctior eſt, tanto præſumitur accuratiùs eius negocia geſturus. argumento text. in. l. lege Iulia. ff. de teſtibus. Ego vtramque rationem ſtatuentibus in mentem veniſſe arbitror, neque eſt ſpernenda illa ſpes futuræ ſucceſsionis in proximioribus. Nam cùm leges duodecim tabularum ius legitimæ tutelæ agnatis detulerint, & conſanguineis, item ijs qui ad legitimam hæreditatem admitti poſſunt, hoc ſumma prouidentia inductum fuiſſe Vlpiano viſum eſt in. l. prima, ff. de leg. tut. vtque ſperarent hanc habere ſucceſsionem, ijdem tuerentur bona, ne dilapidarentur.

13 Conſtat autē illud ex Bar. in præſ. quòd ſi in huiuſmodi ſtatuto nō requirātur proximiores, ſatis eſt proximos interuenire, etiā

ſi alij ſunt proximiores. & idem videtur Bal. ſequutus. & ſeruari hanc opinionem ex conſuetudine affirmat Curtius Senior nu.12. & videntur idem ſequuti Iacob. Butri. & Salicet. in l.1. vnd. vir. & vxor. infra. Aliorum tamen contra Bart. opinio eſt, vt in dubio etiam proximiores videantur requiſiti, quam videtur probare text. in l. fin. verſi. nullo etenim. de verb. ſignific. infra. vbi hanc opinionem ſequuntur ex illa. l. Bald. Fulgoſ. & Salicet. & eam ſequuntur Lancellot. col.2. Iacobi. nu.5. Sed ego opinionem Bartoli ſequi malo, quam Alex. & Iaſſ. ſequuntur nu.4. & eſſe receptiorem affirmat Alciat. eam ſequutus numer. 9. è quibus dicunt nonnulli hanc opinionem ſeruari ex conſuetudine. quod etiam idem ſequutus affirmat Iaſſ. in illa l. fin. de verb. ſignifi. nu.27.

14 Notarunt autem permulti in ſpecie huius ſtatuti, ſi mulier contrahat cum patre, non eſſe neceſſarium interuentum conſanguineorum. Nã cùm metus ac fraudis periculum ſtatutum cauiſſe videatur, nihil eſt vt ad patrem pertineat, qui neque metum neque fraudem filio vnquam intendet, ſed capietſemper optimum conſilium pro filio. l. ſi furioſo puberi. ff. de curat. furioſ. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſtituen. optimus tex. in l. nec in ea §. fi. ff. de adult. l. fi. C. de curat. furi. Propter naturalem denique affectum patris in filium, omnia patri videntur conceſſa. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de liber. legat. quem tex. dicũt eſſe ſingularem Roman. ſing. 110. Alciat. præſump. 6. reg. 1. Hanc igitur opinionem tenet Bal. in l. pactum dotali. 21. q. de colla. & tametſi Roman. ibi nu.22. id improbet, item Iaſſ. nu.5. cæteri frequentiùs videntur Bal. doctrinam probaſſe, & eam optimè à fundamentis Iaſſonis defendit Decius ibi numer.19. & eam Iaſſ. ipſe probauit in præſent. num.2. Idem Iaſſ. vbi allegat multos idem ſequutos in l. præſes. nu.4. ſup. eodẽ. & notabile eſſe dictum Bald. inquit. Alex. quidem probauit conſi.106. nu.3. vol.1 Barbat. in c. cauſam matrimonij. nu.12. de off. deleg. & eſſe communiter approbatam Bal. deciſionem ſcribit Alciatus. 1. regula præſump. 2. nu.6. & idem ſequitur Riminaldus conſil. 40. num. 3. vol. 1. Brunus allegans multos de form. & ſolennit. col. antepenult. verſic. ſi etiam ſolennitas. Francus ſolum Baldum allegans in. c. quamuis pactum. nu 2. de pact. lib. 6. Rodericus Xuares allegat. 24. col. 4. verſic. alij fuerunt. Et mihi placet.

15 Quare ego nec inutiliter queſierim, an id quoque ſit admittendum in ſpecie noſtrarum legum, quæ prohibent, vxorem aliquem contractum gerere ſine iuſſu atque licentia mariti. l. fi. tit. 11. lib. 1. l. 13 tit. 20. lib. 3. foro legum. vbi multa de hac re tradit Roderic. l. 55 Tauri, vbi eius interpretes multa ſcripſere. plura Lopius in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 68. Epiſcopus Segobienſis in epit. de ſponſal. 2. parte. c. 7. §. 1. an cum patre inſcio marito cõtrahere poſſit. Et cùm leges illæ generales admodum ſint, crediderim neque cum patre contractum geſtum valere, maximè cùm apud nos cõtractus matrimonij ciuili quadam emãcipatione nuptã exemerit à patria poteſtate. l. 47. Tau. qua correcta eſt. l. ſi vxor. de condi. inſert. & tex. in prin. Inſtit. ad Tertull. Adde huc ſocietatem illam omnium bonorum quæ legibus noſtris cõtrahitur inter coniuges non admittere hunc contractum etiam cum patre.

16 Quòd ſibi hi proximiores eſſẽt abſentes in remoto loco, exiſtimat Bal. in præſ. ſine eis cõtrahere mulierẽ poſſe. Mouetur Bal. ex tex. elegãti in l. multa. in prin. ff. de cõdi. & demo. vbi hęres vel legatarius, qui ex alicuius arbitrio tenẽtur aliquid facere, nõ cõmittunt in pœnã, ſi is quem arbitrari oportet, abſens ſit, quo caſu cõſultiſsimũ erit iudicis autoritatẽ cõtractui adhibere, ex. l. bonorũ. qui admit. §. & ita Bal. cõſuluit. Sed ſi poſt proximiores abſẽtes, alij proximi præſẽtes ſint, hoc eſſe adhibẽdos, rectè cõtendit Corn. col. 1. quòd ſi breui illi ſint reuerſuri, dubiũ nõ eſt quin expectãdi ſint. qđ Paul. de Caſt. rectè notauit in l. cùm antiquitus.

de teſt.

de testam. & idem sequitur Iacobi. in præsen. nu. 4. Pro qua opinione est pulchrum argumentum ex text. in l. 2. 4. fin de vacat. mune. ff. estq; probata l. Regia Tauri. 59.

17 Vltimo loco notauit Bart. ex hac lege, quòd cùm contractus rescindi possit prætextu metus reuerentialis. l. 14. quę onerandæ. ff. quar. rer. act. nó dat. & plura ipse notauit in. l. interpositas. supr. eod. si amicis vel consanguineis interuenientibus, sit cótractus ille celebratus, non posse rescindi propter metum reuerentialem, & hoc sequuntur omnes, è quibus Alex. & Iass. reprehendunt Salicetum, existimantem nu. 1. præsentia id non habere locum in metu patris reuerentiali, nam non maior metus ratio in hoc est, quàm in marito, in socero, & in prælato. Quare sententia Bart. indubiò est amplectenda.

Summa rerum. L. Si maior.

1 *Minor. 25. annis, non habet legitimam personam ad transigendum.*
2 *Si terminus sit præfixus in transactione, an illo elapso liceat moram purgare.*
3 *Declaratur text. in l. si insulam. ff. de ver. oblig.*
4 *Facultas mora purgandæ in quantũ tempus prò tendatur. Et traduntur quinque intellectus huius legis.*

¶ *L. Si maior.*

NOn diuiditur text. hic, qui nó vno modo legitur, cuius peculiares difficultates ego infe riùs explicabo.

1 Primò collige ex primis verbis ibi, si maior annis. 25. transegisti. à contrario sensu, quòd minor viginti quinque annis, nó habet legitimam personã ad transigendum. Quemadmodum enim vẽditio ac permutatio, ita quoque transactio minoribus est prohibita. l. non solùm. de pręd. minor. ¶. In qua re sicut in cęteris, quæ à minoribus geruntur, distinctio illa præ oculis habenda est, quam proposuerunt Imperatores in. l. si curatore habens. de in inte. restit. vt si maior annis quatuordecim sit minor, & curatorem non habeat, valeat quidem ipso iure transactio, licèt aduersus eam restitui possit. Si verò curatorem habet, & sine eius authoritate contraxerit, contractus erit ipso iure nullus, cùm non absimilis ei habeatur minor curatorem habens, cui à prætore curatore dato bonis interdictum est. Quòd si minor intra concessa tempora restitutionem in integrum exorauerit aduersus transactionem à se factam, aduersario quoque, si quid ratione transactionis dederit, vel actiones quæ ei perierãt restituentur. l. 1. & 2. si aduer. transact. l. 1. de reputat. quæ fi. in iud. Et cùm regulariter damnum patsis minoribus prætor subueniat per in integrum restitutionem, certè illam minori aduersum transactionem non dabit, nisi ob maximam læsionem. quod Ioannes Mauritius rectè notauit de resti. c. 211.

2 Secundò collige ex text. quòd si reo sit præfixus terminus in transactione, elapso tamen illo posse eum conuentum seruare purgantem moram. Sed videtur moram purgari minimè posse, quoniã permissum ad tempus, post tempus censeatur esse prohibitum. l. Imperator. ff. de postul. l. statu liberum. 4. 1. ff. de legatis secund. Gloss. offerant. licèt hanc difficultatem non ita explicuerit, respondet, licere reo post terminum offerre quantitatem quam promisit, quasi purgata mora. Si itaque actor velit redire ad suam pristinam actionem, repelletur exceptione transactionis, oblata modò quantitate. Hunc gloss. intellectum sequuntur Bart. & alij. testantur esse communem Lancellotus Decius col. 1. Curtius Senior nu. 6. Alexand. nu. 5. Iass. nu. 1. & communem esse hunc intellectum testatur Curtius Senior in. l. vbi pactum. nu. 20. ¶. eod. Sed videtur indubitabilis hic intellect° esse: cùm enim actori trãsigenti licet morã purgare, vt videbimus in. l. vbi pactum. ¶. eod. multò magis id licebit reo. l. fauorabiliores. de regul. iuris, cum alijs. Sed rectè huic obiectioni respondet Lancellot. Decius in præsenti, dicens dubitabile hoc magis esse in reo, quàm in actore: actor enim agit hic de

damno euitando, pœnam effugiens, vt mirum videri non debeat, si liceat ei morã purgare, reus verò agit de quærendo sibi commodo exceptionis tranlactionis. Vn de dubitabile videbatur, an posset moram purgare, cùm non ita lex faueat lucrum aucupanti, quantum damnum euitanti. l. si. §. licentia. cum alijs de iure delibe. Limitabis tamen hunc primum intellectum, vt non procedat, si propter morã rei, res esset transacta in rem iudicatam, quo casu veluti extincta iam virtute transactionis non liceret reo moram purgare. l. tale pactum. § qui prouocauit. ff. de pact. quem hic allegant Bal. 1. oppolit.

Secundò limita hunc intellectum, vt minimè procedat, si sub conditione esset concepta transactio; quo casu non superesset locus moræ purgationi, quoniam cõditiones oporteat ad vnguem obseruari. l. qui hæredi. in princ. & in. §. cùm hæreditas. l. Mæuius. ff. de condi. & demonstr. Et ita non esse locum in hac specie moræ purgationi probat tex. in. l. si super possessione. vbi dixi. sup. eodẽ. Anter quàm autem ad reliquos huius rescripti intellectus progrediamur, videndum est, vsque ad quod tempus liceat hic reo moram purgare. Et gloss. quidem in præsenti durante lite moram purgari posse existimat. gl. fi. in. l. siue apud acta. sup. eod. existimat purgari morã posse vsque ad sententiam, & vsquequo quis conueniatur actione iudicati. Bart. in præsenti videri has determinationes esse contra iura ordinaria. in. l. si insulam. l. interdũ. ff. de verb. obligat. l. & si post tres. ff. si quis caut. vbi lite contestata, nõ admittitur purgatio moræ. Quare Bart. ipse pro explicanda hac difficultate, duas proponit conclusiones, è quibus est prior. Si fiat transactio ante litem contestatam, admittitur moræ purgatio vsque ad ipsam litem contestatã per leges. & sentit Paulus de Castro nu. 2. hanc esse communem opinionem cum Bart. & communem esse testatur Lancell. in fine eam sequutus. Sed hãc priorem cõclusionem Bal. & frequentiores reprehendunt, existimantes hoc etiam casu admittendam esse moræ purgationem vsque ad sententiam. per tex. in. l. siue apud acta. & est communem contra Bar. in hac prima cõclusione testantur Iass. nu. 3. Alciat. col. 2.

Secunda conclusio. Facta transactione post litem contestatam, admittitur purgatio moræ vsque ad sententiam. Hanc secundam conclusionem plærique omnes probauerunt, & esse communem testatur Iass. nu. 3. Alciat. col. 2. Curt. Senior nu. 8. & eam quoque tenet ipse Bart. in. l. si insulam. 14. nu. 16. ff. de verb. obligat. vbi idem sequuntur Angel. Cuma. Imola. & hos referens Alexan. nu. 29. Iass. nu. 27. & testatur esse communem, eam sequutus Ripa ibi, nu. 78. & idem tenet ipse Bar. in. l. qui fidẽ. nu. 3. de transact. ff. vbi frequentiores eum sequuntur, quod ex Iasone constat nu. 4.

Sed adhuc videtur moram post litem contestatam purgari minimè posse, ex illa l. si insulam. Cui tamẽ subtiliter Bal. respondet in præf. dicens quòd in. l. contraria agebatur prima actione, in qua fuerat mora commissa, quare lite cõtestata minimè admittitur moræ purgatio, sed in hac. l. agebatur ex causa noua trãsactionis, super qua non erat lis. qui intellectus cæteris non displicet. Secundo modo respondet huic difficultati Fulg. dicens in. l. si insulã, actum fuisse actione valida ac efficaci, ac proinde non admitti moræ purgationem post litẽ contestatam, sed in hac. l. actũ fuisse actione quadam inualida, cuius vires virtũs trãsactionis eliserat; quapropter ampliùs purgandæ moræ tempus datum est. Tertiò respondet Salicet. in præsentia in. l. si insulã. facultatem purgandi moram nudam fuisse, nulliusque ope adiutam, sed in præsenti fuit illa coniuncta cum facultate excipiendi de transactione: quemadmodum igitur exceptio ipsa transactionis propositã vim peremptoriæ ad sententiam vsque opponi potest. l. peremptorias. ff. sent. rescindi. nõ poss. ita & vsque illud temporis durat facultas purgandę moræ. Quartus huius legis intellectus, quem nemo hic retulit, fuit Bal. in. l.

& si

& si post tres. in rep. col. 3. versi. sed contra istud. ff. si quis caut. dicentis fauore finiendarum litium, ne transactiones facilè eliditur, inductum fuisse, vt in contractu transactionis admittatur moræ purgatio vsque ad sententiam, sicuti eadem quoque ratione in hoc contractu licèt innominatus sit; non est locus pœnitentiæ re integra. l. quamuis. ff. eod.

4 Existimat autem Romanus in illa. l. si insulam. nu. 26. facultatem hanc moræ purgandæ in transactione facta post litem cõtestatam non durare vsque ad sententiam, sed vsque ad primum actum iudicialem factum à partibus post initam transactionem. Et ante Roma. fuit sententia hæc Cyni & Petri. in. l. siue apud acta. sup. eod. quã & Paulus de Castro probant in præs. nu. 3. item Fulgosius in. l. qui fidem. nu. 4. ff. de transact. vbi eam sequitur Iaff. nu. 5. quoniam actus ille vicem semper sustineat litis contestationis. l. 2. de consor. eius lit. l. nulla. de procurat. ff. Sed hæc opinio est cõmuniter reprobata, quoniam nimis restringit cõmunem huius tex. intellectum. Neque est impedimento regula. l. 2. de cõsort. eius lit. quoniam illa quidem vera est ad præcludendam viam exceptionibus dilatorijs, non verò peremptorijs, at verò transactionis exceptio in proposito in vim peremptoriæ proponitur. Durabit igitur facultas purgandæ moræ vsque ad sententiam, quòd si transactioni accesserit stipulatio, probabiliter existimat Alciat. col. 2. ad executionem vsque facultatem purgãdæ moræ producendam.

Secundus intellectus huius. l. est etiam gl. nostræ, quòd hic actor promissam sibi ex causa transactionis quantitatem ante aduentum diei vel conditionis postulabat, asserebatq; rei nil interesse an modò soluat, vel posteà, quoniam admodum locupletes essent, dicunt Imperatores, æquitatis exceptionem reo hic profuturam, ne quid amplius quàm in obligationem venerit, exigatur. Qui intellectus verus quidẽ est, sed videtur casum indubitabilem continere.

Tertius intellectus huius rescripti fuit Guidonis de Suza existimantis, siue termino conuẽto offerantur promissa, siue posteà in ipse lite, transactionem infirmari nõ posse, quoniam habeat transactor actionẽ ex stipulatu ad petẽdum id, quod sibi fuit promissum ex causa transactionis, nam per stipulationẽ fuisse hic factã transactionẽ, colligit ille ex verb. exigi. quod est ab inuito extorquere. l. fideicommissa. 4. si rem. ff. de leg. 3. cum alijs. item ex verb. exceptionis. quæ est actiõis exclusio. l. 2. ff. de exceptio. Quòd si pacto nudo transactũ fingamus, tunc existimat ille reo promissum nõ præstante, liberum esse actori, cui fides non seruatur, fidem minimè seruare, atque ad antiquam suam actionem redire. l. siue apud acta. sup. eod. Sed hic intellectus quem Cynus & posteriores retulerunt, neque verbis huius rescripti quadrat. Neque mihi fit verò simile, si ex stipulatione transactum fuisset, id Imperatores fuisse omissuros, qui maximi semper stipulationes fecere, neq; accedente stipulatione vllum dubium superesset, quia contractus innominati, quã uis ab altera parte non adimpleantur, firmi tamen remanent. l. non idcirco. de contra. empt. cum alijs.

Quartus intellectus huius. l. fuit Iacobi de Arenis Parmensis, quem & Cynus retulit, existimantis hic non fuisse transactum super vniuersa quantitate quæ debebatur, sed super parte: nam cùm viginti peterem, transegi super decem; & proilis equum accepi: peto deinde altera decem quę tu nõ vis mihi soluere, & quia non solus, volo redire ad vniuersum iudicium quod intendi, quod hic mihi denegatur. Sed hic intellectus præter quàm quod diuinat, est indubitatus.

Quintus intellectus est Romani in præs. qui existimat actorem nunquã satis transactioni acquieuisse, ac proinde reũ moram non commisisse. Qui tenẽdus minimè est, propter maximam diuinationem.

Sexto loco text. hunc interpretantur Martinus Syll. & Salicet. vt tex hic accipia

tur de fructibus ac vſuris pecuniæ promiſ ſæ à reo ipſi actori tranſigenti, quæ ideò nó debentur ante litem conteſtatam, quoniam cùm tranſactio ſit contractus ſtricti iuris, etiam mora commiſſa, fructus, ac vſuræ non debentur, niſi lite conteſtata. l. cùm fundus. in princ. ff. ſi cert. pet. l. ſi filius. §. fi. ff. de verb. oblig. l. videamus. §. ſi actionem. ff. de vſur. Sed nec hic intellectus morbo caret diuinationis, & offendit præterea tex. in verbo exceptionis. quòd ſecundũ hunc intellectum eſt accipiendum intentionis, quaſi de facto hic tranſactor egerit ad vſuras. Ego primum intellectũ magis probo.

Summa rerum. L. Promiſſis.

1 *Non ſeruata tranſactione, pœna peti poteſt.*
2 *Pœna adiecta dationi quantitatis præſumitur adiectam fraudem vſurarum.*
3 *Pœnam peti non poſſe, niſi ſit promiſſa per ſolennem ſtipulationem.*
4 *Fideiuſſio an pacto nudo fieri poſſit appoſito iuxta contractum.*
5 *Et an iure quoque noſtro, ſtipulatio ſit in ea neceſſaria.*

¶ *L. Promiſſis.*

1 NOn diuiditur tex. hic, qui hoc continet in ſumma. Non ſeruata tranſactione, poteſt peti pœna ipſi tranſactioni adiecta. Generale autem hoc eſt, vt pœna conuentionalis contractui adiecta peti poſſit, ſi promiſsioni paritum non ſit. §. fi. de verb. oblig. Inſt. §. alteri. de inu. ſtipul. cum alijs.

2 Sed contra text. hunc oppono text. in. l. cùm allegas. §. de vſur. vbi pœna adiecta dationi quantitatis, ſemper præſumitur adiectam in fraudem vſurarum, ſi excedat legitimum modum. Nec oportet hic diſtinguere, an ille, in cuius fauorem pœna adiecta fuit, ſit ſolitus fœnerari vel non, ſed ſatis eſſe, vt ſuſpicio vſurę adſit dationi, quãtitatis pœnam adiectam fuiſſe. Et hãc opinionem tenet gl. ibi. item Bart. nu. 3. Bal. 3. oppoſit. Salicet. nu. 7. & tenet eandem opinionem gl. ordinaria in l. Iulianus. verſic. idem Papianus ff. de act. emp. in gl. excedit. gl. in. l. ſed & ſi quis §. fi. in gl. informãdam. ff. ſi quis caut. Bart. ibi nu. 1 Paulus de Caſtro nu. 3. gl. in. l. ſciendum. ff. de euict. & ſequuntur eam allegantes alios Alexand. & Iaſſ. in præſ. & teſtatur eſſe communem Iacob. nu. 1. licèt Bal. & Salicet. contrà teneãt. ſequuntur eandem opinionem Bar. & Paulus de Caſtro in. l. qui res. §. qui ſtipulatur. ff. de ſolut. idem Bart. in. l. cùm ſeruus. ff. de condi. & demonſtrat. nu. 2. & ibi eum cæteri ſequuntur. Bal. in. l. 1. nu. 41. de ijs quæ pœ. nomi. Roman. in. l. §. fi. ff. de verb. obligat. Paul. de Caſtro ibi nu. 2. Alexan. nu. 6. Areti. col. 3. Ioannes de Imola in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. nu. 27. ff. de ver. oblig. Alex. ibi nu. 11. Iaſſ. nu. 22. Bal. Fulg. & Areti. in. l. rogaſti §. ſi tibi centum. ff. ſi cert. pet. Areti. in. l. lecta. col. 3. ff. eod. Alciat. ibi nu. 28. Angel. de Aret. in. §. alteri. de inut. ſtip. num. 9. idem in. §. omnes. de act. Inſtit. nu. 3. Rom. conſi. 510. nu. 13. Imol. in. c. dilecti. de arbit. num. 14. Antonius de Prato inter conſilia Alexand. conſi. 49. vol. 4. vbi duobus conſilijs ſequentibus. idem ſequitur Rebuffus in. l. vnica. de ſent. quæ pro eo. quod inter. profe. nu. 270. qui hanc traditionem communem pluribus limitat. Thomas Grammaticus deciſ. 58. nu. 6. licèt lege Regia 40. tit. 11. par. 5. altera opinio probata ſit, exiſtimantium pœnam adiectam dationi quantitatis non videri adiectam in fraudẽ vſurarum, niſi illam ſtipulatus ſit ſolitus fœnerari. Quid eſt igitur quod in præſentiarum diſtinctè tradunt Imperatores pœnam hãc exigi poſſe? Bal. & Salicet. reſpondent huic difficultati dicentes, ſpeciale eſſe in contractu tranſactionis, vt præſumptio illa locũ non habeat. & idem voluit Ioãnes de Imola in illo §. alteri. idem Imola in illo. c. dilecti. Verùm hãc opinionem cęteri frequentiùs improbarunt, exiſtimãtes præſumptionem illam procedere, etiam in contractu tranſactionis: cùm enim in hoc contractu eadem ratio ſit, quæ in cæteris, ſequitur, vt idem debeat exiſtimari. Et eſſe hãc opinionem

nem communem affirmat Curtius Seni. nu. 3. Et huic legi communiter respondetur, hic non fuisse adiectam pœnam quantitati, sed speciei, putà facto alicui explicando, nam quando pœna adijcitur facto, longè abest vsurę suspicio. l. Lucius. ff. de acti. empt. Et ita ante omnes declarauit l. hanc. gl. ordinaria in illa l. cùm allegas. Vel iterũ respondent, promissionem pœnæ hic nõ excessisse legitimum modum vsurarum, ac proinde non superesse locum præsumptioni vsurarum, iuxta tex. in illa l. cùm allegas. & vtrumque intellectum probauit Alciat. nu. 7.

3 Secundò collige ex text. secundum Rimin. & Aret. pœnam exigi non posse, nisi promissa sit per solemnem stipulationem, neque satis esse pactõ incontinenti apposito iuxta contractum promitti. atque idem probat tex. in l. seruus ea lege. ff. de serui. exportan. vbi hoc notat gloss. in parte, posset alia. in §. alteri. verb. cùm pœnam. de inut. stipulat. alia in l. stipulatio. §. alteri. in gloss. quantitas. ff. de verb. obligat. quarum opinionem sequutus est Paul. de Castro in l. in bonæ fidei. col. 1. sup. de pac. Nam quod vulgò dicitur, pacta incontinenti apposita vestiri coherentia ipsius contractus principalis. quod probat text. optimus præter vulgares in l hæreditate. §. 1. ff. de donat. id videtur accipiendum quoad principales obligationes, non verò quoad accessorias.

4 Quod vel ex eo probatur, quòd cùm fideiussionem solenni stipulatione concipi oporteat. l. blanditus. cum alijs. ff. de fideiuss. non valebit pacto nudo concepta, etiam appositio in cõtinenti ad ipsam principalem obligationem. Ita enim voluit elegantissimè Bal. in l. ex placito. 17. quæst. de rer. permut. cuius opinionem communiter receptam esse video, eam enim sequuntur Iass. in l. lecta. fi. col. vers. duodecimo limita. ff. si cert. pet. atque idem Iass. in l. iuris gentium. §. quinimo. col. 3. versi. quintò limita. ff. de pact. & in l. 5. §. satis acceptio. nu. 5. ff. de verb. obli. Franciscus de Crema sing. 108. Decius consi. 93. nu. 3. Andræas Tyraquell. de retract. conuen. §. 1. gl. 5. nu. 26. Sed verius est etiam pœnam promissam pacto nudo exigi posse, si appositum illud ad cõtractum principalem. ita enim tenuerunt permulti doctores antiqui, quos eorum opinionem sequutus refert Alexan. in illo §. alteri. nu. 6. & esse communiter reprobatas gl. illas, quas superius allegaui, testatur Ias. in l. in bonæ fidei. nu. 1. & in l. si pacto quo pœnam. nu. 5. de pact. sup. idem affirmat idem Ias. in illo. §. quinimo. col. 3. neq; hæc lex illarum protegit sententiam, quæ id solum insinuat pactum nudum pœnæ promissionem continens, non vestiri coherentia contractus innominati, quod mirum deberi non debet, neque lex. seruus ea lege. quoniam ibi tendebat pœna in odium cuiusdam tertij, neque quod de fide iussione tradita, est huic rei impedimento, quoniam cõtractus ipse principalis vestit pacta, quantum ad ipsos principaliter contrahentes spectantia, non verò quoad tertias quaspiã personas, quæ ad obligationẽ accedunt, quales fideiussores sunt.

5 Iure tamen nostro, siue pœna promittatur, siue concipiatur, fideiussio iudicio quidem meo non est necessaria stipulatio. ex. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinament. licèt additio viri & diligentis, & docti ad Seguram. in l. filius dum in ciuitate. nu. 9. ff. de verb. obligat. stante quoque lege nostra fideiussionem solenniter stipulatione existimet concipiendam, sed hoc iure vtimur, vt propter omissam stipulationem fideiussio minimè vitietur. & ita quoque sensit Gregor. Lopius in l. 6. tit. 12. p. 5. in gl. 1.

Summa rerum. L. Transactio.

1 *In transactione oportet aliquid dari vel promitti*
2 *In susceipienda tutela non esse locum transactioni.*
3 *Officium tutelæ gratuitum esse oportet. Sed iure nostro decimam reditũ pupilli tutori decerni.*
4 *Satis autem esse, si vel minimum ad transactionẽ detur.*
5 *Etiam si promissio inefficax apparuerit.*
6 *Procedere autem l. hanc, etiam si partes ei renuntiauerint.*

7 Vel

7 *Vel cum iuramento.*
8 *Neque transactionem probari, nisi aliquid datũ appareat.*
9 *In venditione non solùm de pretio, sed de pretio certo constet oportere.*
10 *Neque in vim pacti valere huiusmodi transactionem.*
11 *Sed arbitramentum fieri posse, etiam nil dato vel retento.*
12 *Valere autem transactionem, etsi promissum ex post facto non præstetur.*

¶ L. Transactio.

NOn diuiditur, & breuissimè continet in summa. In transactione oportet aliquid dari vel promitti, vel remitti. quod vltimum addit gl. ex l. de fideicommisso sup. eod. Sed quòd Lancellotus hic ex obseruatione Detij animaduertit, ociosum est hoc addere huic textui, quoniam id text. comprehendat in verb. retento. & conuenit huic text. text optimus in. l. suus hæres. ff. de repudian. hære. c. super eo. de transact. Ex quo inferturin suscipienda tutela vel cura, non esse locum transactioni, cùm in ea nil dari promittiue possit. Lineos ff. de tut. quem tex. in hoc notauit Iacob. Septimacensis Episcopus Ciuitatensis meritissimus in lib. de ambitu. l. 1. versi. solent. ff. de offi. præfect. vrb. vbi gl. tutelã inquit committi hic, velut quandam simoniam. §. sed & si quis. versi. sicut. Inst. de suspect. tut. Punitur etiam is qui tutelam corruptis ministerijs prætoris redemit. l. 3. §. tutor. ff. de suspect. tut. Illationé hanc tenent Bart. in. l. prætor. nu. 2. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Roman. singul. 471. an super. Marcus Mantua in præsenti.

1 2 3

Liberum enim atque gratuitum, officium tutoris ac curatoris esse leges semper curauerunt, nó solùm cùm suscipitur vt iã probaui, sed etiam postquam est susceptũ. Neq; enim vllũ salarium tutor petere potest. l. à tutoribus. §. quemadmodum. ff. de admi. tut. vbi id notat Bart. idé Bar. in. l. pupillus. nu. 6. ff. de tutel. Angel. de Aret. in §. actionum. nu. 36. de actio. Instit. Iaſſ. in. l. item. nu. 2. de procur. ff. licèt apud nos tutori ac curatori decima pars redituum patrimonij pupilli decreta sit. l. 2. tit. 7. lib. 3. foro legum. quam ex facto seruari affirmat Ioannes Oroscius in l. sumptus. num. 10 ff. de pact. Et ipse idem notaui in. l. 1. nu. 13. supr. eod. & sæpissimè ita regium hoc tribunal iudicauit.

4 Satis autem est, vt transactio rectè concepta sit, si vel minimum transactionis nomine datum sit. l. 3. §. debitor. ibi. minimo transegit. ff. de transact. Sicuti etiam transactionem non vitiabit, si plus transactionis nomine sit datum, quàm à principio peteretur. quod Bal. eleganter notauit in. l. fin. nu. 7. de execut. rei iudicat.

5 Item adde transactionem rectè concipi, etiam si promissio facta sit inefficax, modò propter eam in spem elatus actor à lite discesserit. l. cum donationis. sup. eodem.

6 Ampliabis tu modò text. hunc, vt procedat etiam si partes ipsæ huic dispositioni renuntiauerint. quod Angel. consultus respondit, quem in præsenti sequuntur Lancellotus & Iaſſ.

7 Secundò ampliabis, vt procedat text. hic, etiam si iuramentum accessent transactioni, adhuc enim non potest fieri transactio, nisi aliquo dato vel retento, quod Herma notus de Bonenco nominatim ad hanc, l. obseruauit in authen. Sacramenta puberũ. nu. 92. si aduer. vendit.

8 Tertiò ampliabis, vt etiam si instrumẽto aliquo reperiatur transactionem inter Ioannem & Petrum fuisse celebratam, nec dicatur aliquid hinc inde datum, vel promissum, vel remissum, adhuc tamen transactionem non probari, cùm nó constet de datione, promissione, vel remissione. ita enim voluit eleganter Paulus de Castro in. l. suus hæres. de repud. hæredit. nu. 1. qui ita interpretatur illum text. idem sequuntur Alexan. ibi nu. 4. Iacob. nu. 5. Sed hanc opinionem arguere videtur, quòd cum hæc solennitas intrinseca sit, semper est præsumendum eam intercessisse. l. si scriptum. de inuti. stipul. §. fi. de fideiuſſ. Instit.

Huic

Huic difficultati respondet Lancell. Deci in præsenti. in vers. & licèt instrumentum cantaret quòd cùm datio, promissio, vel remissio in transactione sit solennitas quę dam extrinseca, non est cur præsumamus eam in transactione interuenisse l. quicunque §. quià pupillo ff. de publici. l. 1. de fide instru. & iur. hast. fis. lib. 10. Sed reuerà hæc Lancellotti Decij responsio non euincit hãc difficultatem. Est enim iudicio meo datio, promissio, vel remissio in transactione solennitas quædam intrinseca, sicuti est interrogatio præcedens ad stipulationem, & stipulatio ipsa ad fideiussionem. Respondeo itaque hoc difficultati oportere ex doctrina Bart. in l. sciendum nu. 5. ff. de ver. obli. vbi (qui solet in rebus omnibus solertia atque peritia) solennitatem intrinsecam diuidit in formalem, ac materialem. Et prior quidem regulariter præsumitur, posterior verò minimè. Et in transactione datio vel promissio est de solennitate intrinseca materiali. & illam Bart. distinctionem probarunt ibi Alex. nume. 15. Iaſſ. num. 24. cuius rei aptissimum exemplum proponit ipse Bart. in 4. pretium. de empt. & vendit. nam etiam si pretium ipsum videatur esse solennitas quædam intrinseca ad venditionem, quoniam tamen est materialis non formalis, etiam si dicatur rem aliquam esse venditam, si nó dicatur de pretio, instrumentũ huiusmodi nõ probat venditionẽ.

9 Cui tu adde non solùm de pretio, sed de pretio certo constare oportere, quod Iacob. de Aret. & hunc referens Cynus notarunt in l. 1. de contra. & com. stipulat. Iacobi in illa l. suus hæres. nu. 6. Iaſſ. in præsent. nu. 4. Alexan. consi. 20. num. 9. vol. 4. idem Alex. consi. 180. nu. 8. vol. 6. Iaſſ. in. l. si duo patroni §. penult. nu. 4. ff. de iureiur. Hippoly. sing. 38. Aymon Crauet consi. 27. nu. 19. vol. 2. Grego. in. l. 1. tit. 5. par. 5. in glos. 1. quorum traditionem probat text. optimus in l. si voluntate. ibi, ad certum consentiant pretium. de rescind. ven. ſ. quem in hoc expendit Socinus eandem opinionem sequutus consi. 20. nu. 1. vol. 2.

10 Quartò ampliabis text. hunc, vt nec in vim pacti valeat transactio, in qua nil datũ promissumúe est, quòd probat tex. in illa l. suus hęres. qui ita inducẽdus est. Hæres ibi animo trãsigendi professus est, nil de paterna successione petiturũ, à qua paterno testamẽto fuerat ille exhæredatus, & tamen quoniam nil trãsactionis nomine accepit, neque exceptione pacti potest abscripto hærede summoueri: quòd si vel in vim pacti nudi sustineretur, transactio pareret exceptionem. l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact. Præterea si vel in vim pacti valeret huiusmodi transactio, non posset ille item quam renũtiauerat instaurare. l. post quam liti. sup. de pact. Est autem ratio huius dispositionis, quoniam cùm actus hic peccauerit in forma, neque valet vt agitur, neque vt valere potuit. l. 4. si quis ita. ff. de verb. oblig. l. 1. §. eum qui. ff. de constit. pecu.

11 Limitabis tu modò tex. hunc, vt solùm habeat locum in propria veraq; transactione, non verò in impropria, putà in arbitramẽto. Potest enim arbitrator in quem partes ipsæ veluti transigẽtes causam compromiserunt, vniuersum causæ compendium vni parti dare, alteri nil prorsus tribuendo. ita enim voluit Barto. in l. furti. §. qui iussu. nu. 5. ff. de his qui not. infam. idem Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. 1. quæst. extra glos. nu. 8. ff. pro so. idem Bart. in. l. quòd si Ephesi. §. fi. nu. 4. ff. de eo quod cert. lo. vbi idem tenet Paul. de Cast. nu. 4. & sequuntur hanc opinionem Iacobi Lancellot. Decius Iaſſ. & Alciat. & hiç quidem communiter Bart. traditionem esse receptam profitetur.

12 Secundò limita text. hunc, vt non procedat, si promissum quidem sit aliquid à principio, licèt ex post facto ob culpam aduersarij præstitum non sit, adhuc tamen transactio erit censenda l. si super. sup. eod.

Tertiò limita text. hunc, vt non procedat, si reuera aliquid transactionis nomine datum, retentumúe sit, licèt verba aliter cõcepta sint, nam ad effectum potiùs respicimus, vt trãsactio valeat, vnde si centum

mihi

mihi debeat, & quinquaginta receptis, altera quinquaginta ex transactionis causa recepisse me confitear, licèt nil videar his verbis tibi remisisse, tamen reuera transactio valet, neque exceptionem non numeratæ pecuniæ opponam. l. interest. 2. respons. de solut. j. quem text. ibi plurimùm Bal. commendauit. item Alexan. Iacobi. & Alciat. in præsen. Ex quo tu subinde notabis, transactione excludi exceptionem non numeratæ pecuniæ. quod probat etiã tex. vulg. in. l. si non transactionis. de non num. pec.

Summarium. L. Quamuis.

1 *Non esse locum transactioni etiam re integra in transactione.*
2 *Et idem sic in omnibus pactis liberatorijs.*
3 *Declaratur tex. in l. si quis iusiurandũ. de re. cred.*
4 *An transactio rescindatur propter læsionem ultra dimidiam iusti pretij.*
5 *Et ab habeat in transactione locũ pactum. l. commissoriæ.*
6 *Declaratur tex. in l. Labeo. ff. de contra. empt.*
7 *Quando contractus innominatus vnitus cum nominato, non est locus pœnitentiæ.*
8 *Iure nostro an in contractibus innominatis sit locus pœnitentiæ.*

℣ L. Quamuis.

1 NOn diuiditur tex. hic, qui hoc continet in summa. In contractu transactionis etiam re integra, non est locus pœnitentiæ.

2 Sed cùm in cæteris contractibus innominatis sit locus pœnitentiæ re integra. l. si. ff. de condict. caus. dat. quare non idem licet in transactione? Et refert quidem Cynus in præsenti, scholasticum quendam cùm à Bononiensibus examinaretur, hãc differentiæ rationem rogatum nescijsse respondere. Sed Cynus ipse post suum Petrũ de Bellapertica respondet, hoc fauore liberationis constare arg. text. in l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. quasi statuant Petrus & Cynus, idem esse in omnibus pactis liberatorijs, vt non liceat pœnitere re integra liberanti. Sequuntur horũ opinionem Ray. Bal. Salicet. & alij, quos refert Curtius Senior nu. 4. Sed horum intellectus ex eo arguí videtur, quòd si hoc fuisset generaliter constitutum, otiosum videri potuit speciale de hac re pro causa transactionis edere constitutionem. Præterea si text. hic generalis esset pro omnibus pactis liberatorijs, de liberatione potiùs verba legis, quàm de transactione concepta fuissent. Præterea pro hac Vltramontanorum opinione adducitur text. in l. ob eam causam. ff. de præscr. verb. vbi in cõtractu innominato liberatorio, non habet locum pœnitentia ex capite causæ non secutæ, quare nec ex capite pœnitentiæ licebit recedere, sed ibi liberatio fuit facta per acceptilationem, quapropter pœnitentia nõ admittitur. Quæ ratione generaliter arbitratur Bart. in omnibus pactis, etiam liberatorijs, habere locũ pœnitentiam, excepta causa transactionis. Et

11 hanc opinionem sequuntur Angel. & frequentiores, & veriorem affirmat Alexan. eam sequutus, nec esse ab ea recedendũ admonet Lancell. Dec. col. 1. vers. tu clarius.

Secundo modo soluit hanc difficultatem Iaſſin. l. 2. nu. 17. ff. de condict. ob caus. dicens nil esse speciale, sed secundùm regulas communes hic fuisse statutum, ne pœnitentia admittatur: quoniam facta transactione dat reus actori pecuniam, & actor promittit amplius non petere, quare iam non est res integra, nec licet amplius pœnitere. Sed hic intellectus Iaſſonis quòd Alciat. hic rectè aduertit nu. 3. est idem cum dicto, id enim quærimus, cur exceptione reus hic vti possit, nec actori pœnitẽtia cõcedatur. Verùs itaque Bart. existimat speciale esse in transactione, quamuis contractus innominatus sit, vt minimè etiam re integra pœnitentia admittatur fauore litiũ finiendarum. Et hunc intellectum sequuntur Angel. Paul. Alexand. & Iaſſ. & esse veriorem affirmat Riminald. eum sequutus col. 2. & eum sequuntur Lancello. Aret. & Iacobi. item Curtius Senior. communem esse testatur Alciat. nu. 4. & eum quoque tenet ipse Bart. in l. si pecuniam. in princip.

num. 11. ff. de condict. ob caus. Iaſſ. ibi col. 2. verſic. duodecimò limita. Et ſequuntur eandem opinionem Paulus de Caſtro numer. 1. Decius num. 3. in l. poſtquam liti. ſupra. tit. prim. Et probatur hic intellectus cõmunis ex eo, quòd etiam ſi tranſactio tendat ad obligandum, adhuc re integra nõ eſt licita pœnitentia. l. ſi ſuper poſſeſsione. ſup. eodem. & licèt hic intellectus ad hanc l. Bart. nomine circumferatur, fuit aliorũ ante eum, quod ex Cyno Albericoque conſtat in. l. ſicut. 1. oppoſit. ff. de act. & obligat.

3 Sed contra text. hunc ita communiter intellectum in hunc modum oppono. Iuramentum deciſorium tendit etiam ad lites finiendas l. t. ff. de iureiur. & tamen in eius delatione eſt locus pœnitentiæ re integra. l ſi quis iuſiurandum ff. de rebus credit. ſed ibi iuramentum quis intulerat, ac poſtea anteaquam ab aduerſario reciperetur illationis eum pœnituit, ſed hic vtriuſque conſenſu fuerat facta tranſactio, non ſunt igitur pares termini huius legis ac illius. Declarauit autem optimè text. illum Bart. in l. non erit. §. ſi neque. nu. 4. ff. de iureiur. quo in loco Alber. Fulgoſ. Alexand. num. 3. Iaſſ. numer. 10. plurima ad intellectum illius l. notauerunt.

4 Cùm autem neque re integra à tranſactione recedatur, arbitrantur recentes ſcriptores in præſenti, neque eo prætextu à tranſactione quẽpiam recedturum, quòd deceptus ſit vltra dimidiam iuſti pretij: namque remedium l. 2. de reſ. vendit. in tranſactione locum non habet. Quam opinionem & ipſe defendi in illa l. 2. nu. 23. & ſecundùm eam non ſemel in hoc Regio prætorio iudicauimus.

5 Sed & pactum legis commiſſoriæ, quod ad emptionem eſt introductum, in tranſactione locum habere, tradit Cumanus conſi. 156. viſa ſerie. numer. 1. vt ſi partes egerint à principio, vt re non ſequuta, pro nõ tranſacto ſit. & hoc Cumani reſponſum ſequuntur in præſenti Iaſſ. & Alciat.

6 Sunt autem certi quidam caſus prætra tranſactionem, in quibus etiam re integra, in contractibus innominatis non eſt permiſſa pœnitentia. Et primus eſt, quem Bal. notat in præſenti numer. 3. quoties contractus innominatus ordinatur ad contractum nominatum, vt ſi promittam rem emere ob certam cauſam, vel conditionem: nam hæc promiſsio eſt contractus innominatus, nam parit actionem præſcriptis verbis, & tamen non eſt licita pœnitentia. l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecã. 50. ff. de contr. empt. & addit Paul. de Caſtro num. 2. pulchrum eſſe hoc dictum Baldi. Sed reuerà tex. in l. Labeo, hoc minimè probat, licèt id quoque Iacobin. ſequatur nu. 3. & idem Bald in l. ſi pecuniam. col. penult. verſi. quæro an vbi. ff. de condi. cauſ. dat. nam in illa l. Labeo. potiùs videtur geſtus contractus quidam conditionalis ſub illa conditione, ſi Campani locum venderent ad collocandam illam bibliothecam. & id videtur ſignificare Vlpianus ibi, quaſi impleta conditione. ac in hunc ſenſum interpretatur l. illam Bart. in l. ſi quis cum debitore. numer. 4. ff. de iureiur. & plura ad l. illam obſeruauit eleganter more ſuo Fortunius in l. iuris gentium. §. quinimo. col. 6. verſi. non obſtat ſextum argumentum. ff. de pact.

7 Secundus caſus eſt, quem idem Bald. Paul. & Iacobi. notarũt, quoties contractus innominatus eſt vnitus cum contractu nominato, quo caſu non eſt licita pœnitentia. l fundi partem. ff. de contr. empt. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de acti. empt. Sunt & alij caſus non pauci, quos ex ordine enumerarunt Alexand. & Iaſſ. in l. ſi pecuniam. in princ. ff. de condic. ob cauſ.

8 Sed iure noſtro, an in cõtractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ re integra? Et videtur non eſſe, ex. l. 3 tit. 8. lib. 3. ordinam. Et cùm non defuerint qui hanc opinionẽ defenderint, alijs cõtrarium opinantibus, horum ſententiam ipſe probaui in l. naturalis §. & ſiquidem. nu. 17. ff. de præſ. verb. Quæ iterum mihi placet.

Summa rerum. L. Vbi pactum.

1 Declarantur quædam verba huius text. quæ redundare videbantur.
2 Acceptilationi, an insit naturalis obligatio de nõ petendo.
3 Et obligatio hæc vnde oriatur.
4 Quædam oppositio explicatur.
5 Declarantur illa verba. l. huius, ante cognitionẽ.
6 Item illa, si aduersarius hoc maluerit.
7 Actori an liceat moram purgare ad euadendam pœnam.
8 Eum cui non seruatur transactio, plura posse petere.
9 Quo pacto egerit hic actor, qui acceptilatione actionem amiserat.
10 Iudex an ex officio suo possit repellere agentem sine actione.
11 Et optimum huius rei exemplum subijcitur.
12 Iudex an possit vtrò repellere procuratorem agentem sine mandato.
13 Et quid in spiritualibus.
14 Et an si iudex hoc nõ faciat, teneatur insyndicatu
15 Sed si iudex agẽtem sine actione admittat, et sententiam proferat, an illa sit ipso iure nulla.
16 Declaratur tex. in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. testam.
17 Et an text. ille habeat locum in bonorum possessione contra tabulas.
18 Et quid in sententia falsitatis.
19 Repellit quoque iudex calumniantem à iudicio.
20 Et an id quoque procedat in eo, qui agit ante natam actionem.
21 Ineptum quoque libellum iudex reijcit, etiam nõ interpellatus.
22 Gl. magna declaratur.
23 Alia eiusdem gl. pars explicatur.
24 Quæ remedia competant reo contra actorem nõ seruantem transactionem.

¶ *L. Vbi pactum.*

QVm in legibus superioribus satis superque dictum esset, quonam pacto succurrendum ex iure sit actori contra reum nõ seruãtem transactionem, oportuit reo etiã ipsi prospicere & contemplari, quo huic remedio contra actorem non seruantem transactionem succurratur, idque inducit hæc l. quam esse multum difficilem atque singularẽ Bart. affirmat, sed & cæteri post eum difficillimã esse arbitrantur, quam diuisit nemo præter Lancellotum in duas partes eam partientem. Vt in prima ponatur forma contractus. In secũda eius effectus, quæ est ibi, aut subsequutis. Summatim hoc continet. Si stipulatione Aquiliana, atque acceptilatione transactio est formata, actor contraueniens repellitur, & data repetuntur, pœnaque promissa exigetur.

1 Sed in primis contra prima verba text. huius, quòd superflua sint, contra tex. vulg. in §. quibus. considero quòd dicitur hic, vbi pactum vel transactio, nã transactio est pactum l. 1. §. cõuentionis. ff. de pac. Gl. 1. & 2. soluunt hanc difficultatem, dicẽtes pactũ esse gratuitum, transactionem non gratuitam. Sed hac solutione gl. malè contenta, exponit disiunctam, vel, pro expositiua, id est, nam de transactione solùm agitur in hac l. non etiam de pacto gratuito. Et hũc intellectum sequuntur Bart. l. opposit. Angel. nu. 1. affirmans hunc esse verum intellectum. & esse communem affirmat Alciat. nu. 11. Tertio modo accipit hec verba Bal. l. opposit. vt pactum hic non gratuitum intelligatur super re liquida, transactio verò super re non liquida: Et hunc intellectum Bal. sequuntur Fulg. & Salicet. & esse communem recentibus scriptoribus affirmat Curtius Seni. nu. 6. Quarto loco hæc verba interpretatur Alciat. vt pactum hic accipiatur ante litem motam, transactio post litem motam. Mihi intellectus gloss. & Bar. placet magis, quoniam frequentissimum est in iure nostro, vt dictio, vel, posita inter genus & speciẽ, sumatur expositiuè, pro, id est. l. 2. ff. ad. l. Aquil. l. creditor qui fundos. 7. de pig act. Et notat optimè Bar. in l. 1. in princ. nu. 2. ff. de pac. vbi meminit huius gloss. quod est verum, quoties constat ex mente loquentis, nam propriè sermo hic significat loquentem non velle speciem illam comprehendi sub genere. l. 1. secundũ vnum intellectum. ff. de reb. dub. & notat Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. eo. tit. Quinto loco explicat hæc verba vir doctissimus Lanc. Dec. vt exponantur pactũ vel trãsactio, id est, pactionalis trãsactio. vt in l. 1. in prin. ff. de pac. exponũtur illa verba

placitum

placitũ,& consensus.i.placitus consensus.

2 Secundò colligeex text.ibi,& acceptilationis vinculis firmitas iuris innexa est. quòd acceptilatio continet in se vinculũ, cùm in ea obligetur acceptoferens naturaliter ad non petendum id,quod debitori refert acceptum.quod gl.innexa.in presenti notauit,quę hoc vtitur argumẽto,Nam cùm pacto de non petendo,hæc insit naturalis obligatio.l.pacta nouissima. supr. de pact. inerit multò magis acceptilationi. Imò verò dicebat Iacobus de Aretio, quẽ Bart.retulit in præsenti,ciuilem etiam obligationem inesse acceptilationi: nam si naturalis tantùm aduenit ex pacto nudo, ciuilis ac naturalis prouenit ex pacto vestito. & idem sequuntur Petrus ac Cynus. i. notabili Alberi. nume.1.testatus hanc esse communem opinionem, qui propterea existimat hic additum fuisse, vinculis, vt vtraque obligatio significaretur.arg.text. vulgat.in.l.vbi numerus.ff de testibus.allegantque illi text.in.l.Mæuia.§ fi.ff.sol.mat. vbi probari videtur teneri eum , qui exceptione repelli potest à petitione. Iacob. verò Butricarius quem cum suis argumentis retulit Bart. contrarias partes probare contendit, quasi impossibile esse videatur ex

3 acceptilatione, qui actus liberationis contractæ obligationis est.§.item per acceptilationem.quibus mod.tollit.obligat. obligatio oriri possit prætet mentẽ ipsorum contrahentium. l. non omnis. in princip. ff. si cert. pet. l. obligationum substantia.ff. de act.& obligat. neque solet idem actus liberationem atque obligationem parere. l: cùm is.§.1.ff.de condict.indeb.l.in numerationibus.ff.de solution.Bar.verò nu.2.ver. mihi videtur, vt & gl. & Butricarij opiniones componat, duas hac in re statuit conclusiones. Prior est,Quãdo verba conuentionis continent promissionem de non petendo , non est dubium hunc promittentem remanere obligatum ad non petendum. Et ita loquitur text. cum gl. in. l. si vnus.4.pactus ne peteret.ff. de pact. Secunda conclusio est, Quando verba conuentionis nullam continent promissionem, sed solùm fiunt ad resoluendum , vt est in acceptilatione,& in pactis, per quæ à venditione receditur , ex huiusmodi pacto nulla oritur obligatio , sed propter pactum oritur quædam naturalis æquitas, qua quis naturaliter obligatur ad non petendum . & ita debet accipi gloss. in præsenti.Hanc Bartoli distinctionem sequuntur Paulus de Castro numer.5. Alexander allegans alios numer.3. Iass. numer. 7. qui affirmat, quòd hanc opinionem sequuntur moderni. Lancellot.col. penul. Iacobi. Curtius Senior numer.13. testatur hanc opinionem Bartol esse communem,eam sequutus Riminald.col.2. pro qua etiam cõsiderant.quòd confessio de præsenti includit in se pactum de non petendo. l. tale pactum.in princ.ff.de pact.Et hanc opinionẽ ipse sequor. Similitudo autem inter pactũ de non petendo & acceptilationem , non procedit:quoniam pactum de non petendo, dirigitur in futurum , vnde inducitur obligatio: acceptilatio cùm de re præsenti disponat, non potest hanc obligationem producere.l.5.§.satis acceptio.ff.de ver obl.l.11.in prin.ff.de pact.l.fi.§.1.ff.de iur.dot.

3 Hæc autem naturalis æquitas, quæ obligat acceptoferentem ad non petendum oritur præter mentem ipsius: nam hoc solet in iure euenire, vt extra id quod agitur, oriatur obligatio.l.si is qui.§ fi.ff.commodat. Cuius rei manifestissimũ exemplum est in eo qui dehquit, obligatur enim ille pœnæ lege statutæ , cùm tamen nemo eius proposiri sit , vt ad pœnam se obligare velit.l. Imperatores.ibi, ipse te huic pœnæ subdidisti.ff. de iure fisc.l.fin.ibi, maluerint.de collat.fund.patrimon.hbr. 11. in authent.de non alien.aut permut.reb.eccles. §. quoniam verò Leonis.ibi,amatores periculi.coll. 2.Is quoq; cuius negotia absentis geruntur præter consensum obligatur gerenti contraria actione negociorum gestorum.§.igitur. cum alijs.de obligat. quæ ex quasi contract.nascunt.

4 Deinde cõtra tex,hũc iterũ oppono,quo

niam data vt quis à lite discedat, repeti nō possunt. l. ded. l. quod Seruius. ff. de cōdict. ob caus. Gl. magna respōdet non posse illa repeti, nisi actor cōtrauenerit, quo casu cō dicuntur ex capite causæ non secutæ.

5 Vlteriùs cōtra tex. in illis verbis, ante cognitionem causæ, vbi si actor intendat suā actionem, priùs debet agi de pœnæ cōmissione, quàm de ipsius actione. Opponore gulam tex. in. l. qui prior. ff. de iudi. vbi qui prior ad iudicium venit, prior à iudicio dimittitur. Et gl. magna respondet speciale esse in causa transactionis, & rationem iuris priuati declarat optimè Bart. post Petrum nu. 2. Hæc tamen solutio gl. est communiter reprobata, teste Alexandro numer. 3. in fine. Quare gloss. refert alios intellectus, inter quos ille videtur probabilis, vt illa verba, ante causæ cognitionem, referantur ad verbum, data, & hunc intellectum sequitur Bart. num. 4. Sed ita intellectus text. hic videtur continere casum indubitabilem, quare meliùs Bal. 3. oppos. quod tex. hic habuit respectū ad exceptionē transactionis, quæ opposita impedit litis ingressum. l. fratris. supr. eod. quare si reus hic pœnam petat, opposita transactione aget ante causæ principalis cognitionem, non obstante regula. l. qui prior. Cùm enim actio fuerit extincta per transactionem vallatam Aquiliana stipulatione, non nisi in casum solutæ pecuniæ potest conualescere, quare non antea agere is videtur, quàm soluta pœna actionem, quam pacto amiserat, recuperet. Hunc intellectum sequuntur Paulus & Alexan. nu. 4. Alcia. col. 2. communem esse testatur Currius Senior nu. 16. in fine. tametsi malè sibi hic constet Iaſſ. nu. 8. qui bis quatuor solutiones refert ad hanc difficultatem.

6 Collige deinde ex gl. in vers. item quod dicit. verba illa, si aduersarius hoc maluerit, posse referri ad reum, à quo pœna modò petitur, qui in causa principali fuit actor, et secundum hoc videtur, quòd cùm hic sit reus, eius sit electio, an pœnam velit soluere, vel data restituere. l. plærumque. in fine. ff. de iure dot. Sed in. l. cùm proponas. docuimus regulam illam esse veram in alternatiua summarum, non in alternatiua remediorum. Præterea hanc expositionē reprobat Bar. nu. 5. ex eo, quoniā hæc verba non possunt referri ad actorem: quoniā si quæstio hæc fuit proposita coram Imperatore, postquàm ille contrauenit transactioni, non posset actor moram purgare, quia cùm ex maleficio teneatur, non potest moram purgare. l. qui ea mente. ff. de fur. l. penult. ff. vi bon. rap.

7 Ex quo tu collige, quòd etiam si reus possit moram purgare in transactione. l. si maior. supr. eod. actori tamen non licere moram purgare ad euadendum pœnā. & idem sequuntur Angel. nu. 7. Salice. col. 2. addit Alexan. ex Fulg. nu. 5. opinionem Bart. esse communem. & eam tenet Alciatus numero. 19. Sed quod in actore quoque sicut in reo admittatur purgatio moræ, probat text. optimus in. l. si in lege. §. colonus. ff. locat. vbi locator moram purgat, quam ille contraxerat ex maleficio, impediebat enim colonum vti frui colonia, quam ab eo conduxerat. Et hanc opinionem contra Bart. tenet Fulgos. & eum referens Alexand. numero. 5. qui affirmat hanc esse æquiorem opinionem. Paulus de Castro num. 10. dicens æquiorem esse sententiam hanc Curtius Senior num. 20. communem esse testatur Iaſ. nu. 9. Et posse moram etiam ex maleficio contractā purgare actorem, si ille habeat tractum successiuum, tenet Bar. in. l. si insulam. nu. 21. ff. de ver. obligat. vbi eum sequuntur Imola. Cuman. & Alexan. nu. 39. Iaſſ. nu. 36. Ripa nu. 95. sed hic tractum successiuum habet mora, nam etiam si modò agat actor contra transactionem pœnalem, potest eum pœnitere. Neque huic sententiæ obstat. l. qui ea mente. quoniam agit illa in pœna legali, nos in conuentionali. Iuuat & hanc opinionem text. in. l. quamuis. ff. de in ius vocād. Et quòd admittatur in actore etiā purgatio moræ, si ius aduersarij non sit factū deteriùs, probat text. in. l. &. si post tres. ff.

si quis

si quis caut. Est itaque intelligenda hæc lex in actore transactioni contrauenienti, ac in petitione perseuerante, quousque exceptione transactionis à iudice ipso fuit repulsus. Secundo modo respondet gloss. quòd lex hæc loquitur in actore qui fuit reus in causa principali, in cuius electione est vtrum petere velit. & hunc intellectum sequuntur fi equentiores, & esse communem affirmat Curtius Senior nu. 22.

8 Addit gloss. ex sententia Azonis posse hunc, cui seruata trãsactio minimè est, hæc omnia petere, quòd data sibi restituantur, quòd pœna commissa per contrauentionem sibi applicetur, quòd actor ab agẽdo exceptione transactionis repellatur. & hũc etiã intellectum Azonis sequitur Bar. in vniuerso discursu suorum in hanc l. cõmentariorũ. & eũ sequitur Albe. nu. 1. qui nu. 7. inquit, tenere se hũc intellectũ tãquam verissimũ, & eũ ex antiquioribus sequũtur Odofred. Butr. Francis. Tigrinus, & plures alij quos hic allegat Alexand. num. 6. qui nume. 1. affirmarat hunc intellectum esse magis communem eum sequutus. communem esse testantur Aretinus numer. 2. Iass. col. 2. Curtius ante numerum primũ. Alciatus libr. 5. paradox. c. 12. & hoc casu oportet accipere illa verba, aut pro, &, vt disiuncta in coniunctam conuertatur, & horum rationes sunt illæ potissimæ. Prima, odium actoris rumpentis transactionem tanta solennitate vallatam, acceptilatione, atque Aquiliana stipulatione, exhorrent enim leges fidem frangentes. l. 1. in princip. ff. de pact. maximè autem eos, qui ita solennia conuenta dissoluunt. l. si quis maior. infra eod. Secunda, quoniam ipso iure hic fuit sublata actio quæ potuit actori competere, idque propter acceptilationem. Tertia ratio est, quoniam iudex prospiciens actorem hunc agere, atque experiri velle sine actione, ex officij sui munere est eum repulsurus, vt paulò inferiùs notabimus. Vulgarus autem antiquus glossematarius existimauit, non omnia hæc copulatiuè exigi, sed alternatiuè duntaxat, qui intellectus antiquorum propè omnis fuit, & eum sequuntur in præsenti Petrus & Cynus & Ioannes Faber inquit veriorem eum esse secundum doctores. & veriorem quoque esse affirmat Riminaldus in fine. Sed prior Azonis intellectus tenendus est.

9 Circa quem dubitat gl. magna in vers. quomodo hoc. quo pacto possit contingere, quòd hic actor iterũ agat, cùm actionem acceptilatione amiserit, & sine actione in iudicio stare minimè possit. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. Huic difficultati respondet gl. ideo hic actorem admissum, quoniam reus passus sit se conueniri. Et hunc intellectum approbant Bar. & antiquiores, teste Iassone nu. 10. Et ponit gloss. in hoc tres rationes, quas in superioribus ipse enumerauit.

10 Ex qua in versi. tertia. tu collige, quòd potest iudex ex officio suo repellere agentẽ in iudicio sine actione, parte etiã nil petente. & ad hoc gl. hanc notauit Bar. & omnes præsentes scriptores. ex quibus Paulus nu. 7. Alex. nu. 7. affirmant semper eam in hoc pro notabili allegari Cur. nu. 30. dicẽs gl. hanc reputari solennem ab omnibus. & est similis in l. si vnus. §. pactus ne peteret. in gl. in factis pactum. ff. de pact. quam ibi sequuntur Bart. nu. 20. Iass. nu. 45. Orose. nu. 55. alia in l. Offilius. in gl. suum. ff. de legat. 3. & hanc gl. sequũtur prẽter alios limõla in l. 4. §. hoc autem iudicium. col. 2. ff. de damn. infect. Ripa ibi nu. 51. Felin. dicens eam esse singularem in. c. exceptionem. col. 2. de exceptio. & multũ quos congerit Tyraquellus in. l. si vnquam. in gl. reuertatur. nu. 281. de reuoc. an. donat. Segura in l. si ex legati causa nu. 83. ff. de ver. obligat. vbi doctor Perez diligenter more suo allegat plures authores gloss. huius sententiam sequutos. testantur hanc gl. opinionem esse cõmuniter approbatã, eam sequuti Ripa in. l. 1. §. sublata. nu. 12. ff. ad Trebel. Francis. Balbus de prẽscrip. 1. part. q. 8. nu. 2. Bellon. lib. 2. supputat. c. 10. nu. 2. Marãt. de ordin. iudi. 4. part. diuisione 20. nu. 15. quæ

probari videtur l. regia. 5. tit. 7. lib. 1. fori.

11 Exemplum huius rei in eo proponi posset, qui agit actione reali ad rem prescriptã, nam si iudex cognoscat ex actis rem esse legitimè præscriptam, agentem repellet à iudicio, etiam altera parte nil opponente. Panor. in c. ad aures. nu. 4. Felin. ibi num. 3. de præscript. Balbus. vbi eum paulò ante allegasti. Beroius in rub. nu. 3. & iterum nu. 24. de præscript. idemque vno verbo Lancellotus Decius hic obseruauit. fi. col. quiin hoc allegat text. in l. si eũ. in prin. ff. si quis cautametsi contrarium fuisse iudicatum referat Cassaneus in consuet. Burgund. in rub. 13. §. 8. gl. 2. nu. 4. Angelus tamen de Perusio in præl. nu. 7. hoc intelligit, modò ad hanc repulsionem à limine iudicij altera pars iudicis officium implorauerit, nã cùm hoc respiciat priuatam vtilitatem, nó est quòd iudex impartiatur officium suum non requisitus l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & in hoc allegat Angel. text. cum gl. in l. fi. ff. de peti. hæredit. vbi iudex non supplet pro patre contra filium agentem sine actione, nisi à patre interpellatus. Sed videtur mihi dicere Angel. contra mẽtem huius glossæ, & eũ rectè arguit Alex. nu. 7. respondens l. fi. de peti. hæredit. quòd ibi actio filio competebat contra patrem, licèt exceptione impensarum in honorem filij ipsius factarum eludi posset. Neque obstat his tex. in §. hoc autem iudicium. quoniam hoc priuatim hic admittitur propter restitutionem iudicij, quod Alexander hic post Imolam rectè notauit, nam & propter honorem tribunalis, vtrò etiam prohibitos ad iudicium ire, repellet. l. quos prohibet. ff. de postulan d.

12 Poterit etiam procuratorem agentem sine mandato, etiam non requisitus repellere. ita enim voluit gloss. singul. in c. 1. §. sed si pars. verb. absentia. in fine. de electio. lib. 6. quam ibi sequuntur Ancharra. & Francus nu. 4. dicens quòd eam gloss. sequuntur doctores. Dominicus nu. 6. Lancellot. Decius in præl. col. penult. Bal. in l. licet. col. fi. versi. sed hic quæritur. de procur. Paulus ibi nu. 6. Iacobi. nu. 9. dicens gloss. illam esse communiter approbatam, & allegat alios, qui eam sequuntur. Rapa allegãs multos gl. illius opinionem probantes in l. 4. §. hoc autem nu. 48. de dam. infect. & tenuit etiam hanc opinionem ante gl. illam Innocent. ibi. Barba. in c. causam quæ vertitur. de iudici. col. 2. & ibi videtur text. pro hac opinione, quo probatur posse iudicem partes cogere, vteas solennitates adhibeant, quibus omissis, iudicium esset futurum nullum. & idem videtur probare tex. in c. 1. de procurat. & in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. 1. vt lit. pend. vbi eum notat Imola. sed iudicium earum cum procuratore carente mandato, est ipso iure nullum. l. licet. de procurat. 5. Et est pro hac opinione text. pulcher in l. filius familiãs. §. veterani. ff. de procurat. vbi impunè iudex ex officio suo repellit à iudicio militem aliena negocia procurantem, quoniam iure eis procurator esse non possit. l. militem. l. qui stipendia. de procur. 5. optima lex regia. 61. titul. 5. p. 3. Sunt tamen plures, quibus opinio illius gl. displiceat, existimantibus non posse iudicẽ nisi eius munus in hoc pars interpellauerit, procuratorem agentẽ repellere. & hanc opinionem visus est sentire Bart. in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infect. vbi eam sequitur Imola nu. 9. reprobans gl. in dicto. c. 1. licèt dicat eam esse singularem idẽ Imola in c. cùm in iure peritus. nu. 25. de off. de legat. & testatur esse contra gl. illam communem opinionem, eam sequutus Felin. in illo. c. causam quæ. col. 2. ante finẽ. Nec text. in c. causam quæ. gl opinionẽ probat, quoniã ibi si illis fratribus permitteretur iudicium ingredi sine authoritate & assensu sui episcopi, iudicium esset futurum nullum, ne igitur sit illud illusorium, contra. l. si prætor. ff. de iudi. iudex ex officio suo repellit agentes sine illa solennitate, sed iudicium factum cũ procuratore carente mandato, nó est ipso iure illusorium, quoniam sententia lata potest exequi contra ipsum procuratorem. l. Plautius. ff. de procura. l. debito. euict. pigno. non deb. l. unde bitum.

ff. rem

ff.rérat. hab. Ex quo illud infertur opinioni gl. locum ſupereſſe in caſibus, in quibus ſententia lata non poteſt executioni mandari contra ipſum procuratorem, qui notantur per Bar. & alios in l. licet ¶. de procurat. Sed neque gl. opinioni ſuffragatur tex. in illo. §. veterani. quoniam iudex ibi repellit militem propter publicam vtilitatem, ne ille fori negocijs impeditus, armorũ vſum dediſcat. l. milites. ¶. locat. l. fi. in prin. de iur. deliber.

13 Quare cùm & in rerum ſpiritualium adminiſtratione publica vtilitas eluceat. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. atque in his plurimum iudicis officium exuberet. c. cũ vobis. de electio. in his poterit iudex agentem ſine mandato vltrò repellere. c. innotuit. de elect. & in hoc caſu gl. illam nonnulli intellexere, ſed illa in omnibus caſibus loquitur generaliter, & vera quidem eſt, & vſu apud nos approbata. Ad cognoſcendam ſanè teſtis conditionem iudex etiam non requiſitus officium ſuum rectè impartietur. quod gloſſ. ſingularis obſeruauit in l. 1. §. ſi præſes. in gl. de nominibus. ff. de magiſt. conuenie. quam dicit eſſe notabilem eam ſequutus Roman. in rub. ff. de arbit. nu. 27. quoniam cùm fidem teſtium in iudicis arbitriũ leges repoſuerint. l. 3. §. 1. ff. de teſti. quo arbitrium hoc rectè iudex moderetur, poterit teſtis conditionem exquirere. Poterit præterea iudex ex ratione huius gloſſ. agentem in iudicio, vt declaret quo nomine ille agat. ita enim voluit eleganter Innocentius in. c. cùm olim. nu. 1. de teſtib.

14 Sed illud quęſierim, an cùm hoc iudici liceat, vt poſsit etiam ex officio ſuo repellere agẽtem ſine actione, ita iudex hoc ſemper facere debeat, vt ſi ſecus fecerit, obnoxius ſuperſit parti in ſyndicatu? Et Paulus de Caſtro in præl. nu. 7. dicens hoc per doctores non fuiſſe tactum in eam ſentẽtiam inclinat, vt minimè iudex ad hoc teneatur, licèt id quidem facere poſsit. arg. tex. vulg. in. l. non quicquid. ff. de iudici. l. 1. quo. & quando iud. & Paulo quoq; Curtius ſubſcribit in his quę adiecit ad ipſum Paulum. & idem videtur placuiſſe Alexand. nu. 7. & communem eſſe hanc Pauli opinionẽ affirmat eam ſequutus Niconitius alleg. 33. nu. 43. tametſi laſſ. nu. 19. contrarium videatur, ſequutuſq; idẽ inquit Bar. ſentire.

15 Sed ſi iudex ad iudicium eum admittat, qui nulla actione acceſsit ad iudicium, & ſententiã protulerit, an illa ſit nulla ipſo iure videamus. Et videtur ſententiam hanc ipſo iure conſiſtere, quoniam ſolùm videtur lata cõtra ius litigatoris. l. 1. §. item cùm contra. ff. quæ ſent. ſine app. reſ. l. 2. ¶. quãdo prouo. non eſt neceſ. c. cùm inter. de re iudic. & hanc opinionem tenet Alexa. in. l. ſi Titius. nu. 3. ff. de ver. oblig. Antonius Capit. deciſ. 1. num. 16. quæ probari videtur ex tex. eleganti in. l. cum putaré. ff. fam. erciſ. Sed meliùs id videtur probare tex. optimus in. l. poſthumus §. ſi quis ex his. ff. de inoff. teſt. vbi is qui nullo iure ad querelã admitti potuit, egit tamen nullam actionem habens querelã inofficioſi teſtamenti in qua obtinuit, cùm nemo eum repulerit, & ex ea hæreditas delata fuit legitimis hæredibus, valuit igitur ſententia.

16 Eſt ſanè caſus ille indifficilis, vt ſpiritu rationis eum carere dixerit Bald. in. l. fi. nu. 13. de fideicommiſſ. libert. & eum text. velut ſingularem notarunt Roman. ſing. 253. Corſetus verb. ſententia. Et cùm nemo ad huc iudicio meo verum legis illius intellectum aperuerit, exiſtimo ipſe tolerabilem eſſe intellectum Bal. in illa. l. fi. vt opinemur eum qui egit querela inofficioſi teſtamenti in ſpecie illius. l. egiſſe tanquam ſi querelam haberet. Fuit enim ille fortè frater defuncti vterinus, qui egit inſtituta turpi perſona, cùm tamen reuerà in hac ſpecie, querela ex iuris regulis illi minimè cõpeteret. l. fratris. infra. de inoff. teſt. cum ſimil. cùm itaque à principio non conſtaret de inepti tudine libelli, ſententia lata fuit, qua ruptũ teſtamentum fuit. & hunc intellectum ſequuntur ad tex. illum idem Bal. in. l. fratris. de inoff. teſta. idem Bal. in. l. certa ratione. nu. 6. quando prouoc. nõ eſt neceſ. Barbat. in. c. examinata. nu. 16. de iudic. Zaſius in

l. sæpè. nu. 91. ff. de re iudicat. Sed lata sententia contra testamentum ibi, quo pacto prodesse potuit illis, qui iudicio illi non interfuerunt. Sicuti enim sententia ibi pro testamento lata, illis minimè noceret, ita nec contra testamentum lata illis esset profutura. Et cùm grauissima hæc etiam difficultas visa semper fuerit, hactenus placuit frequentioribus is intellectus, quòd quando aliquis non petit quicquã à iudice sibi dari, sed vt iudex aliquid faciat vel declaret, sententia pro hoc lata omnibus, quos causa illa contingit, erit profutura. ita enim text. illum interpretatur Innocent. in. c. in nostra. nu. 8. de procur. idem Innocent. in c. super his. nu. 2. de accusat. & hunc intellectum probauit Bart. in proprio loco, qui Innocent. non est oblitus. Angel. ibi nu. 2. Paul. de Castro nu. 3. communem esse testatur Curtius ibi nu. 2. dicens difficile posse sustineri illam decisionẽ iurisconsulti. Bal. in. l. 2. 8. oppos. quib. res iud. non. Alexand. in illa. l. sæpe. nu. 31. & testatur hunc esse cõmunem intellectũ Ioannes Oroscius eum sequutus in. l. si vnus. §. ante omnia. nu. 5. ff. de pact. & videntur quidem Innocentius ac cæteri, quos paulò antè allegaui, intelligere eum tex. non solùm in sententia querelæ, sed generaliter in omnibus sententijs rescisorijs. & ita etiam eum text. intellexit Albericus in. l. ingenuum. num. 6. ff. de statu homin.

17 Sed licèt text. in illo. §. si quis ex his. admittat propter iudicij authoritatem testamentum rumpi per eum, qui sine actione egit in iudicio, minimè procederet in bonorum possessione contra tabulas. ex tex. eleganti in. l. filium. vers. si quis contra. ff. de legat. præstand. vbi eum tex. notat Bar. ad tex. in. §. si quis ex his. & idem quoque voluit Bal. in illa. l. fi. de fidecom. libert. Alexand. in illa. l. sæpè allegans alios. Iaſſ. in rubr. vnde liber. col. 2. mirabile mque esse hanc declarationem ad tex. in §. si quis ex his. existimat Roman. in. l. si Titius. nu. 10. ff. de ver. oblig. qui eam minimè probat, qui tamen ei consenserat in illo. §. si quis ex his. vers. nota ex eo. Sed iudicio meo vera est, & communis, quoniam edictum bonorũ possessionis contra tabulas nemo alteri cõmunicat, nisi is verè id habeat ex persona sua. l. si post mortem. vers. ex hęredati. ff. de bonor. poss. contra tabul.

18 Sed neque procederet tex. in. §. si quis ex his. in sententia falsitatis lata contra testamentum. quod eleganter Bald. notauit ex sententia Iacobi Butricarij in. l. fi. col. fi. ver. quæro ergo. de peti. hæred. j.

19 Repellit præterea iudex ex officij sui munere quemcũq;, qui in iudicio calumniatur. gl. notabilis in. l. qui cùm maior. §. si patris. verb. vel calũniosam. ff. de boni. libert. Bal. in. l. 1. num. 11. quo. & quando iudex. & addit his plura Ripa in illo. §. hoc autem iudicium. nu. 52. & præter eum dicunt gl. illam esse singularem Imola in. l. penult. §. ad crimen. num. 21. ff. de pub. iud. Iaſſ. in l. 1. nu. 4. ff. de off. assess. Purpur. ibi nu. 115.

20 Limitari tamen oportet gl. hanc, vt non habeat locum, si nata quidem actio sit, licèt eius dies nondum cesserit, putà in eo cui aliquid ad diem certum promissum est: licèt enim malè agat, quoniam ante diem agit. l. 1. in fine. ff. quando dies vsusfruct. legat. cedat, si pars non opponat, non licebit iudici agentem vltrò repellere. §. appellantur. vers. i. temporales. de except. Instit. & ita tenuit eleganter Bart. in l. eũ qui ita §. qui ita. nu. 5. ff. de ver. obligat. vbi eius opinionem affirmant esse veriorem, eam sequuti Alexan. nu. 12. Iaſſ. nu 15. atque hi duo ita nominatim dicũt esse limitandam opinionem gloss. nostræ. Et tametsi sententiæ Bar. aduersentur Cumanus. item Angelus in. l. vnica. de condict. ex. l. idem Angel. in. l. exceptionem. nu. 2. de probat. j. idem Angelus in. l. quod si in diem. in princ. nu. 2. ff. de peti. hæred. Fulgos. nu. 20. Roman. nu. 25. Areti. num. 16. in. l. lecta. ff. si cer. pet. firmat tamen eandem sententiam Bart. in. l. ita stipulatus. nu. 40. ff. de ver. oblig. vbi eandem opinionem sequuntur Areti. nu. 16. Ripa nu. 86. idem Bart. in. l. lecta. nu. 21. ff. si cert. pet. vbi Iaſſ. nu. 22. testatur communem

munem esse Bart. opinio. eam sequutus cõ munem esse affirmat Purpuratus nu. 75. se quuntur hanc Bart. doctrinam permulti, & eos referens Antonius Gomecius lib. 2. variar. resolut. c. 11. num. 25. Condemnabit itaque in hac specie iudex reuera nil excipientem, vt tempore aduenient actori petita persoluat.

21 Ineptum quoque libellum iudex etiam non interpellatus longè repellet, imò dentibus quoque eum lacerabit. ita enim voluit gl. in l. 1. in gl. libellis. de off. asse. ff. quã ibi notat in hoc Bar. nu. 2. Alber. nu. 1. Angel. nu. 1. Iaff. nu. 4. Orosc nu. 4. Purpur. nu. 110. & sensit idem gl. fi. in l. fi. j. vt nemo priuat. quam ibi sequitur Bart. 3. notab. Bal. in vltimo nota. gl. in. l. 1 in gl. nec temere. ff. si mens. fal. mod. dixe. & idem quoque voluit gl. in. c. sacerdotibus. verb. incendit. 11. q. 1. Innocentius in. c. 1. de offi. vicar. Bar. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. num. 20. ff. de pact. & multi alij passim. Item si libellus sit conceptus contra consuetudinem iudicij. gl in. l. de quibus. verb. inueterata. & in. l. diuturna. ff. de legi. pro quibus est text. in. l. fi. j. de iniur.

22 In eadem glos. ibi, alij vt Albertus. Hæc opinio relata in glossa, quòd hic actio suscitatur in odium repetentis pecuniam datam, ac pœnam, ac proinde volentis rumpere trãsactionem, est communiter reprobata secundum Alexand. nu. 9. quoniam hic legitimè vtrumque petit, cùm id faciat legis authoritate, neque vult hic rescindere transactionem, sed potiùs seruari eam.

23 In glo. ibi tertij dicunt. Hęc etiam communiter reprehenditur teste Alexand. nu. 10. quoniam hic non posit suscitari actio semel extincta. l. qui res. §. aream. ff. de solu. Neque obstant. l. 1. & 2. si aduer. transact. quoniam ibi actio suscitatur facto atque ministerio prætoris minorẽ aduersus transactionem restituentis, quare omnia oportuit in pristinum statum reponi. l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minor.

In glos. ibi quarti dicunt. Hãc etiam cõmuniter reprehendi, idem Alexan. author est, quoniam videatur text. hic supponere, quòd agatur hic per actorem antequam reus condictione sine causa possit se reponere in pristinã obligationem, in eadem gl. ibi alij dicunt de facto agi. Hanc intelligentiam sequuntur Petrus Cynus atque Fulg. & esse satis tolerabilem affirmat Paulus de Castro nu. 6. namque interdum quis de facto agit. l. nuda. de contrah. & commit. stipulat. l. si Titius. ff. de verb. oblig. quæ duo iura. glos. hîc allegauit, sed nil ad rẽ, quoniã ibi, & si agebatur de facto, sperabatur tamẽ ex ipsa litis contestatione actionem oriendam fuisse. melior text. est in. l. Iulianus. §. fi. vers. quantum. ff. ad exhiben. quem hic Petrus primus omniũ allegauit. Sed illi. l. Bar. respondet nu. 8. volẽte reo, egisse sine actione actorem ibi, vel ibi agere actorem sine actione, quoniam eam amisit propter moram rei in exhibenda repetitæ, qui intellectus Saliceti in præs. est. quem & Alex. Saliceti immemor refert, & veriorem esse affirmat Iaff. nu. 19. Sed quancunque tu sententiam teneas, vera est opinio Azonis, quòd actor hic repellatur ab agendo non propolita aliqua exceptione, sed ab ipso iudice, quoniam ageret ille sine actione.

24 Sed contra text. hunc, imò quòd actum de facto non faciat pœnam committi, allego text. in. l. ea quidem. si mancip. ita fuerit alien. Gl. mouet hanc difficultatem, & rectiùs eam soluit Bart. in fine dicens, quòd cum dubitatur, an fuerit actum inter partes, vt neque ex facto ageretur, & agitur cũ incommodo aduersarij, tunc pœna committitur vt hic: aut agitur sine incommodo, & non committitur, vt in. l. contraria, quòd si stipulatio sit iuris, nõ nisi qui agit de iure eam committit. l. stipulatio ista. §. quæsitum. ff. de ver. obliga. quam hîc allegat in fine.

25 Quærit deinde Bartol. nu. 13. quæ remedia habeat reus contra actorem contrauenientem transactioni. Et ex varijs legibus pulchra remedia Bartol. profert. Ex quo tu subinde notabis, quòd adiecta in trãsactione clausula, rato manente pacto, licet agẽti

contra

contra transactionē obstet ipsa transactio nis exceptio, vt stare illi compellatur, item pœna promissa ab eo exigi possit: data tamen non repetuntur, quoniam datorum repetitio, transactionem ipsam dissoluit. At verò clausula, rato manente pacto, eò tendit, vt transactionem confirmet. Hanc Bart. doctrinam. & Iaſſ. in præſen. probauit nu. 21. & eam in causa ingētis pecuniæ aduocatus quidam rectè allegabat, Sed ego & falsam esse apud eum aduocatum pluribus contendi, nec oportere iuxta eam pronuntiari. Mouet me, quòd generaliter videam doctores propè omnes hāc causam tractantes, paria esse existimare, quòd iuramentum accesserit transactioni, vel quòd addita illi sit clausula, rato manente pacto. Sed in transactione iurata nemo dubitat, data quoque actori repeti. l. si quis maior, quam statim interpretabimur, ergo idem in clausula, rato manente pacto, dicendū est. Præterea etiam, si data repetātur, actor cogetur stare transactioni, ergo non rumpit clausula hęc datorum repetitione transactionem, sed maiori pœna eam cōseruat, Existimo ergo Bar. opinionem falsam esse.

Summa rerum. L. Si quis maior.

1 Declaratur tex. in l. 2. de reb. credit. & iureiur.
2 Parcitur vouēti celare iracūdiæ, si votū nō seruet
3 Text. hic an in minore iurante locum habeat.
4 Materia iuramenti est fauorabilis, & extendēda.
5 Et quid sit dicendum in minore, qui veniam etatis impetrauit.
6 Legitimā etatē nō habet, qui veniam impetrauit.
7 Vniuersitas, Respublica, vel Collegium, an ligentur hac. l.
8 Et quid in fœmina iurante dicendum sit.
9 Et in rustico.
10 Rustici excusatur ab vsuræ præsumptione.
11 Declaratur tex. in l. amplius nō peti. ff. rē ra. ha.
12 Declaratur text. in l. qui cùm natu maior. §. accusasse. ff. de bon. libert.
13 Ex sola iudicis interpellatione, an committatur in pœnas huius l.
14 Prima iudicis interpellatio, an sit actus extrauidicialis.
15 Declaratur text. in l. libertus. ff. de in ius vocan.
16 Sola supplicatio an sat sit, vt in pœnas huius l. committatur.
17 Periurus an sit infamis, & declaratur text. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam.
18 Scholasticus qui iurauit parere rectori, si contrafaciat, an sit infamis.
19 Qui rem præteritam falso iuramēto affirmauit, an sit infamis.
20 Iuramentū in teste, an Iureconsulti cognouerint.
21 Pœne huius l. an ipso iure committantur.
22 Accedente iuramento obligationi, impeditur mora purgatio.
23 Et an id generaliter verū sit extra speciē huius l.
24 Sed id in duobus dunt axat pœnis huius l. esse accipiendum.
25 Iure Canonico, an admittatur purgatio iuratæ obligationis.
26 Iure Canonico non committitur pœna in solidū, sed pro parte.
27 Si minor iuret transactionem, & maior factus illi contraueniat, an committat in hanc l.
28 L. hanc, solum esse accipiendam in transactione sponte facta.
29 Et an id sit accipiendum in statuto compellente compromittere, sed non iurare.
30 Si partes non iurent compromissum, etiam si adsit cōsuetudo iurandi, non cōmittitur in hāc. l.
31 Et necesse est, vt per Deum, vel per Principem, transactio iuretur.
32 Sed quid, si sub alia forma iuratum sit.
33 Pœna periurij comprehendit violatorem fidei præstitæ.
34 Et quid si trāsactionis obseruatio affirmetur illa iuramēti forma, A fe de caualiero, ò de bidalgo
35 In dubio autem fidem Christi, non humanam videtur quis interponere.
36 Et quid si homagio-Hispanie trāsactio firmata sit
37 Et quid, si in verbis quis promittat obseruare transactionem.
38 Et quid, si per Principis salutem.
39 Et quid, si per sanctorum aliquem iuratum sit.
40 Vel per sancta Dei Euangelia.
41 Dolū interuenire oportet, vt in hāc. l. cōmittatur
42 Quelibet causa, etiam iniusta, excusat à dolo.
43 Qui iudice auctore contractum non seruat, in hanc l. non committit.
44 Habet locum text. hic non solum in transactione, sed in quocunque contractu.
45 Emphyteota Ecclesiæ qui iurauit soluere pensionē, expellitur si nō soluat biēnio nō expectato.
46 Iudex malè se gerens in officio, incidit in pœnas hac l. statutas.
47 Venditor non tenetur ad euictionem, si emptor pretium iuratum non annumerauit.
48 Ad compromissum quoque. l. hanc pertinere.
49 Item habet locū hac. l. tam in reo, quàm in actore.
50 Et an habeat locū tex. hic, in herede transigētis.
51 Hæres iurantis nō est periurus, si fidē nō seruet.
52 Etiā si transigēs heredes quoq; suos obligauerit

53 Habet autem locum hæc lex, etiam in fauorem heredis eius, cui iuramentum præstitum fuit.
54 Et an habeat locum tex. hic in singulari successore.
55 Et quid si quis facultatem impetret à papa, vt possit contrauenire transactioni.
56 Et an in foro, quod conscientiæ appellant, procedat tex. hic.
57 Pœna legalis an debeatur in conscientia.
58 Hæreticus an ante condemnationem possit bona retinere.
59 Pœnam conuentionalem an non exactus quis solucre teneatur.
60 Et quid in specie huius l. dicendum sit.
61 l. hanc. ex partium conuentione cessare.
62 Vel etiam si qui petit pœnarum commissionem ipse partes suas non impleuerit.
63 Et oportere liquidissimè constare eũ impleuisse.
64 Vel nisi contrauentio probata sit.
65 Ad exigẽdas pœnas legales oportere adesse probationes liquidissimas.
66 Recipiens aliquid à violatore iuratæ transactionis, videtur beneficio huius l. renuntiare.
67 Quod eleganti exemplo confirmatur.
68 Dominus emphiteoseos aliquid recipiens ab emphiteota videtur commisso renuntiare.
69 Iuramentum habet paratam executionem.
70 Item depositum.
71 Facta confessione an sit opus sententia.
72 Ex iuramẽto sine stipulatione an actio oriatur.
73 Declaratur tex. in auth. sacramenta puberum. si aduer. vendit.
74 Iurecanonico an ex iuramento actio oriatur.
75 Et an iure nostro.
76 Periurus an generaliter à iudicij limine repellatur.

¶ L. Si quis maior.

BArt. in præsenti adfirmat singularem esse l. hanc. Sed et cæteri scribentes maximè eã cõmendarunt, quæ cũ pluribus constet particulis, non diuiditur communiter. Ex qua tu collige summatim, quòd contraueniens transactioni iuratę per Deũ vel per Principẽ infamia notatur, accepta restituit, pœnam soluit, actione remanet priuatus. Addit optima l. Hispaniæ, hunc amissione quoque bonorum omniũ mulctari, qui iuramentum cuicunque contractui adiectũ violauerit. Quę omnia in honorem atque reuerentiam iuramenti sunt hac l. introducta, cuius Christi omnes studiosos oportet esse obseruantissimos, nam & exterę quoque gentes maximi iuramenti religionem fecerũt. Nam & Cic. inquit, lib. 3. officio. ad finem. Iuramentum est affirmatio religiosa, quod seruãdũ est, quasi Deo teste promiseris, nec maius vinculum ad astringendum fidem iureiurando maiores, nec arctius esse voluerunt. Ex Plutarcho quoque didici in problematibus. tanta ciues Romanos reuerentia iuramenti religionem coluisse, vt nobilibus solùm atque ingenuis hominibus id deferrent: seruis nanque ac extremæ notæ hominibus iuramenti loco quæstiones atque torimenta inferebantur, vt ab eis veritas extorqueretur. De iuramenti autem religione, cùm permulti plura notauerint, omnibus tamen & sanctiùs, & disertiùs videtur mihi id pertractasse dominus Bernardinus Sãdoualius scholasticus Toletanus, vir et iuris vtriusque atque sacrarũ literarum cognitione clarissimus, & omniũ virtutum genere spectatissimus, in libello pauperum incarceratorum. c. 8.

1 Sed videtur iuramenti violationem soli Deò committẽdam esse, neque legibus puniri oportere. l. 2. ¶. de reb. credit. & iur. vbi iurisiurandi contempta religio solum Deum habet vltorem, nam sufficit peierãti periurij pœna l. nam sufficit. ff. de dol. mal. quid est igitur quòd tam seuerè hic punitur peierator? Difficultatẽ hãc, quod ipse sciam, tangit nemo in præsenti, præter gl. fi. quę eam mouet dũtaxat. Quare Bar. in l. cõtraria. 3. oppositione soluit hanc difficultatem, dicens, quòd ibi loquitur in iuramento litis decisorio, hic verò. l. agit de iuramento promissorio adiecto contractui. atque hic Bart. intellectus Bald. ibi. non displicet. col. 1. vers. octauo. estque. l. regia probatus. 26. titu. 11. part. 3. Sed minimè hæc solutio tollit difficultatem: quoniam seuerius puniri debet contempta religio in iudicio, quàm extra iudicium, nam & authoritas iudicantis periurio offensa videtur. c. 1. de crimi. fal. nam & mendaciũ

dictum extra iudicium ex leuitate materie veniali solùm reatu prendit mentientē, & tamen si in iudicio proferatur in materia etiam leuissima, capitale vitium induxit, quoniā contempta iudicantis authoritas videatur. quod Caietanus notauit ad Thomam. 2.2.q.69. art. 2. tametsi id non placeat Dominico Soto. de iusti. & iur. lib. 5. quæst. 6. art. 1. col. 4. vers. Per contraris hic. Præterea contra Bart. est tex. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. 2. ff. de iure. Quare glo. i. in illa. l. 2. soluit hanc difficultatem, dicens. l. illam esse accipiendam, quando iuraret quis id, cuius trāsgressio proximū non læderet, vt si iuramento adfirmet carnes se minimè comesurum, sed in præsenti transgressio iuramenti rem familiarem proximi offendebat. & hunc intellectum frequentiores ibi probasse mihi videntur. & eum quoque tenuit glo. in. c. quicunq; verb. recipiatur. 6. q. 1. & hunc esse cōmunē eius. l. intellectum adfirmant Iason in illo §. si quis iurauerit. 2. nu. 2. August. Beroius eum sequutus. quæst. 134. nu. 9. & testatur hanc esse cōmunem opinionem Cassan. in cons. Burg. rub. 10. §. 12. glo. 5. nu. 22. cōmunem adfirmat Nonius de Auendaño. de exeq. mād. re. c. 27. nu. 8. Tertius intellectus illius est, vt loquatur in iuramento facto calore iracundiæ, namque huius vltio (tanta est humanæ cōditionis infirmitas) soli Deo committenda est. Hūc intellectum tradit glo. fi. ibi. ita quoque concilians eam legē cum. l. si duo patroni. §. fi. ff. de iureiur. & eum intellectū probauit etiam ibi Alber. & alij. & eum quoque sequuntur Ioan. de Selua. de iureiur. 4. part. q. 7. nu. 10. Anton. Corsetus in repet. rub. de iureiur. nu. 65. cui intellectui plurimùm

2 suffragatur tex. in. l. alienā. j. ad. l. Iul. maie. & tex. in. c. sicut ex literis. de iureiur. Et vouenti quoque aliquid calore iracūdiæ parcitur, & si votum non seruet. glo. singula. in. c. dudum. in verb. calore iracundiæ. de conuer. coniugat. quam ibi sequūtur Antonius. nu. 25. Panor. nu. 8. Vitalis de Cāp. in tract. claus. c. de absolutione iuramenti. nu. 5. Marcus Anto. de viri. iur. nu. 145. dicens glo. illam esse singularem. Iason. in. l. si filiam. nu. 4. de inoffi. testa. j. dicens glo. illam reputari singularem. addit tamen ille similem in. c. sunt qui opes. in parte, non iudicio. 17. q. 4. Decius in. l. quicquid calore. nu. 2. ff. de regu. iur. dicens, eam glo. esse notabilē. Romanus singu. 508. dicens singu. esse glo. illam. Ludouicus Montaltus. de reprobatione sententiæ Pilati. arti. 4. nu. 26. qui addit glo. in. c. neque viduas. verb. 17. q. 1. quę id minimè dicit. Fel. in. c. Matheus. nu. 2. de simo. quibus addenda sunt quæ hac in re scripsere Syluester. verb. votum. 2. nu. 13. Dominicus de Soto. de iust. & iur. lib. 7. q. 1. art. 2. col. 4. vers. colligamus ergo.

Quartus intellectus. text. in illa. l. 2. de rebus credit. est, vt etiam si ibi dicatur iurisiurandi contemptam religionem satis habere Deum vltorē, non tamen negari, quin pœnis quoque tēporalibus iudices id crimen persequantur. Qui intellectus tolerabilis quidem est, fuitque episcopi Segobiēsis in. c. 2. de pact. lib. 6. 1. part. §. 7. nu. 2. qui quintū ad eam. l. proponit intellectū, quasi velit Imperator ibi rationē reddere, qua reperiuria pœna grauissima, hoc est capitis non coerceantur, quoniam videlicet grauissima illis immineat diuini numinis vltio. Sunt tamen qui existiment in specie illius. l. esse iudicem periurum punire pœna extraordinaria, ita enim voluit Ange. in auth. scenicas non solen. in princ. coll. 5. Marcus, Anto. de viri. iur. nu. 123.

3 Sed in minore iurāte transactionē an habeat locū hæc. l. Et videtur nō habere, cùm de maiori agat expressim, videtur igitur minorem excluisse. vulg. l. cum prætor. ff. de iud. Gl. 1. mouet hanc difficultatem, & glo. mens non vno modo accipitur à doctoribus. Salic. enim col. 2. arbitratur glo. in. l. de commissione pœnarum. de quibus agitur in hac l. determinasse. Thomas Parpal. existimat glo. determinare minorem minimè teneri pœna, de qua agitur in hac l. Sed reuera, gl. animus hic fuit. vt tex. hic habeat locū etiam in minore iurāte trans-

actionem per tex. in auth. sacramenta puberum. si aduer. vendit. vbi eorum iuramẽta, qui minores sunt, ad vnguem quidem seruantur. & hanc opinionẽ tenuit Petrus quem Bald. retulit. q. 1. & secundum eam consuluit Marianus Soci. consi. 32. nu. 16. volu. 3. Iacobus verò Butricarius hic distinxit, nam si minor iuret se aduersus transactionem non esse venturum ratione minoris ætatis, nec alia, non posse eum contrauenire, quòd si ratione minoris ætatis duntaxat iurauerit se non contraventurũ, nõ committere eum in pœnas huius legis. Et hanc distinctionem videtur etiam sequutus hic Alberi. nu. 4. qui eam refert ex Ricardo Malumbre. Bart. verò nu. 1. indistincte profitetur pœnas huius l. in minoribus locum non habere. Et mouetur ille, quoniam minor iurans, interpretatione quadam iuris maior esse censetur: hæc autem interpretatio ad hanc cõstitutionem nõ pertinet, quę in eo, qui verè maior est, est accipienda. argum. tex. in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. Hanc Bart. opinionem sequuntur in præsenti Bald. 1. q. Angel. nu. 2. Fulgo. nu. 2 Salice. & Pau. & qui hos refert Alexand. qui nu. 10. in fine. testatur glo. opinionem esse cõmuniter approbatur. testantur esse cõmunem eam sequuti Ias. nu. 29, Claudius nu. 29, Curtius senior nu. 55. & eam tenet Iacob. nu. 4. communem esse præterea testantur Alciat. nu. 9. Thomas Parpal. nu. 5. Curtius Iunior. nu. 3. Cagno. nu. 20. & eam neminem allegãs sequitur Marcus Mantua. col. 1. testatur esse cõmunem eam sequutus Decius consi. 258. nu. 1. & est opinio hæc cùm verissima, tùm receptissima.

Pro qua allegat Fulgo. tex. in l. fi. de his qui veniã ætat. impetra. vbi ætas cuiusque ea esse intelligitur, quæ naturaliter illi ineſt, non quæ per legis interpretationem.

4 Sed huic tam receptæ sententiæ illud videtur obstare, quòd quando agimus de obseruantia iuramenti, materia dicitur fauorabilis, ac proinde extendenda. quod satis significat glo. contractibus, in auth. sacramenta puberum. §. si aduer. vendit. vbi glo. text. illum exorbitantem agentem in causa contractuum, ad quasi contractus atque contractus etiam improprios producit, quare expressiùs Bart. ibi. proposuit hanc doctrinam. nu. 19. Et tametsi Cinus ibi. 13. quæst. contendat illam dispositionem esse odiosam, ac proinde restringẽdã, Bart. doctrinã sequuntur oẽs ibi. secundũ Ias. nu. 72. Curtium. nu. 47. Ioan. Igneum. nu. 63. Et illam Bart. decisionem præter ordinarios ibi sequuntur Anto. de But. in c. fi. nu. 58. vers. prædicta confirmat. de consue. Ancha. & Imol. in c. 2. de pact. in 6. Dominicus in c. 1. nu. 9. de tempo. ordinã. lib. 6. Alexã. in l. qui iurasse. in prin. nu. 1. vers. accedit quia ratio. ff. de iureiur. qui neminem allegat, testatur esse communẽ Bart. doctrinam Nonius de Auendaño. de exeque. mand. reg. c. 27. nu. 13. quoniam Bart. in quit, licèt dispositio illius text. damnosa sit rei familiari ipsorum minorum, cũ agatur hic de animę fauore, qui versatur in iuramenti obseruatione, oportet iam iudicare dispositionem esse fauorabilem, quoniã animę causa cunctis rebus sit præferenda. l. sancimus. de sacros. eccl. Sed huic difficultati respõdent Riminal. Aret. Curt. Iunior & recentiores, eam considerationem non habere locum in dispositionibus legũ pœnalibus, qualis hæc esse videtur, obseruabit igitur minor hic iuramentum quod præstitit, sed in pœnas non cõmittet, quæ hac l. contrauenienti imponuntur.

5 Hanc communem opinionem limitat Lancel. Decius in præsenti, vt non procedat in minore, qui veniam ætatis impetrauit: hic enim cùm exorata à principe venia maior reputetur, neque in integrum restitui iam possit. l. 1. l. omnes. de his qui veni. ætat. impetra. si iuret transactionẽ & eã nõ seruet, tenebitur pœnis huius legis. Sed hæc opinio falsa esse mihi videtur, cùm impetrata venia non faciat impetrantem verè maiorem esse, quod in hac specie est necessarium, sed quoad negocia solùm, & iudicia impetranti auferat in integrum resti-

tutionē,imo verò quotieſcūque legitima ætas in homine requiritur, maior ætas eſt neceſſaria,quæ viginūquinque annis perfi citur,nec ea ſatis eſt,quæ per interpretatio nem adeſt ex venię impetratione. l. fi. de his qui veni.ætat.impetraue. Sed ſi vnquā matura hæc ætas atque completa eſt neceſſaria,id eſt in præſenti ſpecie,in qua agitur de re grauiſſima,atque animæ periculo.Sed neque venię impetratio pro negocijs omnibus ſupplet maiorem ætatem namque poſt veniam quoque impetratā non licet impetranti impunè alienare res immobiles ſine decreto. l. eos qui. de his
6 qui veniā ætat.impetra. Præterea cùm legitima ætas ſit neceſſaria ad rempublicā adminiſtrandam l. ad rempublicam. ff. de mu. & honor. non ſatis erit, vt quis legitimę ætatis eſſe cenſeatur, ſi veniam minor annis vigintiquinque impetraſſet. glo. ſin gul. in. l. fin glo. annum, qui ætat. ſe excuſ. lib. 10. Exiſtimo ergo eum qui maior annis vigintiquinque non ſit, non committere in pœnas huius. l. etiam ſi veniam ætatis impetraſſet. atque hanc opinionem Alciatus quoque probauit. item Cagnol. nu. 25. Exiſtimo præterea quòd etiam ante ſtatuto, vt minor vigintiquinque annis poſſit cōtrahere ſicut maior, adhuc minorē hac lege non comprehendi, licèt contrarium Corneus hic ſenſerit. nu. 1. Bologn. nu. 37.

7 Cùm autem minor vigintiquinque annis pœnis huius. l. non teneatur, videtur rempublicam collegium vel vniuerſitatem tranſactionem iurantes in pœnas huius legis non committere, cùm & iure minoris ſungatur. l. rempublicam. de iure reipubl. lib. vlt. & publica. ex qui. cauſ. maior. Præterea peiurij pœna ad has vniuerſitates non pertinet. cùm nec excommunicatio in illas ferri poſſit. c. Romana. § in vniuerſitatem. de ſenten. excommu. lib. 6. Et hanc opinionem videtur tenere Bald. in. l. generaliter. in princip. de reb. credit. & iureiuran. & eam ſequuntur Claudius in præſent. num. 3. Thomas Parpal. num. 83. qui multis eam inſtruit fundamentis Alciatus colum. 4. & teſtatur eſſe communem eam ſequutus Alciat. reſponſo. 4. nume. 10. cui non leuia argumenta præſtat elegans Romani conſilium. 400. quæritur an ſtatutum. Tametſi contrariam opinionem ſequantur Iaſ. in præſen. num. 8. Cagnol. num. 13. Nonius de Auendaño de exequ. mand. reg. cap. 27. nu. 12. Mihi verò ea opinio magis ſemper placuit, vt reſpectu perſonarum collegij vel ciuitatis, quæ tranſactionem ipſam iurauerunt, vera ſit hæc poſterior opinio: cur enim ad eas conſtitutionem hanc non producamus? Reſpectu verò earum perſonarum quæ contractum non iurauerunt, nil eſt cur collegium vel vniuerſitatem ad pœnas in hac. l. contentas condemnemus. atque hæc opinio Curtij Iunioris eſt in præſenti. num. 3. quam etiam ſequitur Bolognetus. num. 20.

8 Sed in fœmina tranſactionem iurante an habeat locum hæc lex. Et refert quidē Curtius Senior. num. 7. Fulgo. dicentem doctores communiter tenere, vt tex. hic in fœmina locum minimè habeat. Sed ipſe hoc apud Fulgoſium inuenire nō potuit. Imò Fulgoſius ipſe. num. 7. aſſeuerat mulierem iurantem tranſactionem teneri pœnis hac l. cōtentis. quoniam verbum hoc ſi quis, fœminas etiam complectatur. l. 1. ff. de verb. ſignif. cum aliis. & quoniam odium huius legis rationabile quidem ſit, quare ad fœminas eā pertinere. l. ſi quis
9 id quod. ff. de iurid. om. iudi. & quoniam quando termino huic, ſi quis, adijcitur alius terminus comitiſſimus, puta homo, vel maior, fœminam etiam comprehendit. Barto. in illa. l. 1. ff. de verb. ſignif. nu. 2. & in l. ſi in prin. ff. de pecul. num. 24. & quoniā mulieri contrahenti, vel delinquenti non ſubuenitur, niſi in caſibus in iure expreſſis. l. fi. de iur. & fact. igno. ſup. & hanc Fulgoſij opinionem ſequuntur Iaſ. nume. 6. Curtius Senior. num. 14. referens ita tenere Antonium ab Alexandro. Iacobi. num. 2. Marcus Mantua. col. 1. communem eſſe teſtantur Thomas Parpal. num. 1. Cagnolus

gnolus.num. 5. eam sequuti. Bolognetus num.18.& sensit hanc opinionem glo. ordinaria.in. l. cùm proponas.in parte. nec exceptio.sup.eod. nam cùm text. ibi agat. de quodam Marcello,& quadam fœmina contra quam Marcellus ipse supplicabat,inquit,glo.l.illam non habere locum, si transactio iurata sit. & allegat glo. text. hunc. sensit igitur glossa,& in muliere.l. hanc locum habere, & eam ibi expendit in hoc laſ. nume. 5. adde huc text.in.l. ait prætor.in princ. iuncto verſ. vel ipſa. ff. de iureiurand.& in.l. qui iuraſſe in prin.ibi,cuiuſcunq; ſexus.eo titu. vbi edictum de iuramento à prætore propoſitum per iureconſultum, ad fœminas extenditur. Nec defuere qui diſtingendum hic putarent, an negligentia peccauerit mulier, vt quianó expleuit promiſſa,& legis huius pœnis eã non teneri, ſicuti nec minorem teneri admonuimus,cui plerunque mulier æquiparatur.l.14.ſi. ff.de eden.l.2.§.ſi.ff de iur.fiſc. Alciatus verò arbitratur.col.4. quoad iuramenti obſeruationem teneri quidem mulierem huiuſ.l. diſpoſitione, ſed minimè eam commiſſuram in pœnas amiſſionis proprietatis,& alias, quæ hac.l. ſtatutę ſunt. Sed hæ opiniones ad pietatem reſpexere. Communis iudicio meo vera,tenendaque eſt.

9 Sed an ruſticum iurantem tranſactionem pœnæ.l.huius cõprehendant. Et Curtius Iunior teſtatur.nu. 20. vidiſſe ſe quæſtionem hanc ex facto agitatam, & ipſe in eam ſententiam inclinat,ne in ruſtico legẽ hanc recipiamus,cui plurimùm iura ſemper fauerunt.l.ſi de teſtam.cum alijs. Præterea Curtius inquit, vt quis in pœnas huiuſ.l committat,in dolo eum eſſe oportet, vt ſtatim admonebimus,ſed ruſticos ſemper à doli præſumptiõe excuſauit. l. ſi quis id quod.verſ.doli mali. ff. de iuriſdic. omn. iudic.

10 Quare cum pactum retro vendendi vſurarum ſuſpitionem ſoleat inducere.c cõqueſtus de vſur. c. ſignificante.de pign. factum à ruſtico hanc præſumptionem minimè inducit.quod Bald.eleganter ex glo. ibi notauit.in.l.cum allegas. nu 9. de vſur. ꝙ.Fulgo.ibi.nu.1.& multos allegans eandẽ opinionem ſequutus Andreas Tyraquel. de retract. conuent. in præfat. nume. 34. rurſus Tho.Parpal.nu.2.ad ruſticũ quoq; legis huius deciſionẽ pertinere exiſtimat, niſi ille perquã ignarus ſit. Sed mihi quo ad ruſtici cauſam attinet, Alciati ſententia placet,vt ad iuramenti religionem ruſticũ quoq; obligemus,ſed in pœnas hac.l. ſtatutas illum propter ruſticitatem minimè cõmittere. Fuit autem Cagnol. hic.nu. 16. in ea ſentẽtia, vt pœnæ ex hac. l. faciendo cõmiſſæ ruſticum quoque comprehẽdãt, non verò illę quæ negligentia illius euenire. Sed ſi ruſticus ſagax ſit, quod religioni iudicantis ipſe commiſerim, non dubitarunt pœnas huius.l. eum daturum,ſi iuratam tranſactionem tranſgrediatur, huic enim ruſticitatis priuilegia non competũt, quod ipſe pluribus probaui.in.l.ſi.de iũri. & fact.ignor.

11 Sed cõtra tex. hunc,qui per iudicis interpellationẽ,vel ad principis ſupplicationẽ pœnas hac lege ſtatutas cõmitti dicit, oppono tex.in.l amplius non peti.ff.rem rat.hab. vbi non eſt ſatis quo pœna cõmittatur,iudicẽ fuiſſe interpellatũ, ſed litem quoq; cõteſtatã eſſe oportet.gl. iudicẽ. reſpondet intereſſe quibus verbis fuerit concepta promiſsio: nã ſi quis dicat,non contraueniam,habet locũ tex. hic:ſed ſi dicat, amplius non petã,oportet litẽ conteſtatã eſſe vt pœna cõmittatur.hũc gl.intellectũ ſequuntur Bart.nu.3.& cõmunẽ eſſe teſtatur Fulgo.nu.4.& eum recentiores ſequũtur.& cõmunẽ eſſe teſtantur Curtius Senior.nu.58.Cagnol.nu.122. Fulgo.tamen magis placet intellectus quorũdam dicentiũ ſpeciale hic eſſe fauore religionis iuramenti,qui intellectus cũ iuramenti reuerẽtiam,& cultum reſpiciat,mihi non diſplicet. Tertiò ſoluit hãc difficultatem glo.vt lex hæc per legem cõtrariã ſuppleatur,quę ſolutio meritò ab omnibus explota eſt.

12 Sed iterũ oppono tex. in.l. qui cũ natu

maior.§.accusasse.ff.de bon.libert. vbi vt
pœnam quis incurrat,oportet eum ad sen
tentiam vsque perseuerare.Idem probant
text in.l.Papinianus.§.meminisse. ff. de in
offi.testa.in.l.in seruitutem.§.petijsse.ff.de
bon.libert.l.alia.j.de ijs quib.vt indig. Gl.
hanc difficultatē prætermisit, quam ita ex
plicat Bart.nu.4.vt tex. illi agant in pœna
legali,hic verò agimus in cōuentionali,at
verò mitiùs cum lege quàm homine agi
solet.l.Celsus.ff. de arbit. Sed nonne & de
pœnis legalibus hic agimus,quæ legis hu
ius authoritate inducūtur? Quare cùm plu
res ad hāc difficultatem solutiones hic re
ferantur ab Alexand. nu. 11. illa verior est
quæ fuit Petri in præsent.Rayne, in illo.§.
accusasse.quāque Alexan.ipse magis pro
bat,in pœnis etiam legalibus sententiā hic
minimè expectari propter odium peieran
tis.& ita etiam dissoluunt Iaſ.nu 32. Alcia.
& Cagno.nu.123.& est cōis resolutio.

13 Sed Paul.de Cast.nu.3.existimat ex sola
iudicis interpellatione non cōmitti in pœ
nas huius.l.sed esse necesse,vt reus fuerit in
iudiciū vocatus.Mouetur Paul. de Castr.
ex text.in auth. qui semel.quo.& quando
iud. vbi vt cogatur quis in ea actiōe quam
instituit perseuerare,oportet reo iam actio
nem editam fuisse.

14 Præterea pro hac Pau. de Cast. sentētia,
quæ humanitatē maximam præ se fert,ip
se considero,quòd prima illa interpella
tio facta iudici cùm ei offertur libellus an
tequam pars citetur,est actus extraiudicia
lis,neque adhuc videtur esse pars proces
sus.quod probat text.pulcherrimus in.l.
miles.§.sexaginta.ff. ad.l. Iul. de adult. vbi
huiusmodi libellus potest iudici dari die
bus quoque feriatis,sed si actus ille esset iu
dicialis,minimè die feriato posset explica
ri.l.1.l.omnes.l.dies festos.de feriis &ita vo
luit glo.notabilis in clem.1. verb. citatio
nes. de iudi. quam ibi sequuntur omnes
canonistæ.& eam quoque Bart. probauit
in rubr.de in ius vocan.sup. licèt eam alle
gans modestissimè profiteatur, nō memi
nisse se vbinam gl. illa sita sit,quam etiam
in illa rub. sequuntur nominatim eā alle
gantes Pau.de Cast.nu.1.Alex.nu.1.Iaſ.nu.
2.& testatur Curt.ibi nu.5.eam opinionem
esse cōmuniter approbatā,quam etiam se
quitur Iaſ.in rub.ff.de in ius voca.nu.3.di
cens glo.illam esse notabilē.Soci. ibi. nu.1.
qui addit gl. similem in auth.in med.lit.nō
fier.sacr.iuſ.verb.ex procœmijs.coll.8.aliam
in auth.de litig.§. omnem. verb. initium.
coll.8.quare huiusmodi libelli oblatio nō
operatur litis pendentiam absq; partis cita
tione.clem.fi.vt lit.pendent.neque vitium
litigij.auth.litigiosa.de litigios.

15 Vltimò pro hac opinione Pau.de Cast.
est pulchrum argumentū ex tex.in.l.liber
tus.2.ff.de in ius vocā.vbi pœna quinqua
ginta aureorum quæ imponitur liberto
vocanti patronū in ius sine venia.§ fi. cum
vulgat.de pœn. tem. litig. non cōprehen
dit libertum,qui præsidi libellū obtulit, vt
patronus in ius vocaretur. Addit Pau. de
Cast.non satis esse,vt in pœnas hac.l.statu
tas cōmittatur reum citatum fuisse,nisi &
ille comparuerit.atq; ita ille tex.hunc inter
pretandū esse arbitratur. & hāc opinionē
sequūtur Iaſ.Alcia.col.7. Verū hæc Pau.
sententia tex.hūc,qui generalis est,nimtūre
stringit,quē sine hac Pau.de Cast.subaudi
tione interpretātur Fulg.& Salic.itē Alex.
qui nu.4. adfirmat Docto.cōiter accipere
text.hunc.vt ex sola iudicis interpellatiōe
cōmittatur in pœnas hac.l. statutas. eandē
opinionē sequūtur Iacobi.nu.17. cōmunē
esse testatur Parp.nu.22.eā sequutus. Nec
ei obsunt supradictę difficultates: qm̄ cùm
lex hæc in odiū peierantis edita sit, nil est
quōd regulas cōmunes præstolemur.

16 Nec rursus erit necessarium in supplica
tione principi facta,supplicantē vsum fuis
se rescripto, quo princeps causam cogno
scēdā cōmisit,sola em̄ supplicatio satis est,
vt hæ pœnę cōmittātur: tantū em̄ lex hęc
detulit iuramenti religioni, vt vel cogita
tionē videatur hic castigasse eius, qui ani
mo concepit rumpere huiusmodi transa
ctionē ex illis verbis imperatorū,putaue
rit esse veniendū, vt tamen interim admo
neam

neam sola cogitatione, nisi ad actum aliqué processum sit, in pœnas huius. l. nó cómitti. vulgat. l. cogitationis pœnã. ff. de pœnis. ita enim. l. hanc ex Oberto de Bouio rectè explicat Alber. nu. 3. Claud. nu. 11. Alciat. nu. 32. Deinde cótra tex. hunc imponé tem periuro pœnã infamiæ, quã etiam illi imponit tex. in. l. quoties. de dignit. lib. 12. allego tex. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. vbi testes, quorum testimoniú reprobatú est, infamiã minimè passi sunt, & tamé non dubiú est, quin testes illi peieraverint, cùm rem falsam asseuerarint interposito iuramento, sine quo illi ad testationé faciendã minimè admitterétur. l. iurisiurandi. de test. j. c. nuper nobis. de testi. optima. l. regia 23. cum pluribus sequen. tit. 16. part. 3. Hãc difficultatẽ soluit gl. in. l. contraria, in parte, de bean. dicés postquã plura voluit, eú demũ ex periurio infamé esse qui rem aliquam futuram facturú se cum iuramento promisit, eú autẽ qui rem præteritam iuramẽto interposito affirmauit, infamé hinc minimè esse, ac proinde testes illos qui aduersus Caium Seium falsa deposuerũt, in famia nó prægrauari. glo. illius distinctionẽ sequuntur in proprio loco Bart. nu. 2. Alberic. num. 2. Fulgo. nu. 7. Ange. ibi. §. nu. 2. dicens hanc esse ipsam veritatẽ Paul. de Cast. nu. 5. qui dicit non vidisse se gl. illã reprobari, atq; ad eam cómuniter recurri eandẽ distinctionem sequuntur pro harũ legũ cõcordia Bal. in præsen. col. 2. vers. vlterius oppono. Fulg. nu. 5. testatus hãc solutionẽ esse cómuniter approbatam. Paul. de Cast. nu. 6. Areti. septimo notab. Ias. nu. 21. Alex. nu. 56. testatur esse cómuniter approbatam eam sequutus Cagnol. nu. 126. licèt Parpal. nu. 42. arbitretur in casu huius. l. periurum infamia suffundi, nó verò in alijs contractibus. Et tenuit eandem distinctionem glo. in. c. quicunque. in glo. recipiatur. 6. q. 1. Alberic. 2. part. statutorum quæst. 165. nu. 2. Bald. in rub. de iureiu. in fi. Panor. in. c. testimonium. nu. 7. de test. lib. Felibi. nu. m. 20. testatus hanc esse communem resolutionem, quam etiam testantur

17

esse communem eam sequuti Lanfranc. in repe. c. quoniam contra. nu. 135. de probat. Lambert. de iure patro. 1. part. lib. 2. q. 9. artic. 15. Et eam sequuntur Ange. de Aretio. num. 7. Ias. nu. 63. in. §. item si quis postulante de actio. instit. Paul. de Cast. in. Liu. siurandum quod ex conuentione. §. procurator. nu. 1. ff. de iureiur. Ias. in. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. 2. ff. de jureiu. n. 3. Testatur esse communem eam sequutus Epiſcop. Segobiens. in. c. quanuis pactum. de pact. lib. 6. 1. par. §. 7. num. 4. Nonius de Auendaño. de exequé. mand. reg. c. 27. nu. 8.

18 Ex qua inferunt Bal. Paul. Ias. & Alciat. scholasticum qui iurauit parêre rectori, si peieret, non esse infamé, quoniam iuramẽtum hoc super aliquo contractu non fuerit interpositum. idem Curtius Senior. nu. 60. Sed ego existimo hãc illationẽ falsam esse. obuiareq; vel maximè distinctiõi, quã paulò antè cómunem esse probaui. nam et iuramentum hoc scholastici licèt super cótractu aliquo non fuerit interpositum, futura respicit, nulq; in præteritum affirmat, quare si scholasticus hic rei à rectore sibi præceptę si modò illa honesta sit nó faciat, satis existimo periurum esse, infamiamq; cótrahere. quod si sententia super periurio etiã de præterito feratur, infamis erit condẽnatus. l. fi. ff. de crimi. Stel. iuncta l. quid ergo. §. fi. ff. de his qui not. infa.

19 Sed superior quã notaui distinctio pro conciliandã. l. hac cum. l. Lucius, mihi ex integro non facit latis, imò verò arbitror eam esse à omni veritatis specie alienissimã. nam & is iudicio meo infamis erit, qui iureiurando rem aliquam de præterito falso asseuerauerit. nam cùm alijs ex causis facilimè infamia irrogetur, vt quia artẽ ludicrã maior quis annis viginti quinque in populi spectaculo exercuerit. l. si fratres. j. ex qui. caus. infam. irroge. quòd actione pro socio quis sit condẽnatus. l. fi. eiusdem tituli. quòd denique depositi fuerit conuentus. l. qui depositum. j. depos. & alijs cópluribus causis quas iuris cõsultus enumerat in. l. 1. & 2. ff. de his qui not. infa. Imperator

perator in.§. ex quibusdam. de pœn. teme. litigant. cur periurũ, maximè in testimonio ferẽdo infamẽ non reputemus? Neq; huic meæ sententiæ est impedimento tex. in illa.l. Lucius quoniã licèt testes ibi falsã depoſuerint aduersus Caium Seium, nõ remanſere infames, quoniã testationẽ ſuã minimè iurauerunt, neq; de iuramẽto ibi mẽtio vlla. Imò existimo ipſe ante leges imperatorũ, quæ iuramenti necessitatẽ vtiliſsimè in testibus exegere. l. iuriſiurãdi. l. ſi qñ. cum alijs. de testib. ſ. non fuiſſe in teſte neceſſariam iuramẽti religionẽ, namq; ſi fuiſſet in vſu apud ipſos iuriſconſultos, nõ dubium eſt, quin ipſi cùm acuratiſsimè titulum de teſtibus, quẽ in pandectis omni eruditionis ſuppellectili inſtructiſsimũ habemus, iuramenti quoq; meminiſſent, de quo verbum nullũ in vniuerſo illo tractatu adinuenitur. Vſi ſunt iuriſcõſulti iuramenti religione in iudicijs cũ inopia probationis iudex defert iuramentũ parti neceſſariũ, vel pars ipſa defert, vel refert iuramẽtũ ſibi delatũ. De quo extat celebris ille iuriſcõſultorũ tractatus de iureiurãdo, ſiue volũtario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali. Agnouerũt etiã iuramentũ promiſſorũ. l. vt iuriſiurãdi. in prin. & in.§. iurare. ff. de operi. liber. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. cum alijs. Iuramentum verò in teſte Imperatores primũ, deinde pontifices exegere. Scio gl. in. l. 3. in gl. ſabino. ff. de teſti. ſcio doctores omnes hactenus in contraria fuiſſe ſententia. Sed egò opinionẽ hanc meam veram eſſe exiſtimo, à qua nec inuitus diſcedam, vbi quiſpiam me teſtimonio aliquo legitimo cõuicerit. Neq; hanc meam opinionẽ offenderit. l. Theopõpus. ff. de dot. præleg. ibi, iuratus ſcripſit. Nam reſpõdeo in quibuſdam exemplaribus loco iuratus, rogatus circunferri: quòd ſi iuratus vera litera tex. illius ſit, quam & Accurſius ibi agnouit, & cæteri communiter receperunt, & ea quoq; eſt in pandectis Florẽtinis quas ego in hoc conſului, atq; hanc literam habuit Bald. in ſuo libro, quod eius teſtimonio cõprobatur, in. l. milites nu. 5. in fin. de teſt. milit. ſ. facilè reſpondebo, Pollianum ibi non fuiſſe in teſtẽ productũ, ſed veluti interpretẽ voluntatis Theopõpi, ſed neq; dicitur ibi neceſſariò Pollianũ iuraſſe.

Iuramentum autem quod iudices præſtare ſolent, exiſtimo ante tempora imperatorum fuiſſe in vſu, licèt pauciſsima hac de re extent apud iuriſconſultos teſtimonia. Id tamen ſatis videtur Cicero ſignificaſſe multis in locis, qualis eſt ille pro Caio Rabirio oblitum eſſe, quid æqui & iurati iudices iudicarint. atque idem Cicerõ. lib. 3. officio. cap. 6. Cum verò iurato dicenda ſententia ſit, minimè rint Deum ſe adhibere teſtem. Nam quod Iuſtinianus ſtatuit in. l. rem non nouam. ſ. de iudi. id fuit, vt iudices omnes iudicantes ante ſedem iudiciorũ ſacroſanctas ſibi proponerent ſcripturas, & hoc incremẽtum inquit ipſe addere ſe legibus Romanorũ, quaſi illi quidem iuramentũ exegerint à iudicibus, Iuſtinianus hoc ãplius vt ſacroſanctas ſcripturas iudices ſibi ob oculos collocarent. Quòd ſi adhuc videatur apud ipſos quoquè iureconſultos iuramentum teſtis fuiſſe in vſu, quoniam & ſi eius mentionem vllam illi non fecerint, id tamen Pluto, Ariſtoteles, Cicero, Valerius Maximus, Iuuenalis, Blondus quoque de Roma triũphãte fuiſſe in vſu teſtantur, legi. Lucius. reſpõdebo, ne communi opinioni patrocinetur teſtes ibi infamia aſperſos non fuiſſe, quoniam incidenter crimen periurij cõtra eos cõſtitit, quo caſu nõ oportuit eos infamiã contrahere. argũ. tex. in. c. 2. verſ. ſiſta. de ordi. cognit. atq; ita interpretatur tex. in illa. l. Lucius. Panor. in. c. ſuper eo. n. 2. de elect.

21 Gloſ. verb. priuatus, colligit pœnas de quibus in hac lege ipſo iure cõmitti, quoniam tex. hic verb. præteriti tẽporis vtatur ibi, actione priuatus. Præterea vtitur lex adverbio, mox, cuius ea natura eſt, vt faciat rem deberi ipſo iure abſque iudicis miniſterio. gloſ. ordinaria in authen. de inceſt. nupt. verb. imminere. collat. 3. quam ſequuntur infiniti prope authores, quos in vnum congeſit Tyraquel. in. l. ſi vnquam. verb.

verb.reuertatur.nu.90.de reuo.don.Ias.præterea in.l.si arrogator.nu.10.de adop.ff.

22 Hinc infert Bart.nu.11.accedente iuramento obligationi, impediri moræ purgationem: nam cùm fiat executio ipso iure absque iudicis sententia, constat non superesse locum purgationi moræ, quæ generaliter cessat, quotiescumq; executio est facta à lege.l.si is cui.ff.de leg.2.& sequuntur hanc opinionem Bar.Bal.ac Salicet.in præl.Alex.qui eleganter hoc disputat nu.7. Iasl. dicens hanc esse communem opinionem nu.26.Iacobi.nu.41.

23 Non solùm autem in specie huius.l.sed generaliter vbicunque obligationi accedit iuramentum, impeditur moræ purgatio. quod Bar.ex hac.l.notauit in.l.si insulam, nu.20.ff.de ver.obligat.vbi eius opinioné testantur esse communem allegãtes alios Alexand.nu.37.Ias.nu.35.Ripa nu.90.Crotus nu.68. Iacobus de Nigris nu.291. Vincentius de Hercu.nu.107.& eam sequitur Iasin præl.nu.26.reclamante licèt Alci. cui Besuti sententia sedit, existimantis ex causam huius.l. iuramento nõ impediri moræ purgationé. Sed Bar.opinioné testatur esse commu.eã sequutus Ripa in.l.fi. nu.112.de reuo.donat.& eam sequitur Rolandus à Valle cons.6.nu.46.Marcus Antonius de viribus iur.nu.17.& hi allegant alios.

24 Hanc opinioné Bar.ac cõm.limitat Paul. de Cast.in præl.nu.3.vt solùm procedat in duab' pœnis, ex his quæ hac.l.statuitur, infamię ac priuatoris actionis, quæ nullã executionẽ requrũt, sed vt theologi loquũtur, consistunt in passione, ne igitur hic acceptã restituat, ne pœnã soluat, poterit morã purgare, Alex.autẽ & Ias.respectu omniũ pœnarũ excludunt moræ purgationẽ, ne hæc quatuor determinabilia difformiter terminẽtur. vulg.l.iã hoc iure.ff.de vulg. & pupill.quare. Alex.opinioné receptissimã esse Alci. affirmat, & eã sequitur Thomas Parpa.nu.77.Cagn.nu.111.testatus hãc esse cõmu.opinioné. cõmunẽ esse testatur eã sequutus Claud.in illa.l.si insulã.nu.53. quorũ illa etiã ratio est; nã cùm pœnæ hæ imponãtur propter cõtemptũ periurij, ac proinde propter delictũ, excluditur moræ purgatio, quæ in delicto locũ nõ habet.l.q ea mẽte.ff.de furt.l.penul.ff.vi.bon.raptor.

25 Secundò limita communem opinioné, vt non procedat iure Canonico, hoc enim ius, cùm æquitatis semper maximam curã gesserit, moræ purgationem non excludit. glo.notabilis in.c.apud misericordiam.in gl.1.32.q.2.& ita limitat.l.hanc Alexa.nu.7. & affirmat Alciatus receptiorem esse sententiam hanc, eam sequutus. Addit Thomas Parpal.nu.77.cum Alexandro transire omnes.& idem sequuntur Ias.nu.26.Cagnolus nu.123.Iason in.§.item si quis postulante.nu.16.de acti.Instit.& ibi Gomec. nu.8.inquit, hoc esse in confesso apud omnes. Zenetinus in differentijs iuris canonici & ciuilis nu.91.sequuntur eandẽ opinionem Ioan.Hanibal in.l.si insulã.nu.165.de ver.oblig.Iacob.de Nigris ibi nu.292. Sed ante hos omnes ita limitauerat.l.hanc Bal. primus author, iudicio meo, huius doctrinæ in.l.qui crimen.q.11.nu.24. qui accus. non possunt. Parisius cons.19.nu.196.vol. 2.Hippoly.Rimi.in additionibus Ioannis Riminaldi.cons.222.litera.b.vol.2.Nec dubito esse ab omnibus frequentiùs approbatã, licèt in maximũ discrimen eã adduxerit ipse Alex.in illa.l.si insulã.nu.38, qui existimat ex æquitate quoque canonica seruandã esse cõmu. opinioné, ne hic admittatur mora purgatio.& huius opinioné sequitur Bologn.nu.91. Sed superior opinio verè est, & communis. Fuit enim semper iuris canoni cùm peculiare, ne pœnæ committantur, æquitatem præferre rigori.

26 Quod illa quoque exemplo fit manifestum. Licèt enim iure ciuili, qui certã quãtitatem sub pœna ad diem promisit, si partem soluat, propter partem non solutam, uniuersam pœnam debeat pendere.l.5.§. si sortem.ff.de verbor.oblig.l.hæredes.§.in illa.ff.fam.ercis.cum vulgat iure tamen canonico non nisi pro parte nõ soluta committitur pœnæ promissio, quod Innocentius.III.rectè disposuit in.c.suam.de pœn.

quem text. it a interpretantur ibi gl. Innocentius, Ioannes And. Antonius, Panor. & communiter canonistæ. & præterea Bart. in l. si seruus. §. si plurium. num. 8. ff. si quis caut. Angel. ibi col. 1. Paul. de Castro num. 10. eundem intellectum ad text. illum posuit Bart. in illo §. si sortem. num. 3. versicul. Canonistæ dicunt quod de æquitate. vbi frequentiores eum sequuntur. Alexand. in l. 44. Cato. nu. 42. post Bar. ibi, in vltima oppos. ff. de verb. oblig. vbi Aretin. col. 9. testatur hunc esse communem illius decretalis intellectum. communem esse testantur Iaſſ. ibi nu. 40. Ripa nu. 66. Alc. nu. 171. Hieronym. Butigella nu. 148. & eum sequitur Crotus nu. 104. communé esse testantur Galiau. nu. 87. Hermanot. Dec. nu. 412.

27 Quibus ita ad l. hanc prænotatis, animaduertendũ est, plura esse necessaria, vt pœnæ hac lege statutæ committantur. Primum est, vt is qui has pœnas luere cogitur, sit maior viginti quinque annis, quod superiùs ipse etiam notauit. Sed fingamus minorem annis viginti quinque trãsactionem iurasse, sed cùm transactioni contrauenit iam erat effectus maior, an sit locus dispositioni huius legis. Et Thomas Parpal. nu. 3. quem sequitur Bologn. nu. 41. in hac specie non cõmitti in pœnas hac. l. statutas arbitratur, quoniam tempore præstiti iuramenti oporteat hunc maiorem esse, cõtrà Cagnol. nu. 17. qui existimat satis esse, si tẽpore violatæ transactionis maior hic sit, licèt tẽpore, quo iurauit, fuisset minor. Egò verò Thomæ Parpal. opinionem arbitror esse verioré. Mouet me text. pulcherrimus, quem neuter horum allegauit in l. 3. §. si quis cum minore. versi. scio etiam. ff. de minor. quo probatur minorem adeuntẽ hæreditatem restitui aduersus additionem, posse etiam, si maior factus debita hæreditaria exegisset: quoniam ad initium ipsius contractus, quem minor gesit, cùm adijt hæreditatem, ratio solùm habenda sit: eadem igitur ratione existimo ipse, quòd cùm legitima ætas hic requiratur, eam ad futuram tempore quo transactio conficitur.

28 Secundò necessarium est, vt huic legi locus fiat, transactionem sponte fuisse concepta, nulla prorsus coactione præcedente, ex illis verbis text. nullo cogente imperio.

Ex hoc infert Bart. nu. 2. non habere locum legem hanc in transactione, vel cõpromisso facto parte inuita, ex forma statuti compellentis litigantes transigere vel cõpromittere. & Bart. opinionem sequuntur omnes in præsenti, & qui eos allegãt Alex. Iaſſ. numer. 14. dicens quòd Bart. sequuntur alij in hoc. Riminald. 2. notab. & esse communem hanc decisionem Bar. testantur Curtius Senior numer. 20. Curtius Iunior nu. 6. Parpal. num. 13. Cagnol. nu. 38. eam sequuti. exemplum fingit Bar. in transigentibus ex forma statuti vel iudicis præcepto. Sed contra hanc Bartol. & communem sententiam facere videtur, quòd text. hic solùm videatur excludere coactionem iniustam, quæ libertati consensus opponitur, non verò eam quæ iusta est: nam in sermone etiam generali, non videtur lex coactionẽ, quæ ex dispositione ipsius l. vel statuti prouenit excluſisse, vulg. l. inquisitio. de solut. C. Sed ipse cõmunem opinionem sequutus respondeo, iustum esse metũ, qui ex dispositione legis vel statuti prouenit. quod Bal. eleganter notauit in l. omnem. nu. 13 ad Tertull.

29 Est tamen Bar. ac communis opinio intelligenda, quãdo cõpellit statutũ ad compromiſſum, & ad iuramentum simul, nam si solùm compelleret compromittere, nil est, cur si sponte ipse iurauerit, in pœnas hac. l. statutas non incurrat, imputet enim sibi, qui non compulsus iurauit. Ita etiam hanc communem opinionem accepit Fulgos. hic relatus à neotericis scriptoribus, tametsi in libro meo Fulgos. nil determinet, quoniam rem ex facto agitatam, in manibus se habere dicit. Hanc opinionem præterea sequuntur Paulus de Castro nu. 2. Alex. nu. 3. dicens eam esse veram opinionem. Curtius Iunior num. 8. Thomas Parpal. nu. 17. Contrariam sententiam tenuerunt Riminal. col. 2. Iaſſ. num. 14. & dicunt

esse

esse hanc opinionem veriorem, eam sequuti Curtius Senior nu. 24. Cagnolus nu. 48. quibus visum est hanc arbitrij libertatem in cõtractu ipso principali solùm hic considerari, non etiam in iuramento. Cùm igitur compromittere cõpellantur, etsi iurẽt, videntur necessitate quadam compulsi iurasse. Alciatus verò num. 31. eleganti quadam distinctione has opiniones compo- 31
nit, vt qui compromittere compulsus sponte iurauit, pœnam periurij incurrat, contraueniens compromisso, sed à cæteris pœnis huius. l. necessitas compromissionis eum excuset. Ego Fulgosij, Pauli, & aliorum sententiam sequi malo, propter excellentem eorum authoritatem, & quoniam iustior mihi esse videtur, quòd si adesset consuetudo, vt compromissa omnia iurẽtur, posteriorum sententia potior esset, iam enim quis videtur esse compulsus vt iuret. l. si post. 5. ff. de aqua pluui. arcen. l. quod si nolit. 4. quia assiduus. ff. de ædil. edict. quæ declaratio Alexandri in præsenti est. Quæ mihi placet.

Si tamen partes compromissum minimè iurauerint, etiam si adesset consuetudo, vt compromissa iuramento vallarentur, non licebit notario iuramenti clausulam instrumento apponere, neque potest fingere consuetudo illud interuenisse, quod Socinus rectè notauit in. l. Gallus. 4. idem credendum. numero quarto. vbi authoritate Antonij, Abbatis, & Imolin. c. clericus qui iurauit de iureiur. scribit Tabellionem rogatum conscribere instrumentum, ad sensum sapientis, non posse instrumento adijcere iuramentum. ff. de liber. & posth. quod meritò Hieronymus Cagnolus hic commendauit numero. 53. neque hic propter iuramenti grauitatem clausula hæc cõsueta apponi habebitur pro adiecta, licèt aliud sit regulariter in clausulis quæ non sunt tanti præiudicij. l. fi. cum vulg. de fideiuss. infra. De huiusmodi autem statuto compellente agnatos vel affines compromittere, plura Thomas Parpal. & Cagnol. hic scripsere, quæ etsi eleganter ab his sint composita, potuissent alibi aptiùs iudicio meo accommodari.

Tertio loco obseruandum est, vt dispositioni huius. l. locus sit, necessum esse trãsactionem per Deum, vel per Principem fuisse iuratam, neque satis factum huic. l. esse, si alia numina pro obseruantia huius contractus sint inuocata.

Sed an si sub alia forma iuratũ sit, transactioni non obtemperans, sit pœnis huius. l. obnoxius, vt si quis iuxta cõsuetudinem huius temporis iuret transactionem tactis scripturis, aut sacerdos super pectus in verbo sacerdotis. Et communis mens scribentium omnium est, vt vel hoc satis sit; vt in pœnas huius. l. committatur, teste Curtio Iuniori nu. 11. potest enim consuetudo immutare formam iuramentorum. Sed an in fidei simplicis præstatione habeat locum hęc. l. Et Ioannes quidem de Imola in c. cum tempore. nume. 2. de arbit. constanter affirmat non habere locum. l. hanc in fidei prestatione. Cuius opinio hoc veriori esse videtur, quòd cùm lex sub certa quadam forma iurari mandat, exinde aliquid statuens, id minimè habet locum, si aliter quàm lex præceperit, iuratũ sit. gl. insignis in. c. vt circa in gl. corporali. de elect. libro sexto. quam ibi sequuntur Canonistæ. & testatur esse communiter approbatam. Iason eam sequutus in. l. iubemus. numero duodecimo. de testament. Et præter eum gloss. illam sequitur Bal. in. l. 1. notabil. 2. si aduersus vendit. Paulus de Castro in. l. 3. §. iurare. numer. 3. ff. de iureiur. Panormitan. dicens eam esse singularem in. c. laudabilem. numero tertio. de frigi. & maleficiat. Testatur esse gloss. illam communiter approbatam, licet neminem alleget. Brunus de form. & solc. c. de implemen. formæ. col. decima. versic. ad quod facit text. eam sequutus.

Præterea cùm ex iuramento delato vel relato nascatur actio in factum ad similitudinem iudicati. l. actori de rebus credit. certè illa actio non nascatur ex fidei præstatione. quod Ioannes Faber eleganter notauit

notauit in §. item si quis postulante. nu. 15. de action. Institut. Præterea cùm testis iuramentum semper sit necessarium. l. iurisiurandi. l. si quando. ff. de testa. c. tuis quæstionibus. c. nuper nobis de testib. cũ alijs. si testis sub fide promittat dicere veritatẽ, non videbitur iuratus deponere. quod ex Bal. retulit Gomecius in. §. item si quis po- 34
stulante. nu. 25. de act. Instit. Quare non immeritò opinionem Ioannis de Imola ad. l. hanc sequuntur Aretinus in præl. 6. notab. Parpal. notabili. 10. & eam quoq; sequuntur Corneus & quidam alij, qui à Gomec. citantur in illo §. item si quis postulante.

Sed verior opinio est, vt hæc. l. habeat locum etiam in simplici fidei prestatione, cuius authores sunt Speculator in titu. de arbit. §. sequitur de quibusdam. nu. 49. idem dicitur tenuisse Ioannes Andræ in. c. cum tempore. de arbit. qui in libro meo hoc nõ dicit, licèt id videatur tenere Antonius ibi nu. 4. Ioannes Faber in præsenti. col. 2. vers. sed quid si non iurauit. Alex and. num. 16. Curtius Senior nu. 33. Iasl. num. 28. Curtius Iunior num. 10. & esse communem, eam se quutus affirmat Cagnolus nu. 75. quam sequuntur præterea Iasl. nume. 54. Gomecius nu. 26. in illo §. item si quis postulante. Zenetinus dicens eam esse veriorem, in differentijs iuris canonici & ciuilis. nu. 93. Interpositio quoque fidei, sicut iuramẽtum, priuat minorem in integrum restitutione. Capel. Tholo. 382. Nonius de exeq. man. reg. c. 27. nu. 6. ita amplians auth. sacramẽta. si aduer. vendit.

33 Quorum ea ratio est, quòd eadẽ pœna imponatur venienti contra fidei præstationẽ, quæ imponitur violanti iuramentũ. gl. in. c. penul. de iureiur. & fidei præstatio ac iuramentum æquiparantur. c. ad aures. de ijs quæ vi met. ve caul. fiunt. c. peruenit. de fide iuss. Et sicuti priuatur beneficio qui falsò per Deũ iurauit. c. querelam. de iureiu. ita etiam qui falsò per fidẽ iurauit. quod Panorm. ibi obseruauit nu. 5. vers. & per hoc infero. quibus multa addit Alci in rub. de iureiu. nu. 6. Est autẽ accipienda hęc propositio, si quis fide Christi interposita contractũ seruaturũ se promiserit, nõ verò si fidẽ humanã fuerit protestatus, quã & Gentiles homines, Turci deniq; atq; cæteræ gẽtes, quæ à nostra etiam religione abhorrent, iure gentium obseruare tenentur. quod Alciatus hic rectè obseruauit nu. 51.

Idemque videtur dicendum, si ea fides præstetur ad contractus obseruationem, quam nobiles priuato quodam iure custodire tenentur, vt si nobilis affirmet seruaturum se contractum per illa verba, quæ apud nos, Gallos quoq; ac Italos sunt frequentissima, *à fe de Caualiero, à fe de hijo d'algo.* Nec etiam ex hoc contractus censebitur iuratus, vt huic. l. locus sit. Quæ conclusio deducitur apertissimè ex his, quæ ex Felino, Alciato, Caietano, Dominico de Soto, resoluit doctissimus Episcopus Segobiensis, in. c. quamuis pactum. de pact. li. 6. par. 1 § 2. num. 2.

35 Sed in dubio cùm quis suam fidẽ interponit ad contractus obseruationẽ, an fidẽ Christi videatur interposuisse, vel humanam. Et idem Alciatus arbitratur in dubio fidem Christi videri interpositam, quoniam tutiùs hæc pro anima præsumptio capienda sit. c. iuuenis. desponsa. & in dubio iudicio meo fidei interpositio potiùs, hoc est diuinæ fidei interpositionem significabit. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager. vectig. vel emphithe. petat. tametsi contrarium hic Bologn etus scripserit numero 60.

36 Hinc & illud consequitur, quòd cùm diuina numina oporteat esse inuocata pro obseruantia cõtractus, vt huic. l. locus sit, non habere locum. l. hãc in contractu, in quo homagium duntaxat nobilis apud nos præstiterit, hoc etenim non est diuina numina inuocare, sed fide humana solẽniter promittere, seruare aliquã conuentionẽ. Et opinionem hãc pro intelligentia huius legis existimo esse verissimam, neque arbitror homagio iuramẽtum inesse, quãuis id senserit Bal. cons. 291. vol. 2. Et hęc esse diuersa constat ex eo, quòd cùm in spiritualibus

clerici

clerici iuramentũ obedientiæ ſoleant præſtare.c. nullus. de iureiur. homagium tamen nunquam præſtabunt.c.fi.de reg.iur. c.ex diligenti.de ſymo. Præterea homagiũ & iuramentum diſsimilia eſſe conſtat ex l.25.titu.16.part.3.optimus text.in l.26.tit.11. eadem.parti.vbi Greg. Lopius doctiſsimè multa tractat, qui in eam quoque ſententiam procliuior eſt, ne diſpoſitio text.in authent. ſacramenta puberum. ſi aduer. vendit. in minore homagium præſtante locum habeat, in quo ipſe idem ſentio. Præterea, cùm iuramẽtum adiectũ melioratiõi bonorũ efficiat illã irreuocabilẽ, idẽ erit dicendũ, ſi nobilis iure Hiſpaniæ meliorationẽ homagio firmauerit. quod elegãter ſcripſit Pet. Per. al. dicens de hoc fuiſſe aliquando dubitatũ in l. vnum ex familia ſup. nu. 23. ff. de legatis. 2.

37 Infertur præterea non cenſeri iuramentũ acceſsiſſe trãſactioni, vt huic. l. locus ſit, ſi quis in veritate promittat ſeruaturum ſe promiſſa. quòd Alcia. & Bologn. hic tradidere nu. 59. tametſi hoc verbũ, in veritate, iuramentum in ſe continere arbitratus fuerit Bal. in rub. de re. iudicat. ſ. nu. 11. Panor. in. c. etſi Chriſtus nu. 2. de iureiu. motus ex illo tex. niſi qui iurat in veritate, in Deo iurare voluerit, qui eſt ipſa veritas. c. quidam. de celeb. Miſſ. quo caſu locus eſſet diſpoſitioni. l. huius, & ita procedet ſententia Bal. & Cagnoli in præſenti nu. 76.

38 Si quis autem per ſalutẽ Principis tranſactionem iuraſſet, non dubitauerim etſi illam nõ ſeruauerit, iuramenti violatorẽ nõ eſſe, neq; obnoxiũ pœnis huius cõſtitutionis, quoniam diuina numina inuocata hic minimè fuerint: licèt qui genium principis falsò inuocat, fuſtibꝰ caſtigetur. l. ſi duo patroni. ſ. fi. ff. de iureiu. & text. noſter. Idẽq; dicendũ videtur in eo, qui per ſalutẽ ſuã iurat: licèt enim per Deũ iurare videatur (reſpectu enim diuini numinis ita iurat) attamẽ diuinum ſpecialiter hic nõ inuocauit quare nõ videtur in pœnas huiꝰ l. incidiſſe.

39 Sed neque ſi per ſanctorum aliquẽ tranſactionem quis iurauerit, eſſe locum huicle gi exiſtimat Claudius nu. 15. in quo ego in contrariam ſententiam procliuior ſum, maximè ſi beatiſsimæ Virginis numen pro obſeruantia tranſactionis ſit inuocatũ. argumento tex. in c. 2. de maled. cum alijs.

40 Illud ego conſtanter affirmem. Si quis pro obſeruantia contractus Dei omnipotentis nomen non inuocauerit, ſed per ſancta Euangelia, aut per crucem Domini, tranſactionem ſe ſeruaturum promiſerit, ſi tranſactionem non ſeruet, obnoxium eſſe pœnis huius legis: quoniam qui per Euangelia iurat, per Deum iurare videtur, cuius veritas in ipſo Euangelio cõtinetur: & qui per crucem iurat, Chriſtum ipſum teſtem adferre videtur, qui in ligno crucis mortẽ paſſi dignatus eſt, quo genus humanum redimeret.

41 Quartum requiſitum eſt, quo huic. l. locus ſit, vt dolo tranſactioni ſit cõtrauentum: nam qui ſine dolo tranſactionẽ fuerit prætergreſſus, in pœnas hac. l. ſtatutas non incidet. ita enim voluit eleganter Bal. in l. obſeruare. ſ. proficiſci. nu. 5. ff. de offic. proconſul. & legat. quoniam periurium ſine dolo non committitur. gloſſ. in c. vbi de iureiur. & quæritur. ſ. item opponitur. 22. q. 2. Baldi præterea opinionem ſequuntur Claudius nu. 41. item Alex. non ſemel, quem hic refert Iaſſ. nu. 2. Marcus Mantua tom. 2. item Curtius iunior nu. 17. dicens in iudicando ab opinione Bald. non eſſe recedendum. & eam ſequuntur præterea Iaſſ. conſilio. 84. vol. 1. nu. 6. Decius conſil. 452. nu. 7. Rolandus à Valle allegans alios cõſil. 57. nu. 6. teſtatur eſſe cõmunẽ, eam ſequutus Iacobus Machdlus patrocinio. 7. nu. 17. & eam ſequitur Ioan. Rimin. conſ. 419. nu. 7. vol. 3.

42 Ex quo infertur, rarò euenire poſſe, vt quis incidat in pœnas hac. l. ſtatutas, cùm enim dolũ interuenire neceſſe ſit, facilè excuſabitur quis ab hac doli præſumptione, cùm quælibet cauſa etiã iniuſta excuſet à dolo. l. igitur. ff. de hæred. caut. l. 1. in fine. ff. de abigeis. vbi hoc notat gl. verbo iuſtus ratione. & voluit gl. vulgò dicta ſingularis. in l. plagij. verbo.

iuſta

iusta ducti. ad. l. Flaui. de plagiar. quam ibi notarunt Alber. & Bal. atque idem Bal. in. l. qui non probasse. nu. 3. de calumniat. C. Iaſſ. in. l. iuſtè poſsidet. nu. 31. ff. de acqui. poſſi. idem Iaſſ. in. l. 1. in princ. num. 24. ff. de eo per quem fact. erit. vbi tamen expendit text. contra opinionem harum gloſſarum idem Iaſſ. in. l. ſi quis id quod. nu. 35. ff. de iu ris. om. iudi. Curtius ibi nu. 42. idem Iaſſ. in præſen. nu. 3. & in. l. qui accuſare. nu. 4. ſup. de eden. & in. l. videamus. in princ. nu. 9. ff. de in lit. iur. & in. l. qui iuraſſe. in princi. nu. 5. ff. de iureiur. Curtius Iunior in. l. vnica. §. ſi. nu. 20. ff. ſi quis ius dice. non obtem. Alciatus. 30. præſump. 3. reg. nu. 6. qui duo gl. opinionem elegãter limitant. Decius con ſilio. 165. nu. 7. & conſ. 452. nu. 4. etiã ſi cauſa illa ſit beſtialis, hac enim hyperboli gl. illam ampliauit Aymon Craueta conſil. 46. nu. 14. quam eſſe communem præter alios teſtantur Decius conſ. 398. nu. 1 Boerius deciſ. 168. nu. 11. Curtius in. l. 1. in princ: nu. 6. ff. quod quiſq. iur. Sunt tamen multi authores, quibus hæc Bald. opinio nõ placuit, exiſtimantes non eſſe neceſſum dolum interuenire, vt pœnę huius. l. commit tantur, ſed culpam ſatis eſſe, nam de hac Bal. deciſione dubitat Iaſſon, nec ſatis firmat pedes. in. l. qui iuraſſe. in princ. nu. 8. ff. de iureiur. vbi inquit Iaſſ. ſine dolo non committi periurium, ſed committi poſſe in pœnas periurij. Et hanc reſolutionem teſtatur eſſe cõmunem Bolognetus in præſ. nu. 16. & contra Bal. tenet idem Iaſ. in præſ. nu. 3. Curtius Senior nu. 4. Thomas Parpal. nu. 97. quorum opinionẽ ipſe ſequor, quoniam periurium etiam abſque dolo ex ſola culpa committatur. c. licet. vbi id notat Bal. nu. 3. ſi de feud. content. ſit inter domi. & agn. libr. feudorum.

43 Vnde conſequitur erraſſe virum grauiſſimum Ioannem Fabrum in præſenti, qui ad finem penult. colum. verſ. ſed quærtur. affirmat in pœnas huius. l. incidere eũ, qui etiam iuſſu iudicis tranſactionem violauerit, nam impoſsibile eſt, hunc in pœnas hac l. ſtatutas incidere, quem à dolo ac culpa, iuſſus iudicis excuſauit. l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his qui not. infam. l. ad ea quæ non habent. ff. de regul. iuris. Nam & in iuramento videntur partes ipſæ ſemper authoritatẽ ſuperioris excepiſſe. l. ſi. ff. ad municip. l. ſi. ff. qui ſatiſda. cog. c. venientes. cũ alijs. de iureiur. Quare opinionem Fabri rectè iudicio meo improbarunt Curtius Senior nu. 5. Iaſſ. nu. 18. & horum opinionem contra Fabrum probat text. optimus in. l. ſi. ff. de l. commiſſ. vbi iuſſus iudicis excuſat à mora. iuncta gl. in. c. breui. de iurei. dicente difficultatem. quæ excuſat à mora, à periurio quoque excuſare. quam ibi ſequuntur omnes canoniſtę. & teſtatur eſſe communiter approbatam Iaſſ. in. l. in actionibus. nu. 4. ff. de in lit. iur. idem Iaſſ. in. l. qui iuraſſe. in princ. nu. 4. ff. de iureiur.

44 Ampliabis tu modò legem hanc, vt habeat locum non ſolùm in contractu tranſactionis, ſed etiam in alio quocumque cõtractu. quod text. ipſe videtur ſignificaſſe ibi, aduerſus pacta. & iterum ibi, pactis. atque iterum ibi, pactionum. Et tenet hanc opinionem Bar. nu. 13. Bal. in vltima. q affirmans ita tenere doctores. Fulgoſ. nu. 7. ex quo etiam conſtare poteſt, hanc eſſe communem opinionem. & hanc opinionem affirmat eſſe communem, eam ſequutus Alexand. nu. 2. ſequitur eam Iacobi. nu. 8. Iaſſ. nu. 11. teſtantur eſſe communem Claudius nu. 10. Curtius Iunior nu. 30. communem eſſe teſtantur Thomas Parpal. nu. 10. Cagnol. nu. 27. Bolognetus nu. 1. & eam ſequuntur Imola in. l. ſi inſulam. nu. 19. ff. de verb. oblig. vbi Crotus nu. 65. teſtatur hanc eſſe communem opinionem, eam ſequutus ſequitur eam Corneus conſ. 246. col 1. vol. 1. qui neminem allegãs in præſenti nu. 2. affirmat hanc eſſe veritatem. & teſtantur præterea hãc opinionem eſſe communem Caſsiodorus deciſ. 2. ſub rub. de iureiu. Alexan. conſ. 85. col. 2. vol. 1. Ripa lib. 3. reſpon. c. 7. nu. 2. Hubertinus Zuchardus in. l. poſthumo nato. nu. 14. de bono. poſſeſ. contra tabul. licèt dicat dubiam eſſe ſententiam hanc, communem eſſe affirmat, eam ſequutus

quutus Rolandus à Valle.consi.57.nume. 15.quorum illa sunt fundamenta, quòd ge nerale nomen pacti sit quencumque cõ tractum comprehendens.l.1.§.1.ff.de pact. l.pactum.ff.de pollicit.glo. vulg. in.l.1.ff. de act.& obliga.& quoniam licèt nomi natim agat lex hæc in transactione, ratio tamen ipsius, quæ iuramenti religionem prospicit, generalis omnibus cõtractibus est, quare ad cæteros contractus pertine bit.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2. l.regula.4.licet.ff.de iur.& fact.ignor.& hãc opinionem ipse sequor, licèt eam im probet Alciatus allegans Riminal, & Par palium.num.21.

45 Infertur autem ex hac ampliatione em phytheotam ecclesiæ si non soluat pensio nẽ, quam iurauit soluere, posse statim ex pelli biennio non expectato, neque posse eum moram purgare. ita enim voluit elegánter Bald.in margarita Innocentiana verb.emphytheota.& Bald.opinionem se quuntur in præsenti Lancello.Decius, Iã cobi.& Ias.item Cutt. Senior, dicens nu. 17.ita se obtinuisse.Cagno.nu.32.optimè Bologne.num.29. Et sequuntur præterea hanc opinionem Alexan.consi.85.volu.1. col.1.testatur hanc esse communem opinionem Marcus Antonius de virib.iuramẽ. num.22.eam sequutus. Et tenuit eandem opinionem ipse Bald.in.c.querelam. num.5.de iureiur.Feli.ibi.num.8.Ias.in.l.2. num.47.de iur.emphytheo. Decius in au thent.qui rem.nu.10. de sacrosanct.eccle. idem.consi.138.num.4.Corsetus.verb.em phytheota.1.Hyppolyt.sing.226.& testa tur esse communẽ Gozadinus.consi.57. num.19.eam sequutus.& eam sequitur al legans alios Gomez.in.§.item si quis postu lante.nu.8.de actio.instit.Ioan.Anto.Tri gona.singula.23.& mihi placet, propter iu ramenti religionem. Tametsi idem Alcia. contrarium adfirmet.& allegãs alios Epi scopus Segobiensis in.c.quãuis pactum. de pact.lib.6.1.par.§.4.num.5.

Iudex præterea qui malè officium ad-
46 ministrauit, propter iuramentum ab initio præstitũ.auth.iusiur.quod præst.ab his.in cidet in pœnas huius.l.quod Curt.rectè obseruauit in.l.diem functo.nu.44.ff.de offic.assess. Respondit quoque Matheśala
47 nus.singul.50.venditorẽ non teneri ad eui ctionem, si emptor pretiũ, quod ad certũ diem iurauit soluere, nõ numerauit, licèt post diẽ illũ id persoluerit, priuatur enim ille actione qui iuratam promissionẽ non
48 impleuit. Ad compromissa quoq; l.hãc. extẽdit, Panor.in.c.per tuas.nu.14.de arbi.

49 Secũdò ampliabis.l. hanc vt procedat non solùm in actore, verùm etiam in reo: nã præterquã quòd semp oporteat æqualitatem inter hos seruare, ratio iuramenti, quæ totã hanc materiã regit, cõis vtrique est.atq; ita.l.hanc interpretantur gl.verb. cõsequutus quã dicit esse cõiter approbatã Curt.Iunior.nu 28.Bar.nu.12, Iacobi.n. 63.testãtur esse cõmunẽ opinionem eam sequuti Claudius de Seysel.nu.43. Thom. Parpal.nu.109.Cagnolus.num.129.Bologne tus.nu.26.& hæc opinio mihi placet, tametsi Antonius de Prato in.4.vol.consiliorum Alexan.de Imola.consi.49.nu. 36.vers.nec obstat prædictus.adfirmet.l. hãc ad actorem solùm pertinere, quoniã text.dicat, actionem perdat. Sed huius opinio explosa ab omnibus est. Licèt enim in actore verba legis cõcepta sint, ppter correlationẽ ad reũ quoq; pertinebũt.vulg.l. fi.de indict.viduit.coll.1.de cupres.lib.11.

50 Tertiò ampliabis text. hunc, vt procedat non solùm in eo qui iuratam trãsactionem violauit, sed etiam in hærede transigentis, qui iuratæ à defuncto transactioni contrauenit. ita enim voluit Angel.de Perusio.quem hic retulit Thomas Parpal. nu.96.quem illa ratio mouit.quòd hæres ac defunctus censeantur vna eademq; persona.in auth.de iureiur.à moriẽt.præst. in princ.col.5.Idq; arbitratur Ange.procedere vel maximè, si ad obseruantiam transactionis hæredes quoq; suos (quod cõmuniter fieri solet) transigẽs obligauerit.existimat tamen Angelus hęredẽ hunc ab infamia liberari cùm in reliquas pœnas

hac.l.statutas incidat. Hanc opinionem tenet præterea Paul.de Cas. quem hic refert Curt.Iun.nu.24. dicens iuramentum hac in parte transire contra hæredem, veluti sequelam,& accessoriũ ipsius contractus. allegat ille text.in.l. seruus si hæredi. ff. de statu liber. vbi conditio statu libero impo sita, vt decem datis, liber fiat, transit in omnem successorem. Maxima est authoritas Ang.de Perus. ac Pauli de Cas. sed eorum decisio dura est, quod Curtius Iunior fatetur, & eam iure optimo reprehendunt Parpal. nu.97. Cagnol. nu.143. Quorum opinio illa ratione satis instructa esse videtur, quòd iuramentum est obligatio quædam personalis, quæ iurantis duntaxat animam ligat, non igitur obligabit hæredem, qui non iurauit. l. generaliter. in principio. de re. credit. c. veritatis. de iureiur, sicuti accidit in voto, atque cæteris contractibus spiritualibus. c. vnico. 30. q.2. ad cuius obseruantiam hæres ipse minimè tenetur, nisi ipse se obligauerit. c. licèt. de voto.

51 Nam & generaliter decretum est, vt si quis iurato aliquid promiserit, licèt hæres huius veluti hæres teneatur stare conuentioni, non tamen si eam non seruet, erit periurus, quod in illo. c. veritatis. tenuere Antonius, Imola, & Panor. atque alij plures, quos idem sequutus allegat Episcopus Segobiensis in. c. quamuis pactũ. de pact. in.6. 1.p.§.4.nu.4. & testatur hanc opinionem communem Nonius de Auendaño de exeq.mand.reg. c.27.nu.11.in fine.

52 Neque si transigens obligarit suos hæredes ad iuramenti obligationem, obligatio iuramenti eos comprehendet, quippe quæ sine vero consensu hæredis ligare ipsum non potuit.

Neque obstat huic sententiæ, quòd hæres ac defunctus vna eademque persona iure fingantur, quoniam id quoad alios effectus verum est, non quoad iuramenti religionem obseruãdam, in qua re vera propriaq; persona iuret oportet, vt pœna periurij teneatur. neque text.in. l. seruus si hæredi. ibi, de iuramento verbum nullum.

53 Illud sanè extra controuersiam esse video apud frequentiores, vt habeat locum hæc.l. etiam in fauorem hęredis eius, cui facta transactio est, si is qui transegit, eam violauerit. quod ex text.in illo. c. veritatis. quàm optimè deducitur. idem videtur esse dicendum in cessionario eius, in cuius fauorem transactio concepta fuit, huic enim si fides violetur, tenebitur transactor pœnis huius.l. tametsi Bal. in.l. sed si hoc. in princ.ff. de in ius vocan. existimẽt iuramentum alicui præstitum personale quoque esse ex parte eius cui præstatur, in quo tamen ille cogitandum reliquit.

54 Quartò ampliabis.l. hanc, vt habeat locum eius remedium, etiam in singulari successore: vt si domus ex causa transactionis remaneat apud Petrum, quam ille in Ioannem alienauit, & post factam alienationem contrauenit transactioni, is, in cuius fauorem fuit facta transactio, poterit rem illam ab illo Ioanne vendicare. ita enim.l. hanc interpretantur Alciatus in finalibus verbis. Cagnol. nu.146. Verùm in hoc frequentiùs arbitrantur non habere locum l.hanc, quoniam eius remedium sit condictio ex hac.l. at verò condictiones, actiones personales sunt. §. appellamus. de act. Institut. sed hæ non dantur contra tertios possessores. l. fin. vbi ego hoc latiùs disputaboi, si aduer. credit. atque ita in specie huius l. respondit Alexand. cons.92. vol.1. & eius opinionem sequuntur Curtius Iunior nu. 26. Thomas Parpal. num.92. vt non dubitem alienatorem ad æstimationem rei alienatę, esse obligatum: in subsidiũ quoq; existimo actionem contra tertiũ possessorẽ competituram: arg. tex. generalis. in.l. fi. in prin. ff. de eo per quem fact. erit.

55 Quintò ampliabis.l. hanc, vt habeat locum, etiam si is, qui transactioni contrauenit, à Papa impetrasset facultatem contraueniendi, quoniam non liceat Papæ tollere effectum iuramenti inductum à lege ciuili, licèt possit liberè dispensare in iuramẽto inducto à lege canonica. ita enim

voluit

voluit Paul. de Cast. qui ita olim respondit, cuius sententiam velut notabilem refert ac sequitur Curtius Iunior hic nu. 2. Sed ego in contrariam sententiam procliuior sum, existimo enim, vt primum iuramentū cōtractui accesit, vniuersi contractus causam ad summum Pontificem pertinere. c. venerabilem. de elect. c. fin. de for. comp. lib. 6. Poterit igitur summus Pontifex causa cognita dispensare, ne qui transegit, periurij crimen incurrat. Cæteras autem pœnas hac l. statutas, in præiudicium tertij, cui illa ex suo cōtractu competunt, auferre non poterit. Si quis autem, postquam transactionem iuratam violauit, dispensationem petierit, indignus est cui illa concedatur, quoniam frustrā l. auxilium implorat, qui iam in ipsam l. offendit. l. non dubium. de legi. l. auxilium, ff. de minor. atque ita Iacobinus hic obseruauit num. 60.

56 Sextò ampliabis legem hanc, vt habeat locum etiam in foro, quod conscientiæ appellant, nam & in eo poterit is, qui has pœnas hac l. statutas exegit, iure optimo retinere. ita enim l. hāc interpretatur Thomas Parpal. numero. 104. dicens aliquando fuisse in contraria opinione. & tenet eandem opinionem Syluester. verb. transactio. versic. quintum dispositio. l. si quis maior.

57 Sed huic opinioni negocium facere videtur gl. notabilis, licèt vulgata in. c. fraternitas tua. in gl. cum augmento. ibi, quæsitum fuit si aliquis. 12. q. 2. dicens pœnas legales minimè deberi in foro cōscientiæ: licèt enim quis furtum fecerit, non tenebitur in foro animæ ad pœnam dupli vel quadrupli vel septupli quæ imponitur apud nos, sed satis erit, si rem subtractam restituat. & eius gloss. opinionem sequuntur ibi omnes canonistæ, & præterea Bal. in l. post decisionem. fin. col. de furt. Ioannes de Imola in l. stipulatio. §. alteri. nu. 28. ff. de verb. obligat. dicens eam esse singularem. Panorm. nu. 10. dicens nescire se alibi eam gl. Fel. col. 17. Decius nu. 20. in. c. 1. de cōsti. atque idem Panor. in proœmio Rex pacificus. nu. 6. Iaf. in. §. sed iste quidem. nu. 110. de act. Instit. idem Iaff. in. l. vt vim. nu. 22. ff. de iust. & iur. Alciat. in. c. cùm non ab homine. nu. 12. de iudici. Segura in. l. filius dum in ciuitate. nume. 15. ff. de verbor. oblig. Maynerius in. l. quod à quoquam. nume. 3. ff. de reg. iur. Thomas Parpal. in præsen. nu. 104. dicens singularem esse gl. illam. communem esse gl. illius opinionem, præter alios testantur hi. Panormit. in c. dilecti. nu. 12. de arbit. Iaff. in. l. si ab hostibus. §. 1. col. 6. ff. solut. mat. Decius & Cagn. vterq; col. 1. in illa, l. quod à quoquā. noster Fortun. de vlti. fine. vtriusq; iuris nu. 205. Mart. Nauarr. in. c. sacerdos. de pœnit. dist. 6. nu. 146. Episcopus Segobiens. in epit. de sponsal. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 10. Cagnol. in præf. & ex theologis testantur gl. opinionem esse communiter approbatam, summa Rosella in parte pœna. §. 8. Ioannes de Medina de restit. rub. de rer. diuis. q. 1.

58 Sed huic difficultati respondet ipse Parpal. gl. illius traditionem non procedere in pœnis legalibus, quæ imponuntur ipso iure, illæ enim debentur in foro, quod conscientiæ appellant, atque ita existimat ille limitandam esse gloss. in illo. c. fraternitatis. & ita limitant gloss. illam plurimi, quos allegat Tyraq. in. l. si vnquam. verb. reuertatur. de reuo. donat. nu. 236. qui nu. 237. testatur hanc communem opinionē. Sed re uera fallitur Thomas Parpal. qui aliorum quoquo opinionem sequutus existimat gl. illam non procedere in pœnis, quę ipso iure à lege imponuntur, namque & in illis verum est, eas minimè deberi in foro animæ, quousque sequuta sit condemnatio. ita enim gloss. illam frequentiùs interpretantur plærique omnes, quos suprà allegaui. Fitque compertissimum ex eo, quòd hæretici quoque, & quicumque diuinam læsere maiestatem (quorum bona in detestationem tanti criminis ipso iure à lege ipsa confiscantur. c. vergētis. de hære. c. cùm secundum leges. de hære. lib. 6.) iure optimo bona illa possidebunt quousq; senten-

tia iudicis competentis ea fisco restituere fuerint cõdemnati. Quam opinionem ex antiquioribus authoribus tenuerunt plurimi, atq; ex recentioribus Angel. de Clauasio. verb. Pœna. §. 3. suma Rosella verb. absolutio. 1. §. 19. & iterum verb. restitutio. §. 6. Sylvest. verb. hæresis. 1. q. 8. verb. tertia. frater Petrus de Couarruuias. de remedio iusorum. 3. parte. c. 21. testantur hanc opinionem esse communẽ eam sequuti Sylvest. verb. asasinus. quæst. 5. Iacobus Septimancensis. de institut. catho. c. 9. num. 82. Et eam sequuntur Dominicus de Soto de iustit. & iur. lib. 1. q. 6. articulo. 6. Ioannes de Medina de restitut folio. 4. colum. 3. in princip. Episcopus Segobiens. de sponsa. 2. parte. c. 6. §. 8. num. 10. quæ opinio est vt recepta à frequentioribus ita, quoque vera. Tametsi contrariam quæ, quidem durissima mihi semper visa fuit, tenuerint Panor. in cap. 1. num 11. de constitu. Feli. ibi. col. 17. Decius. nu. 20. licèt hic non satis firmet pedes. Bolognetus impiè. nu. 88. Feli. in. c. Rodulphus. nu. 38. de rescrip. Alfonsus de Castro de iust. puni. hære lib. 2. c. 7. atque idẽ ex professo de leg. pœnal. lib. 2. c. 27. Martinus Nauarrus in Manuali. c. 23. nume. 66. Antonius Gometius lib. 3. variarum resolutio. cap. 2. nu. 6. quorum opinio cõmuniter explosa est. Quare licèt pœnæ hac l. statutę sint impositę ipso iure, non tenebitur eas pendere is, qui transactionem fuit prætergressus. 60

Imò probabilissima sententia est, neq; post condemnationem teneri quemquã pœnas legales persoluere quousque executio facta sit, quod in pœna confiscationis bonorum propter hæresim grauissimi authores receperunt, & ego in specie nostræ l. verissimum esse existimo.

59 Adde huc, neque si hę pœnæ in conuẽtionem fuerint redactę, teneri qui transactionem violauit eas sponte soluere, nisi à parte illę petantur. quod Philippus Corneus respondit cons. 69. num. 39. volum. 2. Rebuffus in. l. vnica. de sentent. quæ pro eo quod interest. profer. nu. 40. 61 62

In summa, qui violauit iuratam transactionem, non tenetur in foro animæ has pœnas pendere aduersario: sed si eas sponte persoluat, aut à iudice compulsus, is cui earum commodum cessit, iure quidem optimo tenebit eas sine dispendio salutis æternæ.

Limitabis tu modò. l. hanc, vt non habeat locũ, si inter contrahentes ipsos dum transigunt conuentum sit, ne violata etiam transactione ad pœnas hac. l. statutas agi possit, quod verè iudicio meo Cagnolus hic obseruauit. nume. 148. Generaleque omnibus in contractibus est, vt ex conuentione partium contractus legem accipiãt, vulg. l. 1. §. si cõueniat. ff. depositi. l. contractus. ff. de regu. iur. cum alijs. 63

Secundò limitabis. l. hanc, vt minimè habeat locum si is, qui ad eius pœnas agere vult, perfectè non impleuerit transactionem ex parte sua, oportebit igitur agentem in primis fidem iudici facere implementi ex sua parte sequuti. ita enim sensit glos. hic verb. seruauerint, vt sequuntur hanc limitationem Claudius numer. 46. Thomas Parpal. nume. 105. Cagnol. num. 130. Corneus cons. 246. volum. 2. nume 6. Et est ratio, quoniam illi debet permitti pœnã petere, qui in ipsam nõ incidit. l. cũ par. §. 1. ff. de regul. iur. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. Generaleque omnibus contractibus est, vt is qui agit, ante omnia debeat munus suum adimplere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. glos. fina. in. l. ædiles etiam. §. fina. ff. de ędilit. edict. 64

Tertiò limitabis text. hunc, vt minimè habeat locum, nisi postquam plenè probatum est agentem ex parte sua impleuisse, contrauentio quoque, atque violatio iuratę transactionis ad vnguem

probata

probata sit. quod idem Parpal. & Cagnolus ad l. hanc rectè obseruarunt, nõ quidẽ per semiplenas probationes, sed per eas quoque quæ in causis criminalibus exigerentur. atque ita etiam Barbatius ad speciẽ huius l. respondit consi. 15. vol 1.

65 Cuius rei ratio illa ferè omnibus communis est, quoniam ad exigendas pœnas legales, oportet probationes esse liquidissimas. l. in testamento. 1. ff. de condit. & demonstrat. vbi ex probabilibus etiam coniecturis non committitur pœna a testatore præcepta: atq; eum tex. expendunt in hanc sententiam Bald. & Imol. ibi. Socinus optimè numer. 3: atque idem Bald. in c. 1. nu. 12. versi. porrò in prædictis. qualiter dom. propriet. seu priuet. idem Bald. in l. vnica. 3. oppositi. nu. 6 j. de his quæ pœnæ nomi. relin. dicens non esse hic locum iuramẽti delationi, sicut in cæteris causis. quod inquit Bal. esse mente tenendum. Alexan. consi 33. nume. 1. vol. 1. dicens singularem esse text. in illa. l. in testamẽto. quem etiam in eandem sententiam dicit esse singularem Iaſſ. in. l. qui Romæ. 4. cohæredes. numer. 11. ff. de verb. obligat. & allegans alios Carol. Molinæ. consi. 47. num. 4. qui addit text. in. l. pe. ff. de pœn.

66 Quartò limitabis l. hanc, vt minimè habeat locum, si is qui agit contra transgressorem violatæ trãsactionis, recepit aliquid à reo ipso qui transactionem violauerat, hoc enim ipso visus est pœnas hac. l. contentas remittere. ita enim. l. hanc limitauit Thomas Parpal. num. 108. Cagnol. nu. 136. quorum opinio vera mihi esse videtur. ex textu. in. l. post diem. ff. de leg. commissor. vbi qui post diem legi commissoriæ præstitum pretium petit, videtur legi commissoriæ renuntiare. Adde huc. l. commissoriæ. de pact. inter emp. & vendit.

67 Quæ sententia confirmatur quàm optimè ex gl. notab. in. c. 1. verb. & mensem. ver. sed pone. quo tem. p. miles. dicente quòd si à vassallo, qui intra annum & mensem investituram à filio vel hærede domini decedentis non petijsset filius ipse vel hæres cõsultò pensionem receperit, videri eos remisisse ingratitudinem, quã illi ob huiusmodi negligentiam contraxerant. & gl. illius opinionem sequũtur ibi omnes doctores. & testatur esse communiter approbatam eius sententiam sequutus Alexan. consi. 14. nu. 10. vol. 2.

68 Dominus quoque emphitheosis, si ab emphitheota, qui triennio cessauit canonẽ exsoluere, recipiat præteriti temporis pensionem sine protestatione, videtur iure expulsionis renuntiare. quod gloss. notabilis scripsit in. l. 2. verb. repellere. de iur. emphi. vbi eius opinionem sequuntur Dy. & frequentiores, & qui eos refert Iaſſ. num. 124. alia in. c. potuit. verb. ex pelli. de locat. vbi eam sequuntur canonistæ.

69 Vltimo loco ex hac. l. illud notabis, eam inter cæteras virtutem iuramento inesse, vt vbicunque illud contractui accesserit, impartiatur illi vim paratæ executionis, id enim significat verbum, mox, in hac. l. positum. Et non est mirum iuramento adesse paratam executionem, in quo fides Deo præstatur, cùm & contractui depositi, quo

70 niam fides in eo homini præstatur de restituenda re deposita, parata quoque sit executio. l penultima ibi, ilicò modis omnibus compellatur. infra. depos it. ex quo text. ita colligit ibi Bartol. numero tertio. cuius opinionem Angelus & Paulus de Castro. item Alexand. ad Bartol. probarunt, dissidentibus à Bartoli sententia Bal. ac Saliceto, qui contendunt deposito non competere paratam executionem. Sicus neque cæteris contractibus iure communi competit l. minor viginti quinque annis cui fidei commissum. ff. de mino. & horum opinionem tenet Antonius de Canario de executio instrument. quæst. 7. Iacobi. in. l. fin. nu. 5. de edict. Diui Adria. toll. dicens vidisse se secundũ opinionem Bal. ac Salic pronũtiari. Sed Bar. sententia vera est, quã sequũtur præterea ex eo. tex. Alex. in. l. fi. nu. 3. de edic. Diui Adri. tolle. idẽ Alex. in l. si cũ dotem. 5. trãsgrediamur. nu. 6. ff. sol. mat. idẽ in. l. ait prætor. 5. si iudex. nu. 4. ff. de

re iudicat. Barba. in. c. bona fides. de depos. Roder. Xuares in. l. postrem iudicatam. 3. notabi. vers. adde quintum. de re iudicat. Boerius decis. 295. nu. 7. Ioan. Bernal. regu. 334. Rolandus à Valle. consi. 17. Segura in l. si ex legati causa. nume. 62. de verb. oblig. Curtius Iunior in. l. 1. supr. de eden. nu. 15. & ante eum Iaſ. ibi nu. 4. decis. 5. nu. 6. Iuramento autem paratam eſſe executionem, ſi iudiciale illud ſit, nemo ambigit, cùm ſententiæ illud æquale ſit. l. ſed etſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate. ibi, id conſequi debebo, quod haberem, ſi ſecundum me de hæreditate pronuntiatum eſſet. ff. de iureiur. Sed in iuramento extra iudicium inter partes ipſas conuento idem eſt, vt & paratam habeat executionem, cui rei ptæſtat optimum argumentum text. hic, vt eum iam expendi. & ita tenet Bartol. in. l. 2. numero octauo. ff. de iureiur. vbi inquit mirariſe hunc executionis modum, non eſſe conſuetudine comprobatum. & inquit Bald. in. l. 1. infra de teb. credit. numero. 5. quòd illa fuit ſingularis ſententia Bartol. ab ea tamen diſcedens. Addit Romanus in rub. ff. de arbit. nu 58. hãc fuiſſe nouam Bart. traditionem. Licèt autem poſteriores ſententiam Barto. aliquibus fundamentis inſtruxerint, illa omnia infirma ſunt, atq; ad virtutem iuramenti iudicialis ſpectantia. Bart. autem ſententiam ſequuti ſunt in proprio loco Ful. nu 10 Alex. nu. 5. Iaſ. nu. 9. qui pro Bar. ſentẽtia nu. 18. inducit. l. hãc. & nu. 19. teſtatur hanc eſſe cõm. opinionẽ cum Bar. Et tenuit eãdẽ opinionẽ ipſe Bar. in. l ſed etſi poſſeſſori. §. fi. nu. 7. ff. de iureiu. vbi eius ſententiã probarũt Sali. nu. 6. Fulg. ibi in princ. Alex. 1. notab. Iaſ. nu. 1. idem tenuit etiã Paul. de Caſt. in. l. poſtrẽ iudicatã. nu. 2. ff. de re iudic. Alex. ibi nu. 2. vers. & dicit Bar. Et qui cęteris diligentiùs articulum hunc excuſsit Rodericus Xuarez ibi. 2. notab. nu. 7. licèt ratione quadam leuiſsima à Bar. diſcedat Zaſius ibi nu. 2. & tenuit idẽ Paul. de Caſt. in. l. nam & poſteà. §. ſi petitor. nu. 14 ff. de iure. vbi eam quoq; Bar. ſententiam cõmendat, dicẽs à Bal. fuiſſe reprehenſam ſtudio potiùs cõtradicendi, quàm bona quapiã ratione. quam ab omnibus eſſe probatã teſtatur Ang. de Are. in §. item ſi quis poſtulante. nu. 5. de act. Inſt. vbi eam ſequitur Iaſ. nu. 17. & iterũ eam optimè defendens nu. 87. communem teſtatur Iaſ. eam ſequutus in. l. nulli. num. 8. ff. de iudi. cõmunem eſſe teſtatur idem Iaſ. conſ. 85. col. 1. vol. 1. & eam ſequuntur Matheſola. ſing. 20. Antonius de Canario. de execut. inſtrument q. 4. nu. 7. Teſtatur hanc opinionem eſſe communem Oroſcius in. l ta le pactũ. §. qui prouocauit. nu. 22. ff. de pac. Et hæc opinio. veriſsima quidẽ eſt, tametſi Ang. nu. 2. Rom. nu. 13. in illa. l. 2. Bart. ſententiã reprehẽdãt. itẽ Bal. in. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. eo. tit. Rom in. l. ſed etſi poſſeſſori. §. fi. de iureiu. nu. 20. Panor. in c. fi. in prin. nu. 3. de iureiu. nec ſatis tutã eſſe hanc Bart. ſententiã arbitretur Marc. Bau. de iur. nu. 55. quorũ illa ſunt contra Bart. firmiora fundamẽta. Primò, quòd ex iuramẽto oriatur actio in factũ, ſed cùm actio intenditur, libello iã opus eſt, & cauſę cognitione. l. 1. ff. de eden. Sed rectè huic fundamento ab Alexan. Bart. defenditur ſententiam Bar. eſſe accipiendam, cùm pro executione promiſsionis iuratæ intenditur officium iudicis, non ſi actio ipſa intendatur. Ego verò exiſtimo adiecto inſtrumento iuramento, ſiue actio ipſa contractus intendatur, ſiue iudicis officium, ſemper adeſſe promiſsioni paratam executionem. Et hãc opinionem teſtatur eſſe communem, eam ſequutus Aretinus in. l. petens. col. 3. ante medium. ſup. de pact.

Secundò contra Bartolum obijciunt text. in. Liu ſiurandum & ad pecunias. §. fi. ff. de iureiur. vbi poſtquam iuratum eſt, oportet ſententiam ſequi: nam ſi ex iuramẽto poſſet peti executio, quorſum ſentẽtia expectaretur? Sed & huic fundamento pro Bartolo reſponſum eſt, rectum illum agere in iuramento iudiciali, in quo neceſſum eſt ſententiam condemnatoriã ferri, poſtquam illud delatum eſt, præcedente libello, & litis conteſtatione. Bartol.

verò

verò agit in iuramento voluntario delato à partibus ipsis, vbi nulla præcesſit libelli oblatio, vel litis contestatio.

71 Nã & idem in confessione euenit, si eñ illa facta sit sine libello, non est necessum subsequi sententiã condemnatoriam, sed nudum præceptum de soluẽdo est satis. l. si debitori. ff. de iudi. l. si reus paratus. ff. de procur. Si verò emissa confessio sit præcedente libello atque litis contestatione, oportet sententiam sequi condemnatoriã. quod glo. notabilis obseruauit in. l. vnica. de confes. in glo. magna. vers. & si quæras. vbi eius opinionem sequuntur Cinus. 2. quæst. & testatur esse communẽ opinionem eam sequutus Salicet. num. 15. & idẽ quoque voluit glo. in. l. certum. §. fi. in glo. fi. ff. de confes. vbi eam sequitur Bart. nu. 1. idem Bart. in. l. 1. ff. de confes. nu. 2. & idem quoque voluit gl. in. l. 1. in glo. cum iudex. ibi, quid autem si confiteatur. j. de liti. contestat. & probari videtur sententia hæc ex tex. in. l. Iulianus. & in. l. qui Stichum. ff. de confes.

Tertiò contra Bart. obijciunt text. in. l. qui iurasse. §. fi. ff. de iureiur. vbi dicitur iuramentum habere vicem conuentionis, atque contractus: at cõtractus, non habẽt paratam executionem. Sed huic quoque fundamento respõdeo post alios, iudiciũ quoque atque sententiam vicem contractus obtinere. l. 3. §. idẽ scribit. ff. de pecul. Omnem. ff. de iudi. & tamen habet illa paratam executionẽ. His igitur omnibus rectè perpensis, ego sententiã Bart. sequi malo. Licèt autem Bart. ipse solùm videatur agere in iuramento decisorio cùm ob metum futuræ litis à partibus defertur ratio atque religio iuramenti, & in confirmatorio contractus militat, & in eo quoque sententiam Bart. locũ sibi esse vendicaturam existimo, semper enim videtur veluti in iudicio delatum huiusmodi sacramentum, cùm à tabellione recipiatur, qui iudex saltem chartularius est. gl. 2. in. l. 1. ff. de iudi. quam ibi sequuntur omnes. Bal. in. l. secundum. de donatio. 2. lect. nu. 1. vers. regulariter. dicens glo. illam non esse alibi. Alex. in. l. si cũ dotem. §. eo autem tempore. nu. 6. ff. solu. mat. Feli. in. c. cæterum. nu. 2. vers. quartò limita. de iudici.

72 Collige postremò ex. l. hacibi. quæ pactis probantur inserta. iure ciuili actionem ex iuramento dari, hic eñ nulla transactioni accesit stipulatio, & tamen actio nata ex transactione fuit. quæ ex nudo pacto oriri minimè potuit, produxit igitur illam iuramentum. atque ita legem hanc expendunt Raphael Cumanus in rub. ff. de ver. obligat. Romanus in. l. 1. in princ. nu. 37. ff. eod. titu. Et tenet hanc opinionem Ludouicus Roma. in præsenti. item Bolognetus nu. 74. allegans alios. Episcopus Segobien. in. c. quanuis. pactum. de pact. lib. 6. 1. part. §. 2. nu. 5. ad fin. diligenter rem hanc prosequutus. Verior tamẽ opinio est ex iuramẽto promissorio actionem non oriri, nisi stipulatio accesserit promissioni. quã tenuit gl. ordinaria. in. l. 1. verb. imposit. ç. j. de ope. libert. quæ speciali ratione inquit ibi fuisse nudam promissionem iuramento confirmatam, indeque actionem fuisse productam: libertus enim si vel solo iuramento operas patrono promittat, efficaciter obligatur l. si quis pro eo. in prin. fl. de fideius. l. vt iurisiurandi. ff. de oper. libert. l. fi. ff. de liber. caus. quasi speciale ius in hoc constitutum sit propter grande beneficium libertatis in libertum à patrono collatum. Tenent igitur hanc opinionem in præsenti Salicet. & Alexã. nu. 14. & testantur hanc esse communem opinionem eam sequuti Iacobinus nu. 34. Claud. n. 21. Ias. nu. 23. Cagno. nu. 95. & eam sequitur Thomas Parpal. nu. 74. & tenet hãc opinionẽ Bart. in. l. iusiurandum quod ex conuentione. in prin. nu. 2. ff. de iureiur. vbi inquit Bart. hanc fuisse opinionem Guliel. de Cugno, quam posteriores ibi post Bart. receperũt. Et testantur esse communem eam sequuti Alexan. ibi. nu. 2. Ias. nu. 7. & tenuit eandẽ sententiam Bart. in. l. si quis pro eo. nu. 3. ff. de fideius. idem Bart. in. l. vt iurisiurandi. nume. 1. ff. de oper. libert. & videtur huius

quoque opinionis idem Bart.in.l.iuriſgen tium.§.quinimo.ff.de pact.cum enim om nia pactorum veſtimenta diligenter enu merauerit,iuramenti non meminit,quaſi eius interuentu nuda promiſsio minimè confirmetur. & ibi expreſſisù ſequuntur hanc opinionem Ange.de Peruſio.nu.10. Ias.nu.21.fuitque opinio hæc Iacobi Butricarij in.l.1.de oper.liber.ĩ.vbi eam ſequũ tur Cinus quæſt.5. Albericus.nu.4.dicens verioré eſſe hanc opinionem. Bald. nu.4. Ange.nu.4.Salice.nu.7.teſtatus hanc eſſe communem opinionem, quam optimè defendit Ioan.de Imo.in.c.cũ contingat. num.31.de iureiur.& teſtãtur hanc opinio nem eſſe communem hi præter alios An tonius Corſetus in tractat.de iureiu.q.11. nu.72. Marcus Antonius Baua. de viri bus iuramenti.nu.50. Tametſi hic adfir met contrariam ſententiam aliquando ſe ſuſtinuiſſe Galiaula in rub.ff.de verb.obl. num.85.Fortunius.in.c.1.de pact.num.23. Ioan.Corraſius.in.l.admonendi.nu.12.ff. de iureiur.Ioã. Igneus.in auth.ſacramenta puberũ.nu.12. ſi aduer. vẽdit. Ias. ibi nu.11. pro qua etiam induci ſolet text. in.l.cũ an tea.verſ.exceptis.de arbit.ĩ.vbi ex compro miſſo quoque, cui acceſsit iuramẽtum,ſi pacto nudo fuit celebratum,non oritur actio,niſi ſequuta emologatiõe atque. ita eum tex.expendit Bald.ibi ad finem.dicẽs nulla lege conſtare,vt pactum nudum iu raméto confirmetur. Huic autem legire ſpondent,ne communem opinionem of fendat, tranſactioni ſtipulationem acceſ ſiſſe,neque enim aliter pœna tranſactioni adiecta peti potuit, quod diuinatio hæc videatur,cùm ſtipulatio quæ in facto con ſiſtit.l.conſilio.in fine.ff.de curat.furio.mi nimè ſit præſumenda. vulg.l.in bello.§.fa &e.ff.de capt.& poſt.reuer. Reſpondet ſta tim nec inſubtiliter Hieronymus Cagno. ſtipulationem hic interueniſſe ſuaderi ex illis verbis,non implendo promiſſa: quo niam verbum,promiſit,redactum in ſcri pturam ,ſolennem ſtipulationem ſignifi cet.§.ſi ſcriptum.de inuti.ſtipu.l.ſciẽdum. ff.de verb.obligat.l.1.de vſu.ĩ.ſcripturam autem hic interueniſſe ex eo coniectant, quòd illa ſemper in tranſactionibus ſoleat interuenire,maximè accedente iuramen to,quod plerunque à tabellionibus recipi ſolet.Sed hæc diuinatio quoque eſt, quo niam promiſſum poteſt referri, & ad nu dam promiſsioné ſiue pollicitationé, ſiue ſponſionem.l.ſciendum.verſ.promiſſum. ff.de ædilit.edict. vt non rectè difficultas hæc adhuc à Doctoribus explicita videa tur. Obſtare præterea communi huic ſen 73 tentię videtur tex. in auth. ſacramenta pu berum.ſi aduer.vendit. vbi ſi iuramẽtum adimas,nulla erit contra minorem vendẽ tem, vel ementem alióve quouis modo contrahentem actio,quę tamẽ addito iu ramento contractui quàm tenaciſsime minorem obligat; adeò vt in integrũ quo que reſtitutionis auxilio priuetur. Sed illi tex. facilè poſſet fieri ſatis, ſi exiſtimemus verum eſſe intellectum Vulgari,qui ſem per contendit,tunc demum iuramentum minori obeſſe,cùm interponitur ſuper cõ tractu valido cum curatoris authoritate atque iudicis decreto celebrato,& hoc ſo lùm iuramentum operari, vt minor in in tegrum reſtitui minimè poſsit, iam igitur actio nata fuerat ex contractu. Sed hic in tellectus licèt eum Cinus,& Vltramonta ni(quos vocant)ſuſtinuerint,eſt commu niter improbatus. Obtinuit denique Mar tini ſentẽtia exiſtimantis inualidum quo que contractum iuraméto confirmari,in deque actionẽ oriri. Quare ego exiſtimo Federicum Imperatorem cùm iam eccle ſia Romana magnas radices egiſſet,eiuſq; miniſterio iuramẽtir religio coli qua opor tet reuerentia cœpiſſet, ſtatuiſſe,vt ex iura mento contractus confirmatorio actio in minores quoque competeret. Iure autem canonico certùs eſt obligationem ex ſolo iuramento promiſſorio dari. Cùm enim iu re illo,vel ex ſolo pacto nudo actio detur. c.1.de qualiter.de pact. c.quicunque ſuffra gio.12.q.2.cur ex iuramento quoque non detur? Et ita videtur opinionem hanc ſignifi

caſſe

casse.glo.ordinaria in.c.quoties cordis oculus. verb. Per te. ibi, maximè si interueniat sacramentum. 1. q. 7. & tenet hanc opinionem Bart. in l. si quis pro eo. nu. 4. ff. de fideius vbi inquit Bart. audiuisse, quòd hanc quoque opinionem tenuerint Hostien. & Ioan. Andr. in c. cum venissent. de institu. vbi re vera eam sequuntur. Et ibi testantur hanc opinionem esse communem eam sequuti Antonius de Butrio. nu. 23. vers. quartus, & vltimus. Ioannes. de Imola. numer. 30. & eam sequitur Panorm. numer. 26. & tenent eandem sententiam grauissimi canonistę. Dinus in cap. non est in mora. de regu. iur. libr. 6. Archidiaconus in cap. iuramenti. numer. 4. 22. q. 5. Hostien. in cap. per tuas. de arbi. Anton. de Butrio. in cap cum contingat. de iureiurã. numer. 7. dicens hanc Barto. opinionem sibi placere. vbi Alciat. numer. 172. testatur hanc esse communem opinionem. & eam sequitur Antonius de Butrio. testatus esse communem in cap. primo. num. 5. de pact. vbi idem videtur placuisse Ioanni de Imola. num. 8. & testantur præterea hanc opinionem esse communem eam sequuti Ioan. de Selua. de iureiur. 3. part. numero decimo. Corsetus in tractat. de iure iurand. quæst. 11. quam & Bald. quem nemo citat, probauit in authent. ei qui. numer. 72. de bon. aut. iu. pos. Est autem ratio huius propositionis euidentissima, qm̃ ius pontificum iubet omne iuramentum seruari, quod in dispendium salutis æternæ non vergat. c. 2. de pact. in. 6. cùm igitur iuramentum seruari præcipiat, videtur ex templò ad eius obseruationem actionem atque exceptionem prospexisse. l. statuas. ff. de acquir. rer. domi. glos. custodiantur. in authen. sacramenta puberum. si aduersus. Innocentius autem in illo cap. cum venissent. de institu. numer. 2. atque idem in cap nouit. num. 4. de iud. & in cap. quintauallis nu. 1. de iureiuran. Neque iure canonico existimat orin actionem ex iuramento promissorio, sed vel per euangelicam denuntiationem, vel per per iudicis officium existimat iurantem esse ad iuramenti obseruationem compellẽdũ. Quæ opinio paucis quibusdam placuit, cùm prior, quam retuli, à frequentioribus lubẽtissimè recepta sit. Iure autem nostro indubitatissima sententia est, ex iuramento promissorio efficacem obligationé dari, cùm hinc satis constare possit de animo obligarese volentis. l. 3. titu. 8. libr. 3. ordinamenti. Collige postremò ex hac. l. ibi, actione priuatus periurum non esse ad iudiciũ admittendum: si enim actione priuatur, frustra ad iudicium prouocabit, in quo nemo sine actione experitur. l. pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. Atque ita colligit ex hac. l. generaliter. Speculator in titulo de actore. §. 1. vers. item quid est periurus. num. 16. quòd & illa ratiõe probatur. Nã periurus non potest iuramentum calumnię subire. cùm enim semel deierauerit, nõ est ad iuramenti religionem amplius admittendus. cap. paruuli. 22. q. 5. quem text. dicit esse singularem Roma. in. l. admonendi. ff. de iureiurand. num. 88. cap. literas. de præsumpt. sine iuramento autem calumnię nemo iudicium ingredi potest. §. hæc autem. Inst. de pœna temere litig. cum alijs. Nam & ex eadem ratione qui semel deierauit, amittit beneficium iuratorię cautionis. quod Bald. eleganter notauit in authen. ei qui iurat. in princi. de bon. aut. iudi. pos. Roman. in l. 2. in princip. num. 39. ff. solut. matr. Feli. in cap. per tuas. de simo. nume. 9. Iaſ. in. l. 1. num. 23. vers. tertiò limita. ff. qui sat. dar. cogã. idem in. l. 2. §. quod diximus. num. 7. si quis caut. Hippolytus singulari. 74. num. 3.

75

76

Sed verius est periurum ab ea tantùm causa, in qua deierauit, esse excludendum ne agat, non verò à cæteris. atque ita text. hic est accipiendus. quod Alexander hic obseruauit. numer. 14. Iaſ. nume. 24. Iocobinus nume. 62. Bolognetus numer. 75. testatur hanc esse communem opinionẽ eam sequutus Cagnol. nu. 85. & tenuerunt hanc opinionẽ Ioan. de Lignano. & Collectarius in cap. intelleximus. de

iudicij

iudicij. Anton. de Butr. ibi. nu. 15. Panor. nu. 14. vers. sed quid de periuro. Feli. ibi. nu. 6. Decius nu. 17. Et tenent eandem sententiam Innocentius, & frequentiores canonistę in c. dilecti. de excep. quo in loco Feli. nu. 2. Decius nu. 3. testantur hanc esse cómunem opinionem eam sequuti Feli. in c. 1. nu. 28. vers. sed considera de iureiu. Alex. cons. 17. nu. 6. vers. & constat quod actor. volu. 3. Corneus cons. 215. nu. 5. volu. 3. Aymon. Craueta. cons. 199. nu. 13. Marianus, cons. 125. nu. 3. volu. 3.

Estque pro hac communi sententia ratio illa, quòd nusquam relatum sit periuro audientiam esse denegandam: nā quòd iuramentum illi minimè deferendum sit, qui semel peierauit, verum est, si iuramentum illud honoris sit, quale illud planè est, quod exigitur à teste. Est enim veluti dignitas quædam testimonium ferre in iudicio. c. pręceptum. 32. q. 5. atque huiusmodi iuramentum ei qui semel peierauit, deferendum minimè est: iuramentū verò oneris, quale iuramentum calumniæ est, periurus subire non prohibetur, ex text. pulcherrimo in c. cùm in Ecclesijs. de maiorit. & obedient. vbi canonici manifestissimè peieraverant, cùm priori, cui iurato obedientiam promiserant, restituissent, & tamen compellit eos iterum summus Pontifex obedientiæ iuramentum repetere. In summa hæc opinio vera est, & communis, tametsi Thomas Parpal. nu. 65. communem opinionem sequutus, eam limitet, vt nō procedat in eo, qui violatā transactionem iurauit, hic enim cùm infamia ꝓpter periurū pręgrauatus sit, nō erit amplius ad iudicium admittendus. Et fuit quoque huius sententiæ Parisius in c. dilecti. nu. 6. de exce. Sed cómunis resolutio vera sine hac limitatione semper est. Infamis enim ad iudiciū ire ꝓhibetur cùm alie no nomine agere vult, vel pro eo qđ publicè interest cōparere, nō verò cùm ꝓpriū cómodū persequitur. l. 1. §. remouet. ibi, postulādo ꝓ alijs. ff. de postul. c. omnib' 4. q. 6. cómunem. igitur opi. ipse probo.

Summa rerum. L. Si ex falsis.

1 *Retractatur transactio etiam iurata, si ex falsis instrumentis falsa sit.*
2 *Oportere tamen eam rescindi per in integrum restitutionem.*
3 *Quæ quadriennio solùm durabit.*
4 *Titulum, si ex falsis instrumentis habere locum, si sine dolo partis, instrumenta falsa producta sint.*
5 *Sed aliud esse, cùm agitur actione in factum, pro eo quod interest.*
6 *Text. hunc non procedere, si instrumenta falsa talia fuerint, vt ex illis obtineri non potuerit.*
7 *Item si reuera instrumenta illa producta nō sint.*
8 *Vel si fuerint à tertio fabricata, ignorante eo, qui ea produxit.*
9 *Atque inde elegans illatio proponitur.*
10 *Explicatur quædam oppositio.*
11 *Sententia lata ex falso iuramēto, an retractetur.*
12 *Legem hāc habere locum, si falsis testibus transactio facta sit.*
13 *Acta in causa criminali, an fidem faciāt in ciuili.*
14 *Instrumentum in parte falsum, non corruit in vniuersum, nisi defectus in persona notarij sit, quo casu corruit in vniuersum.*
15 *Si modò defectus sit in parte substantiali instrumenti.*
16 *Vel nisi circa accessoria, vt pœnam, & vsuras.*
17 *Vel si falsitas præsumpta sit, non vera.*
18 *Vel nisi pars confiteatur cætera capitula esse vera.*
19 *Instrumenta confecta à notario, qui alia instrumenta falsa confecit, an iure subsistāt.*
20 *Defectus in parte non substantiali, non vitiat instrumentum in totum.*
21 *Testis in parte vitiosus, an reprobetur in omnibus quæ dixit.*

¶ *L. Si ex falsis.*

Diuiditur in tres partes. In prima ponitur quædam decisio generalis. In secunda hæc eadem decisio limitatur. In tertia, exceptio quædam limitationis proponitur. Secunda est ibi, alijs firmis. Tertia ibi, nisi fortè etiam.

1 Collige ex text. Transactionem etiam iuratam retractari, si illa inita celebrata sit prætextu falsorum instrumentorum. Sed cùm text. hic retractari huiusmodi transactionem

actionē dicat, significat apertissimè transactionem valuisse. Inam & sub conditione. vetsi post defectū. ff. de in iust. rupt. sed videtur non valere transactionē, cùm semper subintelligatur clausula illa, si instrumēta, quorum prætextu initur trāsactio, vera sint. l. fi. de diuer. rescript. c. 2. de rescript. Glo. præcipimus. in præsenti respondisse videtur huic difficultati, dicens conditionem illam ad principum rescripta, ac concessiones pertinere, in cōtractibus verò non subintelligi. Et idē sequuntur Bart. & Bald vterque. 1. oppositē quibus posterior colligit diligēter in actibus litis decisiuis non subintelligi clausulam illam, si preces veritate nitantur. Sequūtur eandē solutionem Fulg. nu. 5. in fin. Pau. de Castr. nu. 8. qui admonet hoc esse diligenter notandum. Alexand. nu. 8. Ias. nu. 7. Curtius Senior. nu. 40. Iacobi. num. 15. Et glo. hanc veluti singularem allegauit Bald. in. l. 1. de vindict. libert. Paul. de Cast. in. l. 6. de diuer. rescrip. Sunt & aliæ huic similes, licèt hæc veluti singularis commendetur in. l. fi. ff. qui sat. dar. cogant. in. l. ita demum. in gl. 9. conditione. ff. de arbit.

Quare cùm transactio mero iure valuerit, oportebit eā rescindere per in integrū restitutionē, quod eadem glos. nostra obseruauit. cuius opinionē sequuntur Iacob. Butricarius, Cinus, Bald. Pau. & recentiores, è quibus omnium optimè eam defendit contra Bart. Alexan. nu. 7. & esse glo. opinionem communiter approbatam eā sequuti testantur Ias. nu. 6. Iacobi. num. 10. Curtius Senior. nu. 35. Iunior verb. num. 9. quæ quàm optimè probatur in. l. diuus. ff. de re iudi. in gl. allegat. vbi idem statuitur in sententia lata ex falsis instrumentis, oportet enim eam rescindere per in integrum restitutionem. quod ibi ex ea. l. colligit glo. verb. restituas. cuius opinionem sequuntur Cum a. Imo. Paul. & alij. & esse communem testatur Ias. ibi num. 30. communem esset testatur Zasius ibi. nume. 6. licèt ab ea ille discedat. Et idem quoque voluit glo. in. l. qui agnitus. in glo. penult. ff. de except quam ibi sequuntur frequentiores. & testatur esse communiter approbatam Socinus ibi. num. 17. & idem quoque voluit glo. in. c. licèt. verb. opponi. de probat. vbi eam sequuntur Antonius. nume. 35. Imola nu. 19. Panor. nu. 26. Feli. nu 35. testatur esse communem Decius. nu. 21. communē esse testatur Vantius. de nullit. ex defect. proces. nu. 134. communem esse testatur Episcopus Segobiens. in. c. alma mater. prima parte. 4. 21. num. 14. de sentēt. excommu. lib. 6. Tametsi glo. 1. in. l. quere la. de fals. ipso iure existimet sententiam non valere, ac proinde perpetuò rescindi posse. Pro qua non nulli considerant text. in. c. cum venerabilis. de excep. Idem igitur in transactione dicendū est, cui vel maximē transactio assimilatur. l. non minorem. sup. eod. Iunat & hanc opinionem communem text. in. l. nam & postea. 5. si minor. ff. de iureiuran. vbi etiam si prima actio duret, oportet tamē dare in integrum restitutionem pro rescindendo contractu. atque hæc opinio glos. & vera est & cōmunis, quamuis aliter distinguat Bart. num. 8. & falsam esse communem opinionem, & in transactione, & in sententia cōtendat Zasius lib. 1. singula. respon. c. 13.

3 Ex quo infertur intra quadriennium oportere transactionem hanc rumpere, cùm hoc tempore finiatur hæc in integrū restitutio. l. fin. al. de tempor. in integr. rest. per. 01. de in integr. restitu. lib. 6. & testantur hāc opinionē esse cōmunē eā sequuti Iacobi. nu. 14. Alcia. n. 10. E quibus prior bene notat Fulgosiū contendentē perpetuò transactionem hanc rescindi posse.

4 Et est quidem ex eadem glo. ibi, nec distinguo accipienda hæc. l. etiā si absq; dolo pars fuerit vsa falsis instrumētis, nāq; si dolus adesset, etiā ex veris instrumentis facta transactio rescinderetur. & hanc glos. opinionem sequitur Barto. numer. 3. qui hinc notat text. in. l diuus. ff. de re iudicat. & titulum. si ex fals. instrument. locum habere, etiam si sine dolo partis instrumenta illa producta sint. idem,

Bald.

Bal.2.oppo.qui existimat hoc esse notatu dignum. Paulus de Castr.nume.9.dicens hoc esse perpetuò mente tenendum. Alexand.num.9.qui alios allegat eiusdem opinionis authores.Iaſ.num.8.Iacobi.nu. 3.communem esse opinionem hanc testantur Curtius Senior.nu.41. Alciat.nu. 5.& sequuntur hanc opinionem glo.Oldral.Bart.nume.2.ad medium suæ distinctionis in.l.si is ad quem.ff.de acquir.hær. & ibi hanc opinionem sequuntur Bald. col.1.Ioannes de Imola.num.2.Alexand. nu.6.testatus hanc esse opinionem verisimā. idē quoque tenuit Barto.in.l.diuus. ff.de re iudicat.num.1.Paulus ibi.colu m. 1.Alexan.nu m.10.Iaſ.num.18.dicens hāc opinionem tenere doctores.idem Barto. in.l. nā & postea.§. si minor.num.4.ff.de iureiurand.Iaſ.ibi.nu.16.testatus hanc esse communem.sequuntur hanc opinionē Ioannes de Anania in.c.2.num.7.de crimi.fal.Bertachinus in repertorio.3.part. verb.sententia.col.2.noster Gregorius in Li.titu.27.part.3. Et testatur esse præterea communem Socinus in.l.qui agnius.nu. 9.ff.de except. Et hęc opinio mihi placet. Tametsi Placētinus doctor antiquus contrariam sententiam defenderit acriter,contendens dolum adesse oportere, vt transactio vel sententia retractetur ex falsis instrumentis.atque huius opinionem grauissimi quoque authores adprobarunt, quales sunt Petrus,& Cinus in præsen.q. 4.Cinus in illa.l.si is ad quem.Iacob.de Rauena,Petrus,& Bald.in.l.1.nu.7.ff. de condict.indebiti. Innocentius in.c.cum dilecta.num.2.de rescrip.idem in.c.cum Bertoldus.in parte,concesimus.de re iudica. Bart.in.§.semel.num.8.ex qui.caus.manumit.nō licet. Marianus in.c.2.de crimi.fal. quos semper mouit text.in.l.si prætor.§. Marcellus,ibi.sciens.ff.de iudi. Sed ibi gl. respondet communiter approbata teste Alexand.in præsen.idem fuisse dicendū, si ille fuisset ignorans.

5 Sed licèt ad rescindendam transactionem vel sententiam prætextu falsorū instrumentorum non sit necessum scienter atque prauo animo illa fuisse à parte producta, si velim agere actione in factum ad id quod mea interfuit instrumento falso aduersarium meum cōtra me vsum nō fuisse.iuxta tex.elegantem in.l.qui nomine.ff.ad.l.Corne.de fal.semper oportebit, vt dolo malo instrumentum huiusmodi contra me productum sit ab aduersario meo sciente illud falsum esse.quod ex mē te Pauli de Castr.hic scripsit Iacobi.num. 12.quoniam falsum sine dolo non committatur.l.nec exemplum.ff.ad.l.Corn.de fal.l.quid sit falsum.ff.de fal.

6 Text.ita intellectum limitabis, vt minimè procedat, si instrumenta hæc falsa talia fuerint, vt nō sufficerent ad victoriam: nam ex illis facta transactio non rescinderetur, nam vani timoris non fuit habenda ratio.l.si quis ab alio.in princ.ff.de re iudicat.l.vani timoris. cum alijs.ff.de regu.iu. Ita.l. hanc limitarunt in præsenti. Guido de Suza.& Alexand.num.2.Iaſ.col.1.Lancello.Decius.1.notabi.Iacobi.nu m.1.Alciatus num.1.Curtius Senior.nu.6.Nec dubito hanc esse communem traditionē.

7 Secundò limita.l.hanc, vt non procedat,si instrumenta falsa producta minimè sint,sed iactauerit se aliquis illa se producturum,atque hoc timore transactio celebrata sit, nanque hic vanus timor fuisse videtur.ita enim.l.hanc limitauit.Alber.nu. 2.quem sequuntur recentiores.

8 Tertiò limita text.hunc, vt minimè habeat locum,si instrumenta hæc falsa sint à tertio fabricata ignorāte eo, qui illa produxit,hîc enim potiùs agendum erit contra illum tertium fabricatorem actione in factū,quàm transactio rescindatur.ita enim voluit Iacob.Butricanj.in.l.fi.si ex fal.instrum.Et idem dicitur tenuisse ipse in hac l.quòd si ille tertius non fuerit soluendo, in subsidium oportebit rescindere transactionem.argumē.text.in.l.final.ff.de eo per quem fact.erit.& sequuntur hanc traditionem.l.Aexand.num.8.Iaſ.col.2 in prin. Curtius Senior.num.10.Iunior.nu.2.

Qui

9 Qui inde inferunt ad quæstionem de arbitramento lato per dolum, vt priùs agi oporteat actione de dolo contra arbitratorem, quàm reductio ipsius arbitramenti ad arbitrium boni viri petatur. adfirmat tamen Curtius senior non potuisse se in facti contingentia obtinere.

10 Sed oppono tex. in l. 3. in fine. si minor se maior. dixer. vbi pactio non retractatur, ne iuramenti religio violetur. Gl. præcipimus. respondet in l. illa non interuenisse falsitatem, sed mendacium, hic autem propter falsitatem retractari etiam iuratã transactionem. Et hanc solutionem sequitur Bar. num. 3. Sed cùm l. hanc etiam sine dolo malo vtentis falsis instrumentis locũ habere admonuerimus, frustra hic falsitas à glossa perpenditur. Quare tenenda est solutio glo. in l. contraria verb. per sacramẽti dicentis ibi denegari in integrum restitutionem propter interpositum iuramentũ: quoniam illa iure speciali concedebatur propter minorem ætatem, hic autem non tollit in integrum restitutionem, quæ maioribus conceditur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. Et hanc solutionem sequuntur Alexan. num 9. Ias. num. 8. addit Curtius senior nu. 41. docto. tenere hanc solutionem. Et eadem solutio erit satis pro difficultate quam glos. obijcit de. l. 1. si aduer. vendit. vbi etiam iuramẽtum aufert minoribus in integrum restitutionem. Deinde glo. opponit tex. in l. ipse. ff. de fals. sed ibi non retractatur conuentio, quoniam super falso fuit transactum.

Deinde opponit glo. tex. in l. 1. de plus peti. & in l. qui agnitis. ff. de exceptio. Sed glo. ipsa & post eam Bart. fatentur leges illas huic contrarias minimè esse.

11 Quærit vltimò eadem glo. an sententia retractetur quę fuit per falsum iuramentũ celebrata, Et breuiter distinguit, quòd si iudex illud detulit, retractari cã posse ex l. admonendi. ff. de iureiu. si verò pars illud detulit, non retractaretur: si sponte fuerit oblatum, competit actio de dolo. l. si legatarius. ff. de dol. mal. Gl. distinctionem sequuntur Barto. nume. 8. in fine. & cæteri post eum.

12 Glo. 1. extendit text. hunc ad transactionem ex falsis testibus celebratam. Et eam sequuntur Bart. numer. 5 Bald. 2. q. Fulgo. num. 1. Curtius senior. numer. 22. Iacobi. num. 8. & est communis traditio, quoniã appellatione instrumentorũ inquit Bart. testes etiam continentur. l. nouionem. §. instrumentorum. ff. de verb. signifi. & instrumentum dicitur quodcunque causam instruit. l. 1. ff. de fid. instru.

13 Secundò collige ex tex. transactionem rescindi si ex falsis instrumentis expedita sit, siue ciuiliter de falsitate cõstiterit, siue criminaliter. Ex quo subsequitur necessariò acta iudicij facta in causa criminali fidem facere in iudicio ciuili inter easdem personas: nisi enim fidem facerent, non retractaretur trãsactio hoc solo, quòd criminaliter apparuisset ex falsis instrumentis fuisse celebratam, & ita probat text. hic sententiam Bart. quam ille nulla. l. tuetur. in l. 2. §. 1. num. 5. vers. aut probationes sunt factę in criminali. ff. vi bono. rapto. contendentis acta in causa criminali fidem facere, in ciuili inter easdem personas, & hoc rationem habet: cùm enim lucidiores probationes ad crimina coercenda semper exigantur. vulg. l. fi. de probat. ꝯ cur eędem probationes ad easdem personas productę in causa ciuili, in qua non tam anxiè probationes speculamur, fidem non faciant. Et poterunt quidem omnia acta in vno iudicio ad aliud iudicium vnico verbo præsentari, prout apud nos quotidie fit authoritate glo. ordinariæ in l. mutari. in glo. fina. ff. de procurat. quam ibi maximè Barto. commendauit. numer. 3. Bart. in l. 1. de sentent. & inter. om. iudi. nu. 6. idem Bart. in l. si ante acceptũ. nume. 6. ff. iudicat. sol. Barto. in l. 1. in princ. nume. 4. ff. ad Trebell. Alexand. ibi. qui alios allegat. num. 2. item Ias. dicens eam esse notabilem in l. naturaliter. §. nil. commune. nume. 159. ff. de acquir. possess. Oportebit tamen vt acta in causa criminali fidem fa-

ciant in ciuili, vt probationum publicatio facta fuerit in priori illo iudicio, vnde huiusmodi acta traducuntur. l. gesta. de re. iudi. infra. vbi gloss. & antiquiores omnes hoc notarunt. & idem quoque voluit gloss. notabilis. in l. 3. verb. patiatur. ff. quæ in fraud. credit. vbi idem voluit Bar. gloss. in l. solam. de test. infra. vbi sequuntur Bartol. numer. 13. & posteriores. Et cùm non defuerint qui huic quoque opinioni refragentur contendentes, quòd etsi testes publicati non sint, posse tamen iudicem alterius instantiæ, apud quem modò producuntur, eos publicare, verior certiorque opinio est, quam primò retuli, quam sequuntur præterea Cynus in l. properandum. §. fi. quæst. 2. de iudi. Bart. in l. is apud quem. numer. 12. de ædend. sup. Alexander ibi numer. 23. versic. sexta conclusio. qui plures citat eandem sententiam sequutos. Iaſſ. ibi numero. 20. qui ex Alexandro affirmat hanc esse veriorem opinionem. & ibi hanc opinionem sequuntur frequentiores. & tenent eam propè omnes canonistæ in c. causamque. de testi. quo in loco Aretin. Felin. numer. 14. Decius numer. 4. testantur hanc esse cómunem opinionem, quam veriorem quoque esse ac communiorem affirmat, eam sequutus Alexand. consi. 82. num. 23. versi. præterea dicti testes. volum. 3. pro qua est text. pulcher in c. cùm causam. de testib. vbi testes producti ex vna instantia fidem minimè fecerunt, quoniam publicati apud priorem iudicem non fuerint, tametsi quidam existimarint si apud successorem prioris iudicis producantur fidem facere, cùm hic, qui in locum prioris successit, possit facere publicationem. quod Bartol. quoque authoritate defendunt. in l. cum lite mortua. numero quinto. ff. iudicat. sol. & testatur hanc opinionem esse communé eam sequutus Franciscus Ripa. in l. is apud quem. de eden. numero. 32. Et hæc opinio mihi placet, si causa sit eadem, sed si diuersa sit, procliuior sum, ne possit fieri hæc publicatio, sed opus erit testes denuò examinare, quòd si mortui illi sint, citra vllam controuersiam est, apud quemcumque iudicem posse fieri hanc publicationem. l. fin. de test. j.

14 Secundò principaliter tu collige ex verbis. ita demum. instrumentum in parte falsum non corruere in vniuersum, sed respectu earum partium duntaxat, in quibus vitium falsitatis arguitur. Ex quo colligit argumentum gloss. firmis. vt instrumentum in parte vitiosum, in totum vitiosum non esse videatur. allegat gloss. text. qui hoc minimè probat in l. vnica. §. penultim. de lat. liber. tollend. Rursus videtur instrumentum in parte vitiosum ex omnibus suis partibus corruere. l. 2. ad finem. de veter. iur. enucleand. vbi gloss. libri hoc notat. ad idem est text. in l. 1. §. si quis. ff. quemad. testa. aperi. quare Bartol. in præsenti numero duodecimo. colligit elegantem distinctionem pro explicanda hac difficultate, ex qua constat prima conclusio.

Si instrumentum sit vitiosum propter defectum notarij, dubio procul in totum videtur vitiosum, allegat Bartol. text. in l. si aliquid. de suscept. libr. 10. qui id non probat necessariò. Iudicio autem meo in hunc modum voluit eum text. Bartol. inducere. Dicitur ibi non valere instrumentum ab eo confectum, qui alia instrumenta falsa confecit. Si igitur hoc in diuersis instrumentis est receptum, multò magis in eodem instrumento recipietur. Allegat præterea Bartol. glos. in l. si quis ex argentarijs. in glos. de fide editionis. ff. de edend. quæ neque id probat necessariò. Bartoli sententiam in hac prima conclusione sequuntur propè omnes antiqui doctores, excepto Baldo. Communem esse testantur, eam sequuti Roman. numer. 36. Iaſ. nume. 9. Curtius Senior numer. 46. Rimin ald. colum. secunda post medium. & tenuit hanc opinionem glos. in c. quid ergo. in glos. falsum. 23. q. 5. alia in c. si ad scripturas. in glos. quid in eis. 10. distinct. Innocentius in c. fraternitatis. num. 1. de hære. li

cèt

cet diuersas sententias referat Panorm. ibi col. 2. idem sequuntur ibi Ancharran. & Anania. & testatur esse communem opinionem, eam sequutus Felin. ibi nu. 16. & eam quoque Iacobi. hic probauit nu. 17. Alex. cons. 43. nu. 6. vol. 4. Sylueſter verb. falsarius nu. 6. communem testantur eam sequuti Ruinus cons. 65. nu. 18. vol. 1. Marianus cons. 132. nu. 9. vol. 3. communem esse testatur, eam sequutus idē Marianus cons. 40. nū. 16. vol. 2. communem præterea esse testatur Bellonus cons. 75. nu. 10. Sequitur eam Igneus in l. 3. §. si quis tabulas nu. 92. ff. ad Sillan. Et videtur communis hęc propositio deduci ex text. eleganti in c. quanto. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capit. quo probatur, quòd si notarius describebat aliquem testem in instrumento, qui reuera instrumento illi non interfuit, vniuersum instrumentum hoc solo vitiari. Addo ipse fidem notarij esse indiuiduam, quæ si vel in vno capitulo instrumenti læsa sit, vniuersum instrumentum facilè vacillat. Adde huc idem esse dicendum in libro alicuius rationum, namque si falsitas reperiatur in vno capitulo, cætera sunt suspecta. Parisius cons. 23. nu. 253. vol. 1.

15 Limitabis hanc communem opinionē, vt solùm procedat si falsitas sit in parte aliqua substantiali ipsius instrumenti. ita enim determinat Innocentius in illo. c. fraternitatis. vbi Abbas & Feli. numer. 19. idem sequuntur Bald. & Paul. de Castro in præsenti numer. 12. Riminald. cons. fin. Iacobin. num. 20. Iaſſ. num. 9. Alciat. num. 28. Curtius Senior numer. 53. Bellamera decis. 47. Alexand. cons. 88. vol. 5. Iaſſ. in l. 15. hoc autem. numer. 9. ff. de no. oper. nunt. Nonius de Auendañō de exequ. man. reg. c. 27. numer. 19. Et non dubito hanc esse communem opinionem. Et fingit exemplum Paulus de Castro in tabellione dicente aliquid fuisse factum in domo Titij, cùm domus illa non Titij sit, sed Sempronij, nam & testis in hac specie non punitur pœna falsi. authore Butricario in. l. Lucius. de his qui no. infa. & allegat alios Hippolyt. singul. 76.

16 Secundò communem opinionem limitabis, vt minimè procedat, si falsitas committatur circa accessoria contractus, putà pœnam vel vsuras. Ita enim voluit gl. notabilis. in l. 2. in gl. obijcitur. de fals. 5. quam ibi notauit Bal. nu. 3. idem Bal. in præl. col. penult. Alex. num. 10. Alciatus nu. 27. Felin. in illo. c. fraternitatis. nu. 18. qui Ananiam citat. Prō qua sententia præstabit quoque text. pulcher in l. filius. §. sequens quæstio. ff. de falsi.

17 Tertiò limita communem opinionem, vt non procedat in falsitate præsumpta, quæ in vno capitulo commissa, cætera nō vitiat. tex. vnicus est in. l. iubem⁹. verſ. quod si non fuerit obseruatum. iuncto versiculo fi. de testament. 5. nam in fine illius textus dicitur. testamentum à tabellione confectum, in quo nomina hæredum prętermissa sunt, falsum esse ex his præsumptione, & tamen in verſ. quòd si non fuerit obseruatum. dicitur huiusmodi testamentum solum vitiari respectu hæredum, quorū nomina prætermissa fuere, non verò in vniuersum. atq; ita tenet Bald. vbi nu. 10. qui tamen videtur text. illum intelligere in vera falsitate, sed reuera est accipiendus de falsitate præsumpta, vt esse communem opinionē pro explicanda. l. illa testatur Alex. ibi nu. 5. Iaſſ. nu. 8. Quare limitationē hanc expressè tenuit Bal. in l. 2. nu. 5. de fideicom. liber. 5. & idem sequūtur Alex. in præl. nu. 12. Iaſ. nu. 11. Cure. Sen. nu. 54. Iacobi. nu. 22. Alciat. nu. 26. & est recepta communiter hæc limitatio.

18 Quartò limitabis hanc cōmunem opinionem, vt minimè procedat, si pars confiteatur cætera capitula, in quibus falsitas non inest, esse vera. Ita enim existimarunt Bal. Salicet. Alex. Iacob. Iaſſ. Curtius & omnes. Sed hæc confessio partis sibi in priuato commodo præiudicabit, non verò in publico, vt notarius excusetur à falsitate.

19 Sed fuit quæstionis, an omnia instrumenta ab eo notario confecta, qui falsum instrumentum confecit, statim corruant.

Quæ alibi à nobis cómodiùs explicabimur.

20 Secunda constat ex distinctione Bart. conclusio. Defectus cómissus circa ea quæ non sunt substantialia instrumenti, vitiãt instrumentum in ea parte in qua est defectus, nõ in diuersis. ita probat tex. hic, nisi omnia instrumenti capitula essent connexa: quo casu vitiaretur omnia. l. etiam. ff. ex causa. ff. de minor. cum alijs. atq; hanc conclusionẽ nemo improbat in præsenti.

21 Exinde quærit Bart. quid dicendum sit in teste, qui in parte vitiosus inuenitur, an in totum sit repellendus. Et remittit Bartholus articuli resolutionem ad canonistas, in c. in nostra. de testi. Sed in teste quoque idem videtur esse dicẽdum quod in tabellione præmisimus, nam & tabellio quodã modo testis est. l. Dominus. ff. de testamen. Sunt tamen in hac quæstione vt penè in cæteris, variæ doctorum nostrorum sententiæ atque opiniones, è quibus Bal. fin. col. eam elegit, vt vniuersa testis depositio vitietur, si falsus in aliquo reperiatur, quoniam fides in teste individua esse censetur. c. pura & simplex. 3. q. 9. & cùm falsum semel dixerit, veluti periurus, iam testimonium dicere prohibetur. c. testimoniũ. de testi. & hanc Bal. conclusionem testantur esse cómunem, eam sequuti Roman. nu. 36. Alex. nu. 12. Rimin. fi. col. Alciatus qui optimè hoc explicat nu. 31. & tenuit hanc opinionem gl. in c. in nostra. verb. sed aduersa. ibi idem videtur si testis de testi. vbi eam sequuntur Panor. nu. 4. & cæteri post eum. Oldrad. cons. 37. ad primam quæstionem. nu. 1. dicẽs hoc esse indistinctè verũ, siue articuli, super quibus testis declarat, sint separati, siue coherentes, cùm dictum testis vnicum, sit super vnico iuramento fundatum. Eandem opinionem tenet Albericus in præs. nu. 5. testatus eam esse communẽ. Bal. in l. fi. nu. 18. de edict. diui Adrian. toll. vbi id intelligit, siue falsum præcedat, vera, siue subsequatur, quoniam in teste nil sit prius neque posterius, quam Bal. doctrinam testatur esse communiter approbatam Marian. Socin. cõs. 41. nu. 13. vol. 2. & hanc doctrinam in teste sequuntur Riminal. fi. col. Feli. allegans alios in illo. cifra territatis. nu. 21. Corneus cons. 149. nu. 18. vol. 2. communemque esse testatur, eam sequitur Alexan. cons. 133. nu. 7. vol. 1. communem esse affirmat Hippol. sing. 76. qui & illam probat, communem esse testatur Marianus Socin. cons. 129. nu. 10. vol. 3. Nõ solùm autem hoc eris admittẽdum in eadem causa, sed in diuersa etiam, nam testis falsus cõtra Petrum, censetur etiam falsus cõtra Ioannem, ita enim inquit tenere canonistas Bal. in l. 2. nu. 5. de fidecom. libert. Quæ traditio duobus casibus non procederet, si ignorans falsum deposuerit testis, aut in accidentibus negotij, nõ in substantialibus, qui casus Bald. & aliorum sunt in præsenti, vt memineris tamen dolum hic semper esse præsumendum contra regulas communes, quod ijdem tradiderunt in præsenti, & cæteris exactiùs allegans alios Alciatus num. 33.

Summa rerum. L. Iubemus.

1 *Licet sit transactio in causa liberali, licèt compromissum prohibeatur.*

2 *Esse tamen casum, in quo compromissarius quoque super libertate pronuntiet.*

3 *Et an text. hic procedat, siue pro libertate, siue contra eam transigatur.*

4 *In causa conuersionis, vel monialiationis, an liceat transigere.*

5 *Transactio an valeat super causa matrimoniali.*

6 *Et an compromissum.*

7 *Arbiter laicus, an incidenter super causa matrimoniali cognoscat.*

8 *Transactio pro matrimonio cõcepta, iure valeat.*

9 *Deprehensi in adulterio, si dicant se matrimonio fuisse copulatos, an à pœna liberẽtur, et matrimonium hinc contractum esse videatur.*

10 *Super causa filiationis, an liceat transigere.*

11 *Et an super legitimitate.*

12 *Et an super decimis & procuratione.*

13 *Et an in beneficialibus.*

14 *Et an super iure patronatus.*

15 *Et an super iure sepulchri.*

16 *Locus hodie non efficitur sacer per corporis humationem.*

L. Jubemus.

NOn diuiditur hic, qui hoc continet in summa. Licita est 1
trãsactio in causa liberali, vel ascriptitia, de quo potuit dubitari, quoniam de his causis compromissum fieri minimè potest l. non distinguemus 4. iuba. ff. vers. de liberali. ff. de arbit. Sed maioris hic trãsactionibus, quàm compromissis fauor impenditur, quoniam arbitri inferiores iudices sunt, quàm vt alias causas liberales expediri oporteat, quæ non nisi à maioribus iudicibus tractantur l. placet. de pedan. iudi. l. procuratores. ff. vbi caus. stat. agi oport. At verò transigentes nullam cognitionem sibi arrogare possunt causas liberales competere, quibus ex æquitate hoc mihi concessum fuisse videtur, quo & hac via possint etiam serui ad libertatem peruenire.

Est tamen casus, in quo arbiter etiam de causa liberali cognoscit, vt si alter cõpromissum explere non possit, quàm si priùs de libertate atque hominis statu pronunciet l. cùm proponas. infra. de rebi. credit. vbi eam text. in hunc sensum interpretantur gloss. fin. ibi, vel dic quod principaliter, & eundem intellectum sequuntur Angel. & Salic. Angelus in l. 3. nume. 2. de iudic. infra. vbi inquit hoc esse mirum. Socin. in. c. cùm oporteat. col. penul. post medium. versic. pro quo dicto. de accusat. Boerius in. 6. quoniam contra. numer. 29. de probat. Roma. sing. 472. incipit. Causa status, & esse hunc glossi intellectum ad. l. illam communiter approbatum testatur Curtius Iunior in. l. 2. nume. 45. ff. de iurisd. omn. iudic. Sed videtur inter dominum & seruum transactionem concipi non potuisse. l. interpositas. supr. eod. Sed gl. in principio respõdet verum id esse, nisi super causa status transactio concipiatur.

Sed an text. hic procedat, etiam si transactio super causa liberali cõtra libertatem concepta sit. Et gl. in præsenti existimat solùm valere transactionem in causa liberali quæ in fauorem libertatis concepta sit, nõ si contra libertatem. & gl. opinionem probauit Bart. nu. 1. Roman. nu. 3. & sanè quidem argumenta gl. non leuia. Primò, quoniam pactio hæc contra bonos mores esse videtur, inter suppliantes, & homo liber ff. de ver. obligat. Secundò, quoniam seruus cum quo transigitur, seruus rem alienam est, nil iam dati à domino potest, cui transactio non valebit, quæ nisi aliquod vel exiguum explicari minimè potest. Tertiò quoniam nemo sua pactione etiam volens, ex libero seruus fieri potest l. neque si volens. infra. de liber. caus. Sed rursus valere transactionem, ius pro libertate, siue contra eam inisse contra gloss. & Bart. contendunt frequentiores. Hanc etiam opinionem tenuerunt Petrus Cinus, & antiquiores. Faber dicens hanc tenere doctores. Bald. Salic. et. Paul. Alexand. & cæteri communem esse testantur. cui sequuti Riminal. col. 1. Lachin. nume. 1. Iason. nume. 2. Curtius Senior. nume. 4. Alciatus nume. 3. & quo ad ascriptitios attinet, hoc videtur expressum in. l. 1. hactenus. & in authen. ascriptitios. de epis. & cler. quod verò seruos, ex hic generalis cùm sit, videtur id quoque comprehendisse. Neque huic opinioni gloss. argumenta sunt impedimento, quibus locus esset, cùm certum est libertum aliquem esse qui transigit super libertate. Sed cùm dubium id sit, nil vetat admitti transactionem. Receptum est enim multa in dubijs tolerari, quæ in casu claro nõ permitterentur l. de fideicommisso. cum alijs supr. eod. & potest seruus nomine ex transactione sibi dato, cõniuentibus oculis domini, possidere l. 4. in princip. ff. de manumiss. l. cum in fundo. ff. de iure dot.

Colligit deinde gl. nostra argumentũ ex hac. l. vt in causa conuersionis seu renouationis locus sit transactioni, dummodo inquit gl. decretum Episcopi interueniat, & gl. opinionem sequitur Bald. in l. si hæredes. nu. 2. de testam. manumiss. Sed gl. huius opinionem nõ posse procedere

partibus huius cauſę ſufficienter enumera
tis demonſtrabo. Aut enim ita concipitur
tranſactio, vt aliquis monachus ſuperſit, et
illa non valebit, cùm ſymonia hinc impen
dear; ſi aliquid pro ingreſſu religionis in-
gredienti detur vel promittatur, ſpiritu-
lis enim materia hæc cùm ſit, tranſactio-
nem non agnoſcit. c. ſuper po. de tranſact.
Aut ipſe monachus aliquid dat Abbati, vt
ex cauſa tranſactionis mittatur extra clau-
ſtra, & hæc conuentio non valet, ſed alia
ratione: quoniam Abbas etiam cum con-
ſenſu Epiſcopi efficere non poſsit, vt mo-
nachus, qui eſt monachus, non ſit, ſolet e-
nim Papæ (idque cum magna cauſa) per-
mittere. c. cùm ad monaſterium. in fine.
de ſtatu monachor. quare gloſſ. opinio-
nem reprobant Cyrus in fine. Bartol. nu.
2. Bal. col. 1. verſ. ſed nunquid. dicens ita te-
nere doctores. Salic. Alex. & cæteri com-
munem eſſe teſtantur contra gloſſ. Rom.
col. 2. Curtius Senior nu. 2. Alciat. nu. 23.

5 Colligit deinde gl. noſtra argumentum,
vt valeat tranſactio ſuper cauſa matrimo
niali, ſicut valet ſuper liberali. Sed contra-
rium probat text. in c. fi. de tranſact. vbi ma
trimonij ſacramentum tranſactione termi
nari nó poteſt. Cuius illa ratio eſt, quoniã
cauſa hæc non eſt ſub ipſorum actoris &
rei poteſtatem redacta, ſicut cæteræ cauſę
functam neq; volẽtes poſſunt à matrimo
nij vinculo diſcedere, Sed neque virtute
ſententiæ verum matrimonium poterit
ſeparari. c. lator. de re iudi.

6 Sed neque compromitti cauſa matri
monialis poteſt, quod gloſſ. ſingularis ob
ſeruauit in. l. non diſtinguemus. §. Iulia
nus. verb. idem dicendum. ff. de arbit. &
probat text. in c. penult. de in integ. reſtit.
regia lex.

7 Sed neque incidenter arbiter laicus cau
ſam matrimonialẽ decidere poteſt. gl. no-
tabi. in c. contingit. verb. ſpiritualibus. de ar
bit. Roman. conſ. 299. nu. 10. & teſtatur eſſe
cõmunẽ opinionẽ, eã ſequutus Epiſco
pus Segob. de ſponſ. 2. par. c. 8. §. 12. num. 2.
Cauſa enim matrimonialis decidi non po
teſt, niſi per bonos ac diſcretos viros, qui
habent poteſtatem iudicandi. c. 1. extra de
conſangui. & affini.

8 Limitabis hanc cõmunem opinionem, 1
vt non habeat locum, ſi tranſactio in cau
ſa matrimoniali ita concepta ſit, vt tranſi
gentes perſiſtant in matrimonio, ſic enim
recte admitteretur. quod Bartolus num. 3. hic
obſeruauit, quem cæteri ſequuntur. &
communem eſſe eius traditionem conſtat
ex Curtio Seniori num. 4. Sed quod Bald.
hic eleganter ſcripſit, cùm ſit tranſactio
pro matrimonio, potiùs valet matrimonii
ratione noui conſenſus, quem mox ad
hibent tranſigentes, quàm propter tranſ
actionem.

9 Quod & illa ratione cõfirmatur, quòd
ſi duo deprehenſi in adulterio confiten
tur ſe matrimonio copulatos fuiſſe, eis cre
dendum eſt: licet enim anteà non contra
xerint, hac noua ſua confeſſione viden
tur matrimonium contraxiſſe. ita enim vo
luit gloſſ. ſingularis in. l. penultim. verb. con
feſſus. de fideiuſſ. infra. cuius literam emen
dari oportet in illis verbis, & iurat ſe eam
vitiaſſe, nam legi oportet, & iurat ſe eam
duxiſſe. & gloſ. opinionem ſequitur Bald.
ibi numero quinto. Romanus in præſenti
numero ſeptimo. atque idem Bald. in. l.
vnica. de confeſ. numero 36. verſ. quæro
fuit quæſtio. dicens eam eſſe ordinariam,
& perpetuò in ente tenendam, nec alibi re
periri. idem Bald. dicens eam eſſe aureã. in
c. fi. numer. 13. verſ. idem dico in tali ex
emplo. de confeſ. Alexander conſi. 1. vol. 3.
nu. 19. laſ. qui multos authores citat gloſ. il
lius opinionem ſequutos in. l. 3. §. iurari. ff.
de iureiur. nu. 26. Plures allegat Tiraquell.
§. l. connubiali. nu. 29. Hippolyt. ſing. 22.

10 In cauſa quoq; filiationis licita tranſactio
eſt inter patrẽ & filiũ, nõ vt filius ſit, qui nõ
erat, vel nõ ſit, qui erat, hoc enim fieri non
poſſe conſtat. l. vlt. agnationis. ff. de pact. l.
iura ſanguinis. ff. de reg. iur. ſed vt pro filio
vel non filio quis habeatur. quod. l. 2. codi
cis Theodoſiani probatur. tub. de bon. de
cur. quam hùc allegauit Alciat. nu. 26.

Super

11 Super legitimitate quoque, atque statu videtur transactioné admitti posse, quod ego verum esse arbitror, & expressim tradiderunt Bald. Salicet. & Claudius nume. 2. in l. fratris. sup. eodem. Item super ingenuitate Hispaniæ, quam Hidalguia vocamus, quòd ipse in l. transactione matris, ad finé suprà notaui.

12 Est & in causa decimarú permissa transactio. c. 2. de transact. c. ex multiplici. de decim. ité in procuratione quæ debetur Episcopo suam diœcesim, vel Archiepiscopo suã prouinciã visitanti. Clem. 2. de cẽsibus.

13 In beneficialibus autem non est licita transactio. c. supereo. c. cõstitutus. de transact. Cuius iuris dispositio & illa ratione iuuatur, quoniam beneficia ecclesiastica dantur ministris ecclesiæ loco alimentorum. c. cùm secundum Apostolum. de præben. c. quoniam. de vit. & ho. cler. non est igitur in illis permissa transactio. l. de alimentis. sup. eod. Huic regulæ obstare maximè videtur text. in. c. nisi essent. de præben. Nam cùm ibi duo in iudicio super quodam prioratu contenderent, facto compromisso, ita causa illa terminata est, vt quidam ex illis prioratum obtineat, alter verò viginti libras de reditibus capituli, & quadraginta de reditibus ipsius prioratus perciperet annuatim, & tamen valuit huiusmodi compositio. Ioannes Maior in 4. sententiarum lib. distin. 25 q. 5. in. 4. arg. respondet illi text. dicens licitam ibi fuisse transactionẽ vel cõpositionẽ, quoniã datũ fuerit aliquid spirituale pro spirituali. Sed hic intellectus huius doctoris scholastici nil est, quoniã pensio illa quæ ibi fuit constituta, fuit quidtẽporale. c. ad audientiam. de rescrip. c. quamuis. in primo. de præben. li. 6. Quare meliùs gl. ordi. in. c. cùm pridé. in gl. nõ duximus, ibi, ité argumentũ cõtra de pact. respondet cõpositionẽ transactionẽue turpẽ nõ interuenisse facti ipsarũ partiũ, sed ex causa iudices arbitri statuisse, vt certa illa pecunia solueretur, atq; ideo Papã cõpositionẽ illam toleraſſe. Et hunc intellectũ ad text. illũ videntur sequutũ Anto. nu. 6. Imol. nu. 12. in. c. fi. de rer. permu. Ania. in. c. audiuimus. nu. 2. de colluſ. detegẽ. Feli. in. c. ad audientiã. 2. nu. 2 de rescript. Baptista Perusq 4. nu. 2. & optimè tex. illũ interpretatur Soci. conſ. 220. col. 1. vol. 2. etſi qua ſymoniæ ſuſpicio ibi interuenit, ilicò fuit purgata Papæ authoritate. quoniã partiũ cõuentiones, quę ſapiunt ſymoniã, accedente Papæ confirmatione emundãtur. quod Abbas eleganter notauit in. c. nõ ſatis. fi. col. de ſym. & in. c. cùm pridé. de pac. Decius conſi. 436. nu. 18. Sed adhuc videtur licitam eſſe in beneficialibus trãſactionẽ ex tex. in. c. dilectus filius. R. de ſym. Sed gl. verb. accepit in proprio loco rectè arbitratur, propter redimendã vexationẽ licitè ibi pecuniã datã fuiſſe. Et eũ intellectũ ſequuntur ibi antiqui omnes ſcriptores, & ex nouioribus eũ quoque probarunt Panor. & Anan. item Feli. nu. 2. & eſſe cõem teſtatur Anto. de Petru. in. l. 2. ff. de iureiur. in. 6. remedio. & ita eũ tex. interpretatur Ioan. Fab. hîc in fine ſui in hũc tit. breuiarij.

14 Sed ſuper iure patronatus, an poſsit fieri transactio. Et non valere transactionẽ probat tex. in. c. præterea. j. de transact. quoniã licèt non ſit res merè ſpiritualis, ita tamen ſpiritualibus eſt annexa, vt ſpiritualis cenſeatur. c. quanto. de iud. c. de iure. de iure patr. quibus conuenit optima lex regia. 56. tit. par. 1. Quòd ſi in transactione iuris patronatus pecunia interuenerit, non eſt dubium quin ſymonia committatur. quod Panormit. obſeruauit in diſputatione. Augerio. numer. 9. Lambertinus qui allegat alios de iure patronat. libr. 3. q. 9. articulo. 6. numero primo.

15 Sed ſuper iure ſepulchri, an liceat contendentibus trãſigere. Quod videtur, quoniam nil hic adſit ſpirituale: quod ex eo conſtat, quòd laici quoque atque ſeculares iura ſepulchrorum poſsideant. l. 1. ff. de mortu. infer. gl. fi. in. c. quanto. de iudi. vbi eam defendit Decius nu. 8. cùm tamen ſpiritualia poſsidere illi nõ poſsint. c. cauſam quæ. de præſc. cũ alijs. Ego verò in eã ſentẽtiã procliuior ſum, vt ſup iure eccleſiaſticę

ſepul-

sepulturæ trãsactio non admittatur: licèt enim ius sepulchrorum non sit omni ex parte spirituale, est tamen spirituali bus annexum, sicut & ius patronatus: & qua ratione diximus in iure patronatus non admitti transactionem, eadem nec in iure sepulturę admittetur. Adde quòd nec rectores etiam ipsarum ecclesiarum possunt pecuniam exigere pro effodienda ecclesiastica sepultura. c. abolendæ. de sepult. c. questa est. c. post quàm. 3. q. 2. neque valet consuetudo in contrarium, quod probat text. egregius in illo. c. abolendæ. quem in hoc allegauit Iass. cõtra Roma. in. l. de quibus. nu. 76. ff. de legibus. Cùm itaque neque rectores Ecclesiæ possint pro sepultura aliquid exigere, neque à partibus vice transactionis quicquam dari poterit: quòd si locus adhuc sacer non sit, neque ad sepulturam ecclesiasticam destinatus, dubium non est, quin pecunia possit comparari, quo casu & transactioni locus erit.

16 Neque mutat, quòd iura quoq; sepulchrorum laici possideant, nam id quidem verum est ex regulis iuris ciuilis, secúdum quas sine vlla consecratione vel benedictione, quilibet locus efficiebatur religiosus, cùm primùm corpus humanum in illum illatus fuit. l. 2. l. cùm in diuersis. ff. de religi. & sump. fune. l. 2. j. de relig. & sump. fun. Hunc igitur locum, quare dominus non possideat, licèt eum alienare non possit? Hodie verò non constituitur locus sacer per humani corporis illationem, cùm ad constituendum locum sacrum, authoritas episcopi sit necessaria. c. ad hæc. de religios. domi. quo text. correcta sunt iam iura ciuilia, quod ibi notat Panor. post antiquiores nu. 3. & ante eum gl. singularis in c. in ecclesiastico. verb. si terram. 13 q 2. vbi idem sequitur Archidiaconus nu. 3. Innocentius in. c. abolendę. nu. 1. Panormit. ibi nu. 4. de sepultur. Panor. in. c. quanto. nu. 10. de iudi. Feli. ibi nu. 4. Decius nu. 9. Cardinal. in Clem. 1. in princ. 7. quæst. de sepult. Ioannes Faber in. § religiosum. nu. 3. Angel. de Aretio ibi nu. 5. de rer. diuis. Imola in. l. quid ergo. § si hæres. ff. de leg. 1. Matheselanus sing. 75. vbi additio. Gabrielis Saray infinita propè cumulauit. Testatur esse cõmunem opinionem, eam sequutus Peralta in. l. Mæuius. § in fundo. nu. 5. ff. de legat. 2. Hoc igitur ius sepulchri possidere laicus nõ potest, quoniam spirituale ius est, quod neque possideri potest, neque admittit transactionem.

(:)

FINIS

SALMANTICÆ
Excudebat Mathias Gastius,
Anno M. D. LXVI.

BRITISH MUSEUM 7 AP 79

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM OMNIVM QVAE IN HOC VOlumine continentur, ordine alphabetico digestus.

A

Acceptilationi, an insit naturalit obligatio de non petendo. pag.171. col.1.num.2.

Et obligatio hæc vnde oriatur. ibid. col.2.nu.3

Acceptilationis vsus quorsū fuerit inuētus. p.90.c.1.n.5

Acta in causa criminali, an fidem faciant in ciuili. pag. 205.col.2.nu.13

Actibus qui noctu explicātur, quòd tria luminaria sint proponenda. pag.109.col.1.nu.22

Actio præscriptis verbis quæ Pomponijs datur ex glo. ibi. in l.cum mota, quòd sit datiua, nō actiua, ostenditur. pag.36.col.1.nu.13

Et quare non detur hic actio de dolo. ibid.nu.14

Actio prima cum actori restituitur, an sit opus noua instantia, vel vetus sit continuanda. pag.88.col.2.n.8

Actio de dolo, an cum alia actione concurrat. pag. 105.col.1.nu.33

Actio quòd ex transactione facta in iudicio non oriatur, nisi stipulatio illi accesserit. Sed neque ex quocunque contractu nudo. pag.123.col.1.nu.1

Et quid si ad coadiuuandum iudicium tendat? pag. 124.col.2.nu.2.

Et verum inuestigatio hæc, iure canonico & nostro mutatis sit. ibid.nu.3

Actio præscriptis verbis an actori cōpetat facta transactione per acceptilationem. pag.127.col.2.nu.14

Actio an ex iuramento sine stipulatione oriatur. pag. 199.col.2.nu.72

Actio an ex iuramento iure canonico oriatur. pag. 200.col.2.nu.73

Et an iure nostro pag.201.col.2.n.75

Actionem amissam an recuperēt partes ipso iure transactionis, vel ope exceptionis. pa.88.col.1.nu.4

Actionem dari præscriptis verbis ex transactione, etiā si stipulatio illi non accesserit, ostenditur. pag.149. col.2.nu.9

Actiones vtiles bonæ fidei esse, si directæ, à quibus deriuātur, eiusdem naturæ sint, ostenditur. p.21.c.1.n.9

Actiones pœnales, vel aliæ, quæ propter litis contestationē fiunt transitoriæ, q̄ non transmittātur, si à lite per transactionē recessum sit, ostēditur. p.32.c.2.n.2

Et quid si à lite discessum sit propter peremptam instantiam. ibid. nu.2

Actionum cedendarum beneficium quòd tutoribus exactis competat, & quòd vtilissimum sit beneficium hoc, ostenditur. pag.14.col.2.nu.22

Actionum vtilium beneficium, quòd tutoribus competat. pag.16.col.1.nu.24

A

Actor quòd vti possit replicationibus contrarijs, sicuti & reus pluribus exceptionibus. ostenditur. pag.86. col.2.nu.38

Actor qua actione pecuniam repetit, quam dedit vt à lite discederetur, si communi consensu ad litem regressus fiat. pag.87.col.2.nu.3

Actor facta transactione per acceptilationem, quòd ad veterem actionem, etiam si reus promissa nō seruet, redire non possit. pag.89.col.1.nu.1

Actor transigens, quòd non perdat dominium rei super qua transegit. pag.126.col.2.nu.10

Actor qui acceptilatione actionem amiserit, quo pacto egerit, dubitatur pag.173.col.2.nu.9

Actor si transactionem non seruet, quæ remedia reo competant, ostenditur. pag.177.col.2.nu.25

Actoris culpæ calumnia an ipso iure transactionem vitiet. pag.103.col.1.nu.25

Actori cùm prima actio restituitur, an sit opus noua instantia, vel vetus sit continuanda. p.88.c.2.n.8

Actori an cōpetat actio præscriptis verbis facta transactione per acceptilationem. pag.127.col.2.nu.14

Actori an liceat moram purgare ad euadendam pœnam. pag.172.col.2.nu.7

Actus quòd in dubio modalis, non conditionalis præsumatur. pag.34.c.2.nu.8

Actus in quibus casibus conditionalis, & non modalis præsumatur. pa.3.col.2.nu.9 & 10

Et quid si testator dicat, Lego Titio centum sub ea cōditione, vt hoc faciat, an actus erit modalis. ibi.n.11

Actus retro similis licēt in contractu nominato pro cōtractus rescissione requiratur, q̄ tamen contractus transactionis, qui est innominatus, resoluatur ex solo consensu, ostenditur. pag.87.col.2.nu.27

Actus necessarios noctu minimè fieri posse ostenditur. pag.106.col.2.nu.8

Actum de facto, an pœnam committi faciat, dubitatur. pag.177.col.2.nu.24

Adire hæreditatem quòd in extremis positus possit, ostenditur. pag.119.col.1.nu.4

Aditio hæreditatis metu facta, an ipso iure valeat. pag. 74.col.1.nu.8

Administrator ciuitatis, an debitū, q̄d ex causa furiarū debetur ipsi ciuitati, remittere possit. p.70.c.2.n.25

Administratores ciuitatis, quòd super rebus, quas administrant, transigere possint. pag.64.col.2.nu.1

Administratores ciuitatis, quòd sine speciali mandato in integrum restitutionem petere possint. ibid.nu.3

Administratores ciuitatis, quòd iuramentum calumniæ subire possint pag.65.col.1.nu.4

Administratores ciuitatis an sine speciali mãdato transigere possint, explicatur pag.64.col.2.nu.2
Administratores publici ciuitatis, an bona ciuitatis obligare possint pag.71.col.2.nu.17
Ætatem legitimam quòd non habeat, qui veniam etatis impetrauit. pag.182.col.2.nu.6
Agens contra aliquem tanquam contra hæredem, quòd probare debeat eum esse hæredem. p.115.c.2.n.6
Et hoc in suis hæredibus an habeat locum. ibid.nu.7
Alimentarius si prius iurasset se minimè super alimentis transacturum, si postea transigat & iuret, an valebit transactio. pag.47.col.1.in princ.
Alimentarius an pacto nudo possit hæredi alimenta relinquere pag.47.col.1.nu.8
Alimenta si debeantur ex contractu, si origine ducant ab vltima voluntate, an super his transigere liceat. Et quid si pœna sit adiecta transactioni. Et quid in medicinis dicendum sit. pag.47.col.1.nu.9
Alimenta si alicui debeantur, quòd præterita etiam petere possit, ostenditur. pag.48.col.2.nu.13
Alimenta præterita an petere possit vidua, cui non est dos restituta ibid.nu.14
Alimentorum fauor, quòd solum futuris detur alimentis ostenditur pag.48.col.1.nu.12
Allegans propriam turpitudinem, quod non sit audiendus. pag.135.col.1.nu.1
Appellari à iudicio sortis minimè posse ostenditur. pa. 62.col.2 nu.6
Appellatio quòd diu, & nõ noctu interponẽda sit, ostenditur pag.108.col.2.nu.18
Appellatio an suspendat vel extinguat pronunciatum. pag.140.col.1.nu.1
Appellatio non suspendit sententiam si sit interloquutoria ibid.col.2.nu.2
Appellatio non suspendit sententiam excommunicationis, vel interdicti ibid.nu.3
Arbiter quo casu de causa liberali, seu super libertate cognoscat, ostenditur pag.209.col.1.nu.1
Arbiter laicus, an incidenter super causa matrimoniali cognoscat pag.210.col.1.nu.7
Arbitramentum noctu factum validum esse ostenditur. pag.106.col.2.nu.4
Arbitramentũ transactionẽ quãdã esse. p.134.c.1.n.7
Arbitramentum q. etiam nil dato vel retẽto fieri possit, ostenditur pag.167.col.2.nu.11
Arbitramentum si feratur per dolũ, qua actione prius agi oporteat contra arbitratorem. p.205.c.1.nu.9
Arbitratori quòd certos modos partibus in suo laudo imponere liceat, ostenditur, pag.50.c.2.n.6
Armatus qui alieni astitit licèt armis vsus non sit, quòd dicatur illi opem tulisse. pag.17.col.2.nu.7
Auth. sacramenta puberũ, an comprehendat distractũ. pag.125.col.1.nu.6

B.

BArtoli elegans illatio declaratur. p.35.col.2.nu.12
Beneficium an infirmus renuntiare possit, & quando valeret talis renuntiatio. pag.119.col.2nu.4.
Et quid dicendum de decurione in forma officium publicum renuntiante.
Beneficium ordinis quòd detur tutoribus pupillo dato, et videlicet primò conueniantur qui administrant quàm qui nõ administrant. pag.10.col.2.nu.
Beneficium ordinis quando non detur tutoribus pupillo datis ibid.nu.8.& pag.11.nu.
Beneficium ordinis competere etiam procuratori in solidum obligatis, ostenditur. pa.11.col.1.nu.
Beneficium ordinis quòd duobus reis competat, ostenditur. pag.12.col.1.nu.1.
Beneficium diuisionis, exemplo fideiussorum q. tutoribus etiam competat. ibid.c.2.n.15. Et quæ sit inter tutores & fideiussores quantũ ad hoc differentia ostenditur. ibid.nu.16
Beneficium diuisionis, quòd in vim quoque exceptionis impetrari possit, ostenditur pag.15.col.1.nu.17
Beneficium diuisionis an tutoribus detur, qui dolo communi administrarunt. ibid.nu.18
Beneficium diuisionis quòd nõ detur tutoriex proprio dolo conuento pag.14.col.1.nu.21
Beneficium etiam cedendarum actionum quòd competat tutoribus exactis, & quòd vtilissimum sit hoc beneficium, ostenditur pag.14.col.2.nu.21
Beneficium etiam vtilium actionum quòd tutoribus competat pag.15.col.1.nu.22
Beneficij ẽcclesiastici renuntiatio metu facta, an ipso iure infirmetur pag.75.col.2.nu.
Beneficij collatio, an noctu fieri possit. p.105.c.1.n.
Beneficij ecclesiastici possessori licere vexationem redimere, ostenditur. pag.19.col.1.nu.
Beneficij ecclesiastici renuntiatio quòd cassatoria probari possit pag.27.col.2.nu.
Beneficio ordinis competenti quo pacto proceda[tur] que pactio, ostenditur pag.11.col.1.nu.10.& 11.
Beneficia quæ tutoribus impenduntur, quare ad filiosfes non pertineant pag.15.col.1.nu.15.
Bona ciuitatis, an publici administratores ciuitatis obligare possint pag.71.col.2.nu.17.
Bona an hæreticus ante condemnationem retinere possit. pag.195.col.2.nu.5.

C.

CAlumnia eiusdem actoris, an ipso iure transactionem vitiet pag.105.col.1.nu.2
Et quid si illa nota fuerit aduersario p.104.c.1.n.2.
Cancellarius Castellæ, quòd signa regia noctu ebur imprimere non debeat, ostenditur. p.106.c.2.n.
Causa quòd non rectè dijudicari possit nisi constet de facto, ostenditur. pag.89.col.
Causa à lite quomodo distinguatur. pag.93.col.2.
Causa iuramento volũtario decisa, q. prætextu instrumentorum nouiter repertorum non retractetur pag.98.col.2.nu.6
Causa quælibet, etiam iniusta, quòd excusset à dolo. p. 191.col.2.nu.42
Cautio seu præsidiũ pro tuẽdo aliquo in possessione quam possidet, si vim sibi inferri timeat, quod

iudice implorari posit, ostenditur. pag.51.col.2.nu.8
Et quid si rem non possideat, sed detentet. ibid.nu.9
Cautio vt detur a iudice p tuendo aliquo in possessione, etsi libello opus non sit, q. tamen requiratur qualis qualis informatio de possessione palam fit. ibi nu.10
Cautio sicut datur pro rerum defensione, quòd multo magis pro personis implorari posit, etiam si eam petens cauere ipse non velit ibid.nu.11
Cautio hæc, quòd neque vllo tempore in eam petendi deperibit pag.51.col.1.n.12
Cautio pro tuendis personis, quòd diebus etiam feriatis a iudice peti posit ibid.nu.13
Cautio pro tuendis rebus & personis, quòd non solum a iudice debetur, sed & familia quoque hominum ac matorum, si visum sibi fuerit ibid.nu.14
Cautio indemnitatis si præstatur ab aliquo, q. pro familiaribus quoq; repromittere tenetur. p.52.c.2.n.15
Cautio indemnitatis si repromittitur ab aliquo, q. amicis & familiis quoque eius, qui eam implorat, cauere tenetur ibid.nu.16
Cautio indemnitatis an peti posit ab eo, qui inimicitias causam dedit, ostenditur pag.53.col.1.nu.17
Cautio indemnitatis an fieri debeat cum fideiussore vel pignore, vel an nuda sufficiat pag.54.col.1.nu.22
Cautio indemnitatis si pro securitate persone interponatur, quod cum pignore fiat vel fideiussore, ostenditur pag.54.col.2.nu.23
Cautio pretoria, quòd semper cum pignore, vel fideiussore intelligatur. palam fit. pa.55.col.1.n.24
Cautio indemnitatis, seu promissio si fiat alicui, q. iuramenti huic accedere debeat, ostenditur. ibid.nu.25
Cautio indemnitatis si petatur ab aliquo, an is qui petit tenetur eiusmodi fidem facere, vel satis fit, cum proprio iuramento affirmare ibid.nu.26
Cautio indemnitatis a iudice præcepta, quanto tempore duret. pag.57.col.1.nu.27
Cautio indemnitatis quòd non circumscribatur loco eã præcipientis ibid.nu.28
Cautio indemnitatis quòd videatur esse superflua, & quare ibid.nu.29
Cautio indemnitatis si interponatur, quòd actio iniuriæ ad heredes transeat pag.56.col.2.nu.30
Cautio indemnitatis si interponatur, quòd qui eam violauerit, pœnam promissam luere debeat accusatus, ostenditur ibid.nu.31
Cautio indemnitatis, q. quibusdam personis per leges ipsas elargiri solita sit, ostenditur ibid.nu.32
Cautio indemnitatis q. à principibus impendi soleat qui busdam, & qui illam transgreditur, qua pœna plectatur. ibid.nu.33
Cautio Mutiana quòd non habeat locum in contractibus pag.128.col.1.nu.15
Cautio Mutiana quòd locum habeat, si contractus fiat sub conditione negatiua super re ad heredes non transmissibili pag.129.col.1.n.16
Cautio Mutiana, quòd in donatione causa mortis locum habeat. pag.129.col.2.nu.18
Cautio Mutiana, quòd ex consensu partium in contractibus locum habeat pag.130.col.2.nu.20
Et quid in cõtractibus stipulatione vallatis ibi.nu.22
Et quid in contractibus bonæ fidei ibi.nu.23
Cedere verbum, quòd rebus etiam corporalibus adaptetur, ostenditur. pag.50.col.1.nu.3
Cebus instrumenta aduersarij, an committat furtum. pag.102.col.2.nu.23
Clausula, rato manente pacto, q. utilis sit pro prima cõtrauentione duntaxat, ostenditur. pa.94.col.2.n.3
Clausula, rato manente pacto, an more purgationem impediat pag.93.col.1.nu.4
Clausula, rato manente pacto, quod solum obseruanti contractum prodest ibid.col 2.nu.5
Clausula, rato manente pacto, an in contractibus bonæ fidei subintelligatur pag.95.col.2.n.6
Collatio beneficij an noctu fieri posit. p.109.c.1.n.21
Compromissarius quo casu super libertate pronuntiet ostenditur pag.209.col.1.nu.2
Compromissum an retractetur instrumento postea reperto pag.100.col.2.nu.15
Compromissum si partes non iurent, etiam si adsit consuetudo iurandi, quòd non committatur nu.1. si quis minor. pag.189.col.1.nu.30
Compromissum super causa matrimoniali, an valeat pag.210.col.2.nu.6
Compromittere quòd non liceat super futurli alimentis in vltima voluntate relictis pag.45.col.2.nu.2
Compromittere super re iudicata quòd nemo cogatur. pag.142.col.2.nu.15
Conditio turpis vel impossibilis q. non vitiet donationem causa mortis, ostenditur. pag.130.col.1.nu.20
Conditio impossibilis licet vitiet transactionem, modus tamen impossibilis quòd transactionem non vitiet, ostenditur pag.156.col.1.nu.8
Confessio sine causa facta in iudicio, quòd præiudicet confitenti pag.125.col.1.nu.7
Confessio partis quòd sit optima probatio, quæq; cæteras antecellat, ostenditur. pag.29.col.2.nu.8
Confessio facta in libello principi oblato, quòd plenè probet pag.30.col.2.nu.12
Cõfessio in libello conuentionali facta, quòd plenè probet. ibid.nu.13
Et qd dicendũ si cõfessio fiat absente parte. ibi.nu.14
Confessio si fiat in supplicatione rescripti, quòd plenè probet. pag.31.co.1.nu.15
Confessio facta in libello Principi oblato, in libello conuentionali, & in supplicatione rescripti, &c. quando, & in quibus casibus plenè probet, aut nõ ostenditur pag.31.col.1.à nu.16. & deinceps.
Confessio debitoris, dicentis se debere centum, quòd non obest creditori, quin decem petere posit. pag.116.col.2.nu.2
Confessio professitentis se esse alicuius vassallum, an præiudicet filijs. pag.118.col.2.nu.4

Confessione partis quòd negatius assueratio probatur pag.129.col.2.nu.9
Confessione partis quòd post conclusionem causæ admittatur, probatur ibid.nu.10
Confessione facta, an sit opus sententia. p.199.c.1.n.71
Coniunctus q, non exigat fine mandato debitu cõiuncti etiã prodigi, vel minoris, ostenditur p.42.c.2.n.24
Coniunctus si fidem conuentionis fregerit, quàm turpe sit, ostenditur pag.59.col.1.nu.9
Consignatio & obligatio, an nocte fieri possit pag. pag.109.col.2.nu.24
Contractus ad obseruationem cùm quis suam fidem interponit, quòd in dubio fidem Christi, non humanam interponere videatur pag.190.col.2.nu.35
Cõtractus qui re cõtrahũtur, q, nõ possint accepilari, nisi præmissa Aquilianæ stipulatione p.22.c.2.n.1
Contractus ecclesiæ vtilis factus sine solennitate, an valeat pag.41.col.2.nu.19
Contractus vt probetur vsurarius, q, non erit satis illũ cum vsurario fuisse celebratum pa.73.co.1.nu.2
Cõtractus metu iustissimo gesti, quare valeat ipso iure, cùm illos ipso iure infirmari videamus, quibus dolus dedit causã si bonæ fidei sint, ostẽditur. p.73.c.1.n.4
Contractus quòd non statim è quo metu rescindatur, ostenditur pag.77.col.2.nu.12
Contractus ad recisionem quis metus sufficiat, palam sit ibid.nu.13
Contractus ad recisionem an metus honori illatus sit sufficiens pag.78.col.1.nu.14
Et quid dicendum de metu excommunicationis ibid.
Contractus ad recisionem an Principis iussus iustum timorem inferre soleat ibidem nu.15
Contractus ad recisionẽ quòd metus reuerentialis si minè nõ præcedant, nõ sit sufficies ostẽditur ibi.n.16
Contractus, in quo summa libertas requiritur, quale est matrimoniũ, si minè non præcedat: q, minimè obsit tũ reuerẽtialè rescindatur, palam sit. p.79.c.1.n.17
Et quid si secùs protestatio metus facta fuit ab.n.18
Contractus vt præcedentibus minis corruat, quid requiratur pag.80.col.2.nu.20
Contractus quòd in dubio metu gestus præsumatur, ostenditur pag.84.col.1.nu.33
Contractus simulatus quòd contractus minimè sit, vt cunq; simulatio contingat, ostenditur p.111.c.1.n.3
Contractus aliquis vt probetur simulatus, quòd satis sit si adsint verosimiles coniecturæ pa.113.c.1.n.18
Et quid dicendum de rebus omnibus, quæ sunt probatu difficiles ibid.col.2.nu.13
Contractus quòd in dubio præsumatur verus, non simulatus pag.114.col.1.nu.16
Contractus & vltimæ voluntates differre, rationibus ostenditur pag.129.col.1.n.16
Contractus quis in l. si prò fundo. gestus, sit permutationis, an transactionis, dubitatur. p.146.c.2.n.2
Contractus si cum homine claro dignitate fiat, quòd metu compulsum illũ contraxisse, nõ sit præsendum. pag.158.col.1.nu.5
Contractus quòd propter metum reuerentialem, interuenientibus amicis & consanguineis non retractetur pag.161.col.1.nu.17
Cõtractũ matrimoniũ an ex hoc nõ cẽseatur, si dicit me rie, nõ habebo vxorẽ nisi te, ostẽditur. p.26.c.2.n.13
Contractum simulatũ iuramento minimè firmari. pa. 111.col.2.nu.5
Sed quid si partes iurent contractui simulato non contraueturos q pag.112.col.1.nu.6
Et quid in hærede, qui contractum simulatum iurauit ibid.col.2.nu.7
Contractum quemuis in extremis quoq; vitæ constitutum rectè gerere posse, ostenditur pa.119.co.2.n.3
Item & audire hereditatem ibi.n.4
Contractum fuisse factum lege resistente, quòd quis delegare possit, ostenditur pag.125.col.1.nu.3
Contractum qui iudice authore non seruat, quid in l. si quis maior. non committat pag.192.col.1.nu.45
Conuentio ne debiti solutio probetur per solã scripturã quòd non valeat, ostenditur pag.28.col.2.nu.6
Conuentio facta à matre, vt filius ad certum tempus duci ministret, an huiusmodi conuentio filio noceat. pag.118.col.2.nu.2.
Corporis infirmitas quòd transactioni non sit impedimento, ostenditur pag.119.col.1.nu.1
Corporis debilitas, quòd non sit impedimento his, quæ animi consilio peraguntur pag.120.col.1.nu.8
Creditor quòd generalem remissionem facere nemo compellatur pag.117.col.2.nu.4
Creditori meo si soluam centum, an deinde ego decem tum petere possim pag.116.col.2.nu.3
Et quid si creditor dicat id se accipere ex reliquatione computationis. pag.117.col.1.n.4

D.

Debilitas corporis, q, non sit impedimento his, quæ animi consilio peraguntur pa.120.col.1.n.6
Debitorem pignus an & quando ante diem obligationis persequi liceat, ostenditur pa.17.col.2.n.8
Debitũ, quod ex causa vsuraria debetur ciuitati, a ministratur ciuitatis remittere possit. p.70.c.2.n.13
Debitus coniuncti etiã prodigi vel minoris, q, cõiunctus sine mandato nõ exigat, ostenditur p.42.c.2.n.24
Decurio infirmus, an officium publicum remittere possit pag.119.col.2.nu.4
Defectus in parte non substantiali instrumenti, quod in totum non vitiet instrumentum p.108.co.1.n.20
Delictorum punitionem dari esse faciendam ostenditur. pag.110.col.1.nu.25
Depositiones testium, & allegationes quòd nocte fieri possint, ostenditur pag.108.col.2.nu.17
Depositum quòd habeat paratam executionem ostenditur pag.197.col.2.nu.30
Deprehensi in adulterio, si dicant se matrimonio fuisse copulatos, an à pœna liberentur, & matrimonium hinc contractum esse videatur pag.210.co.2.nu.9

Distractus, cui dolus dedit causam, an sit ipso iure nullus. pag.23.col.1.nu.3

Diuisionis beneficium, exemplo fideiussorum, quòd tutor burretiam comperit. pag.12.col.2.nu.13

Et quæ sit inter tutores & fideiussores differentia quantum ad hoc ostenditur. ibid.nu.16

Diuisionis beneficium, quòd in vim quoque exceptionis impetrari possit. pag.13.col.1.nu.17

Diuisionis beneficium, an tutoribus, qui dolo communi administrarunt, detur. ibid.nu.18.

Diuisionis beneficium, quòd tutori ex proprio dolo conuento non detur. pa.14.col.1.nu.21

Dolus, an in generali remissione quoque comprehendatur. pag.25.col.1.nu.6

Dolus commissus in celandis instrumentis, an vitiet transactionem. pag.102.col.1.nu.22

Dolus quando interuenisse nõ præsumatur, ostenditur. pag.157.col.2.nu.4

Doli specialis remissio in quo esse debeat, casus proponitur. pag.25.col.1.nu.7.

Dolum passus, quòd possit si velit, stare contractui. pag.135.col.2.nu.3

Dolum & interuenire oporteat, vt in l. si quis maior. committatur. pag.191.col.2.nu.41

Dominium quòd non hinc censeatur translatum, si quis lit & causa renuntiet, ostenditur. pa.131.co.1.nu.12

Dominium vt transferatur, optima cautio proponitur. pag.152.col.2.nu.13

Dominus emphyteoseos aliquid recipiès ab emphyteota videatur cõmodo renuntiare. p.197.c.2.n.68

Donatio quòd non retractetur, eò quòd donatarius non fecerit hæredem donatorem. pa.118.col.1.nu.2

Donatio causa mortis dum conficitur, quòd assimletur contractui facto vltimæ voluntati pa.129.c.2.n.19

Donationem causa mortis quòd conditio turpis vel impossibilis non vitiet, ostenditur. pa.150.co.1.nu.10

Dux exercitus, an pacem cum aduersario inire possit, ostenditur. pag.40.col.1.nu.10

Et an fœdus ad diem perimere possit. ibi.nu.11

E.

Ecclesiæ patrimonium defraudasse an videatur is, qui centum aureis ab ecclesia reditus fundi pro sua vita conduxit, si longissimam vitam egerit, pag.61.col.2.nu.3

Electio in alternativa remediorum, quòd sit eius, cui illa remedia dantur. pag.96.col.1.nu.8

Electio in alternativa summarum, quòd sit creditoris, si illa sic posita in prouisionem creditoris. ibid.nu.9

Electio, an noctu fieri possit. pag.108.col.2.nu.10

Emphyteota ecclesiæ, qui iurauit soluere pensionem, si non soluat biennio non expectato, quòd expellatur: pag.193.col.1.nu.45

Episcopus quòd quartam funeralem sibi ac ecclesiæ debitam remittere possit. pag.68.co.1.nu.18

Emptio quòd secuti in contractibus nominatis, ita & in innominatis veniat, ostenditur. pa.147.co.2.nu.5

Euictio vt ex sententia arbitri detur, optima cautio. pag.148.col.1.nu.6

Exceptio transactionis, quòd litis ingressum impediat, ostenditur. pag.57.col.2.nu.1

Exceptio præscriptionis, quòd impediat litis ingressum. pag.58.col.1.nu.4

Et etiam coram arbitro proposita. ibid.nu.5

Exceptio simulationis an admittatur, stante. l. Regia, quæ prohibet vllam exceptionem aduersus contractum proponi. pag.111.col.1.nu.4

Exceptio, Non sum hæres. quòd non possit opponi creditoribus hæreditarijs post solutionem, vel promissionem ex causa transactionis. pag.114.col.2.nu.1

Exceptioni simulationis nullo tempore præscribi, ostenditur. pag.113.col.1.nu.10

Exceptiones impedientes litis ingressum numerantur. pag.57.col.2.nu.3

F.

Facti species fingitur ad l. cùm ea quæ. p.110.c.2.n.1

Fauor alimentorum, quòd solum futuris detur alimentis ostenditur. pag.48.col.1.nu.12

Fideicommissum reciprocum posse remitti, neque diminutionem vllã illatam censeri remittenti, ostenditur. pag.61.col.1.nu.1

Fideiussio an necessariò per scripturam probanda sit. pag.29.col.1.nu.7

Fideiussio an pacto nudo fieri possit apposito iuxta contractum. pag.165.col.1.nu.4

Et an iure nostro stipulatio sit in ea necessaria. ib.c.2.n.5

Filiusfamilias, an possit sine consensu patris venũdare se ad pretium participandum. pag.59.col.1.nu.10

Filiusfamilias, an operas suas inuito patre artifici locare possit. pag.60.col.1.nu.11

Filiusfamilias, an prouocare possit in singulare certamen, sine consensu patris. ibid.nu.12

Fœdus ad diem, an dux exercitus perimere possit. pag.40.col.1.nu.11

Fœmina iuratus transactionem, an teneatur. l. si quis maior. pag.182.col.1.nu.8

Frustra, verbum, an ipso iure dispositionem irritet. pa.114.col.1.nu.17

Fugæ suspicio quòd idem operetur quod fuga ipsa, vt quis capi possit, ostenditur pag.17.col.1.nu.8

Et quid dicendum de eo qui debet pignus, an & quando liceat ante obligationis diem persequi. ibidem.

Fundi & prædii quomodo differentia. p.147.c.1.n.3

Fundus quãdo liber traditus esse videatur. ibi.co.2.n.4

Fundum me non venditurum, nisi illi si alicui promisero, an ex hoc fundum illi vendere tenear, ostenditur. pag.28.col.1.nu.11

Furtũ an celans instrumenta aduersarij committat. pa.102.col.2.nu.23.

G.

Gl.l.transactiõ placitũ declaratur.p.40.c.1.n.12

Glo.actionem. declaratur. ibid.nu.18

Glo.verb.habeat.declaratur. pag.96.col.1.nu.7

Gloss.non posses.examinatur. pag.114.col.2.nu.21.
Glo.l.sive apud acta.in sexta & septima parte declaratur. pag.151.col.1.nu.23
Glo.l.sive apud acta.in parte,pendente,declaratur.ibi.nu.26
Gl.fi.l.sive apud acta.in parte,vrgere,declaratur. ibi.nu.27.
Gl.unica.l.trãsactione finim.declaratur. p.135.c.2.n.4
Gl.magna.l.vbi pactum.declaratur. pa.177.co.1.n.22
Alia eiusdem glo.pars explicatur. ibi.nu.25
Glosse.l.cùm proponat.in.3.& 4.expendũtur. pag.19.col.1.& 2.nu.15.16.17.& 18.
Glosse.l.si super possessione.declarãtur. p.57.c.1.n.56
Glosse.l.Pratris.declarãtur. pag.60.col.2.nu.14
Glo.l.vt responsum.expediuntur. pag.90.co.1.nu.4
Glosse magnæ prima pars.l.sive.apud acta.explicatur pag.117.col.1.nu.22.
Glosse eiusdem.l.secunda pars explanatur.ibi.c.2.n.13
Glosse.l.sive apud acta.quinta pars declaratur. pag.130.col.2.nu.24.

H.

Hæres iurantis quòd etsi fidem non seruet,non sit periurus. pag.194.col.1.nu.51
Hereditus aditio metu facta,an ipso iure valeat. pag.74.col.1.nu.8
Hereditis petitio,& rei vendicatio, an eodem libello cumulentur. pag.90.col.2.nu.6
Hereditatis petitio, an sit actio realis, an personalis. pag.91.col.2.nu.7
Hereditatem si repudiet institutus, quòd admittatur substitutus, etiam si institutus iure speciali restitui posit pag.141.col.1.nu.24
Hereditatẽ adire quòd positus in extremis posit,ostenditur pag.119.col.2.nu.4
Hereticus,an ante condemnationẽ bona retinere posit. pag.195.col.2.nu.58.

I.

Infamis an sit Scholasticus,qui iurauit parère Rectori,si contrafaciat. pag 185.col.2.nu.18
Infamis an sit,qui rem præteritam falso iuramento affirmauit. ibid.nu.19
Infirmitas corporis, quòd transactioni non sit impedimento,ostenditur. pag.119.col.1.nu.1
Infirmus an beneficium renuntiare posit,& quando talis renuntiatio valeret. pag.119.col.2.nu.4.
Et quid dicendum de decurione infirmo officium publicum renuntiante. ibid.
Inquilinus si propter metum emigrauerit, vt à pensione domus liber maneat, quòd id domino denuntiare, & claues præterea domus consignare debeat. pag.19.col.1.nu.13
Institutus si hereditatẽ repudiet,quòd admittatur substitutus, etiam si institutus iure speciali restitui posit. pag.145.col.1.nu.24
Instrumentũ in parte falsum, quòd non corruat in vniuersum,nisi defectus in persona notarij sit, quo casu corruit in vniuersum pag.206.col.2.nu.14
Instrumẽtũ in parte falsũ,an corruat in totũ,si defectus sit in parte substãtiali instrumẽti. p.207.co.1.n.25
Instrumentum in parte falsum,quòd in totum non corruat,si falsitas circa accessoria,vt pœnã & vsuræ, commutatur. ibid.col.2.nu.16
Instrumentum in parte falsum,quòd in totum non corruat,si falsitas præsumpta sit,nõ vera. ibid.nu.17
Instrumentum in parte falsum, quòd in totum non corruat, si pars confiteatur cætera capitula, in quibus falsitas non inest,esse vera. ibid.nu.18
Instrumentum quòd in totum nõ vitiet defectus in parte non substantiali pag.208.col.1.nu.20
Instrumenta confecta à notario, qui alia instrumenta falsa confecit,an iure subsistãt. pag.207.co.2.n.19
Instrumenta aduersarij celans, an committat furtum. pag.102.col.2.nu.25
Intellectus Pilei ad.l. actione. reprehenditur. pag.23.col.2.nu.4
Interrogantibus quòd benignè sit respondendũ,ostenditur. pag.89.col.2.nu.2
Iudex,an litigantes posit ad concordiã & transactionem compellere. pag.2.col.2.nu.4
Iudex quid facere debeat,cùm duo ad eiusdem rei possessionem contenderint. pag.2.col.2.nu.5
Iudex si ex aliquorum dissensione periculum Reipubl. immineat,quòd eos ad concordiam compellere possit,ostenditur pag.3.col.2.nu.5
Iudex quòd dissidentes ad inducias semper compellere teneatur. ibid.nu.6
Et quid si præsidi datum sit liberum arbitrium! pag.4.col.1.nu.8.
Iudex quòd in causis ciuilibus non posit cogere partes ad transactionem. ibid.nu.9
Iudex quòd in causis ciuilibus partes ad compromissum cogere non posit ibid.col.2.nu.10
Iudex quòd iure Hispano coniunctos aut consanguineos ad compromissum compellere non possit,ostenditur. pag.4.col.2.nu.11
Iudex si lis vertatur inter Magnates, quòd eos ad trãs actionem compellere posit. pag.5.col.2.nu.25
Iudex quòd actorem cogere possit,vt libellum generalem declaret pag.21.col.1.nu.5
Iudex, quòd quæ sibi vt iudici constiterunt, supplere possit,ostenditur pag.22.col.1.nu.10
Iudex quòd officium suum nisi interpellatus impartiri non teneatur pag.57.pag.1.nu.15
Iudex si succedat condemnato, an appellationem prosequi possit pag.135.col.1.nu.2
Iudex an ex officio suo possit repellere agentem sine actione. pag.173.col.2.nu.10
Et optimum huius rei exemplum subijcitur. pag.174.col.1.nu.11
Iudex an possit vltrò repellere procuratorem agentem sine mandato. ibid.nu.12.
Et quid in spiritualibus. pag.175.col.1.nu.15

INDEX.

Iudex si agentem sine actione admittat, & sententiam proferat, an illa sit ipso iure nulla pa.175.c.2.n.13
Iudex, esto posit vltro repellere procuratorem agentem sine mandato, an si hoc non faciat, teneatur pari in syndicatu pag.175.col.2.nu.14.
Iudex quòd calumnianté à iudicio repellat, ostenditur. pag.176.col.2.nu.19.
Iudex an repellat à iudicio eum, qui agit ante natum actionem ibid.nu.20
Iudex quòd libellum ineptum etiam non interpellatus reijciat pag.177.col.1.nu.21
Iudex malè se gerens in officio quòd incidat in pœnas. l. si quis maior. statutæ pag.193.col.1.nu.46
Iudex ex sola interpellatione, an in pœnas l. si quis mutor. committat pag 184.col.1.nu.13
Iudicis prima interpellatio, an sit actus extrajudicialis. ibid.nu.14
Iuramentum calumniæ, quòd administratores ciuitatis subire possint pag.65.col.1.nu.4
Iuramentum in teste, an iureconsulti cognouerint. pag. 186.col.2.nu.20
Iuramentum quòd paratum executionem habeat, ostenditur pag.197.col.2 nu.69
Iuramenti materia quòd sit favorabilis & extendenda. pag.181.col.2.nu.4
Iuramento accedente obligationi, quòd more purgatio impediatur pag.187.col.1.nu.32
Et an id generaliter verum sit extra speciem l. si quis maior ibid.nu.33
Iuridicendi nullum non agnitum, an ad heredes præteriti transmittatur pag.34.col.1.nu.6

L.

LEgatum, quòd propter inimicitias, cui ipse testator causam dedit, reuocetur, ostenditur pag. 53.col.2.nu.20
Lex optima Hispaniæ expenditur pa.98.co.2.nu 5.
Lex in omnibus. ff. de iudic. in contractibus etiam stricti iuris procedat pag 132.col.2.nu.28
Lex. si quis maior. quòd nõ sit accipiẽda in transactione sponte facta. ostenditur pag.188.col.2.nu.28
Et an id sit accipiendum in statuto compellente compromittere, sed non iurare ibid.nu.29
Lex. si quis maior. quòd ad compromissaquoque extendatur pag.191.col.2.nu.48
Item quòd habeat locum tam in reo, quam in actore. ibid.nu.49
Lex. si quis maior. quòd etiam in favorem eius heredis, cui iuramentum præstitum sit, locum habeat pag. 194.col.2.nu.53.
Lex. si quis maior. quòd ex partium conuentione cessat. pag.196.col.2.nu.61
Vel etiam, si quis petit pœnarum commissionem, ipse partes suas non impleuerit ibid.nu.62
Et oportere liquidissimè cõstare eũ impleuisse ib.n.63
Vel nisi contrauentio probata sit ibid.nu.64
Lex. si ex falsis. quòd etsi falsis testibus transactio facta sit, locum habeat pag.205.col.2.nu.12
Legu. sub prætextu specierum. verus intellectus traditur pag.132.col.2.nu.1
Et eius ratio pag.133.col.1.nu.2
Et procedere eam legem, etiam si neque in genere de his speciebus cogimsset ibid.nu.3
Et fuisse in hac l. petitionem, & transactionem quoque generalem ibid.col.2.nu.4
Et proponuntur tres ad hanc l. limitationes ibi.nu.5
Legis. si quis accepto. ff. de condict. ob caus. difficultas quædam magna declaratur pa.148.col.2.nu.7
Legis. si maior. quinque intellectus traduntur pag.163 col.1.nu.4
Legis. vbi pactum. verba illa, ante cognitionem. declarantur pag.172.col.1.nu 5
Item illa, si aduersarius hoc maluerit ibid.nu 6
Lemures, quos malos spiritus appellant, iustum metum præstare ostenditur pag.18.col.2.nu.12
Libellus alternatiuus an in iudicio admittatur pag. 96.col.2.nu.10
Libellorum communem quendam stylum ex. l. interpositas. desumptum fuisse ostenditur pa.87.co.1.n.39
Limitata causa, quod limitatum paria effectum, ostenditur pag.21.col.2.nu.8
Lis & causa quomodò distinguãtur pa.93.col.2.nu 7
Les quæ fuerit transactione sopita, quòd ex vtriusque partis consensu instaurari possit, ostenditur. pag. 87.col.2.nu.1
Litis & causæ si quis renuntiet, quòd non hinc transitum dominium censeatur pag.151.col.1.nu.12
Locus quòd hodie per corporis humani illationem sacer non efficatur pag.212.col.1.nu.16
Ludo acquisita, an in foro animæ sint restituenda. pag. 62.col.2.nu.7
Et an in foro exteriori pag.63.col.1.nu.8
Lumineria tria quòd in ædibus, qui noctu explicantur, sint proponenda pag.109.col.1.nu.22

M.

MAndatum habens ad compromittendum, an transigere posit pag.39.col 2.nu.7
Mandatum cum libera quòd nunquam præsumatur, ostenditur pag.41.col.1. in prin.
Mandatũ habens vt posit facere quicquid velit, an videatur habere mandatum cum libera ibid.nu.17
Mandatũ speciale q. sicut ad transactionẽ, ita ad debitã exactionem requiratur, ostenditur p.41.c.2.n.20
Mandatũ habens ad locandum vel vendendũ, an pretiũ locationis vel venditionis exigat p.43.col.2.nu.26
Mandatum ad exigendas pecunias, quòd exigat scripturam pag.44.col.1.nu.28
Et q. idem receptum sit in procuratorio ibi.n.29
Mandatum principis iniustum quòd non mereatur executionem pag.92.col.2.nu.4
Mater si conueniat, vt filium ad certum tempus alicui ministret, an huiusmodi conuentio filio noceat. pag. 118.col.1.nu.2.

Matris transactio q. filijs nõ nocet. pa.118.col.1.nu.1.
Matris factum quo casu filijs noceat ostenditur. ibid. col.2.nu.9.
Matrimonium, an non ex eo censeatur contractum, si dicam Marie, Nõ habebo vxorẽ nisi te, ostenditur pag.26.col.2.num.12.
Matrimonium vi contractum esse ipso iure nullum, ostenditur pag.73.col.1.nu.5
Matrimonium vi contractum esse ipso iure nullum, etiã si iuramentũ illi accesserit, palam fit. ibi.nu.6.
Idem esse in dote metu promissa iurisdictione prorogata tutoris auctoritate. pag.74.col.1.nu.7.
Matrimonium quòd infirmus cõtrahere possit, ostenditur. pag.119.col.2.nu.5.
Metus sinuræ litis quòd transactioni materiam præbeat ostenditur. pag.16.col.2.nu.2.
Metus coactio, quòd idem vt ipsa coactio operetur. pag.17.col.1.nu.3.
Metus tormentorum, quòd idem operetur vt ipsa tormenta. ibid.nu.4.
Metus naufragij, quod idẽ vt naufragium ipsum operetur. ibid.col.2.nu.5.
Metus armorum, quòd idem vt arma ipsa operetur. ibid.nu.6.
Metus quinis q. non statim sit sufficiens ad rescindendum contractũ, ostenditur. pag.77.col.2.nu.12.
Metus sufficiens ad rescindendum cõtractum quis sit. ibid.nu.13.
Metus honoris, an sit sufficiens ad contractus rescissionem. Et quid dicendũ de metu excommunicationis. pag.78.col.1.nu.14.
Et quid dicendum de principis iussu. ibid.nu.15.
Metus reuerentialis si minæ non præcedant, quòd ad contractus rescisionem non sit sufficiẽs, ostenditur. ibid.col.2.nu.16.
Et quid dicendum in contractibus in quibus summa libertas est necessaria. ibid.nu.17.
Metus protestatio, etiam si seorsum facta sit, modò minæ cessent, vel verbera, quòd ex solo metu reuerenti, cui huiusmodi protestatio accessit, non vitietur contractus, ostenditur. pag.80.col.1.nu.18.
Metus ad probationem quòd non sit necessaria metus ipsius protestatio. ibid.nu.19.
Metus reuerentialis cum enormi lesione an rescindat contractum. pag.80.col.2.nu.21.
Metus præcedens quòd non purgetur, si paulo postquam cõtractus metu gestus fuit, solutio facta fuerit, ostenditur. pag.81.col.2.nu.23.
Metu præsumptionem quòd interuentus amicorum in transactione excludat. pag.157.col.1.nu.1.
Metus præsumptionem quòd iudicis præsentia excludat. Et de quibus iudicibus hoc accipi oporteat. ibid.nu.2.
Metus præsumptio, quòd si coniuncti interuenìat, cesset, ostenditur ibid.col.2.nu.3.
Metus præsumptio quòd nõ excludatur, si eum tyran no fiat contractus pag.159.col.1.nu.8
Metus præsumptio quòd non cesset si enormissimam lesionẽ (quod aiunt) contrahens passus sit. ibi.nu.9.
Metus præsumptio quòd non auferatur, si amici interuenientes contractui nõ intelligãt quid agatur.
Et quòd nec̃q. l. transactionẽ quæ dominij. in integrũ restitutione locũ habeat ostenditur. ibi.nu.10.
Metus præsumptio quòd non cesset, si cõtractui vnus amicus tantùm interueniat. ibid.nu.11.
Metum passus si soluat, quòd metũ purgasse videatur. pag.81.col.2.nu.12.
Minor viginti quinque annis, q. ad trãsigẽdũ legitimã personã nõ habeat, ostenditur pag.161.col.1.nu.1.
Minor, qui veniam ætatis impetrauit, si iuret transactionem, an teneatur pœna legis. si quis maior. pag.181.col.2.nu.9.
Minor si iuret trãsactionẽ, & maior factus illi cõtrauiat, an cõmittat in.l. si quis maior. p.189.c.1.n.27.
Moræ purgatio etiam ex parte rei, q. nõ admittatur, cùm dies & pœna sint appositæ. pa.50.col.2.nu.7.
Moræ purgãdæ tempus ad sententiam vsque durare, ostenditur. pag.126.col.2.nu.11.
Moræ purgatio, si terminus sit præfixus in trãsactione, an illo elapso sit licita, ostẽditur. pa.col.2.nu.2.
Moræ purgandæ facultas, in quantum tempus protendatur, &c. pag.163.col.2.nu.4.
Moræ purgatio quòd impediatur, si iuramentum obligationi accedat. pag.187.col.1.nu.22.
Et an id generaliter verum sit extra speciem. l. si quis maior. ibid.nu.23.
Et in quibus pœnis huius. l. sit accipiendũ, ostẽditur. ibid.nu.24.
Moræ purgatio iuratæ obligationis, an iure canonico admittatur. ibid.col.2.nu.25.
Morbus, quo quis est semel detentus, an durare præsumatur. pag.122.col.1.nu.12.
Mulier si contrahat cũ patre, an sit necessarius interuentus consanguineorum, vt metus ac fraudis periculum non præsumatur. pag.160.col.1.nu.14.
Mulier coniugem cum contrahit cum patre, an mariti iussus sit necessarius. ibid.col.2.nu.15.
Mulier si proximiores sint absentes, an si remotiores adsint, contrahere possit. ibid.nu.16.
Mutiana cautio, quòd in cõtractibus locũ non habeat. pag.128 col.1.nu.15.
Mutiana cautio, quòd locum habeat, si contractus fiat sub conditione negatiua super re ad heredes non transmissibili. pag.129.col.1.nu.16.
Mutiana cautio, quòd in donatione causa motus locũ habeat. pag.129.col.2.nu.18.
Mutiana cautio, quòd ex consensu partium in contractibus locum habeat. pag.130.col.2.nu.21.
Et quid in cõtractibus stipulatiõe vallatis. ibi.nu.22.
Et quid in contractibus bonæ fidei. ibi.nu.23.

N.

Nisi, dictio, quo pacto sit accipiẽda. pa.25.co.1.n.8.

Nocte quæ fiunt esse probatu difficilia ostenditur. pag.109.col.2.nu.23.
Notariorum stylum quendam communè, ex l. sanè mente. processisse ostenditur. pag.120.col.1.nu.9.

O.

Operas suas an filius familiâs inuito patre artifici locare possit. pag.60.col.1.nu.11.
Oppositio quædam explicatur. pag.206.col.2.nu.7.
Oppositio quædam explicatur. pag.171.col.2.nu.4.
Oppositio quædam explicatur. pag.205.col.1.nu.10.
Ordinis beneficiũ quod detur tutoribus pupillo datis, vt videlicet primò conueniãtur qui administrant, quàm qui non administrant. pag.10.col.2.nu.7.
Ordinis beneficium quando non detur tutoribus pupillo datis. ibid.nu.8.
Ordinis beneficium quòd competat etiam procuratoribus in solidũ obligatis, ostenditur. p.11.c.1.nu.12.
Ordinis beneficium quòd duobus reis competat. pag.12.col.1.nu.12.

P.

Pactum legis commissoriæ an in transactione locum habeat. pag.171.col.1.nu.5.
Pacta seruare quantum fidei humanæ conueniat, ostenditur. pag.168.col.1.nu.2.
Pater filij legitimus administrator non super re filij possit sine decreto transigere, nec illam alienare. pag.69.col.2.nu.23.
Pater quòd in bonis filij quæ administrat ante litem contestatam, procuratorem constituere possit. pa.70.col.2.nu.4.
Patrimonium ecclesiæ, an is defraudasse videatur, qui centũ aureis ab ecclesia reditus fundi pro sua vita conduxit, si longissimã vitã egerit. pa.61.c.2.n.3.
Pensionis remissio quòd propter belli metum sicuti et propter bellum ipsum fieri possit, ostenditur. pa.18.col.2.nu.10.
Pensionem domus propter iustum metum esse inquilino remittendam. pag.18.col.2.nu.11.
Perarij pœna, quòd violatorem fidei præstitæ comprehendat. pag.190.col.1.nu.33.
Periurus quòd non sit hæres iurantis, etsi fidem non seruet. pag.194.col.1.nu.51.
Periurus an sit infamis. Et declaratur tex. in l. Lucius ff. de his qui not. infam. pag.183.col.1.nu 17.
Periurus an generaliter à iudicij limine repellatur. pa.201.col.2.nu.76
Petitio hæreditatis, & rei venditatio, an eodem libello cumulentur. pag.90.col.3.nu.6.
Petitio hæreditatis, an sit actio realis, an personalis. pa.191.col.2.nu 7.
Pœna quod iure canonico nõ cõmittatur in solidum, sed pro parte pag.187.col.2.nu.26.
Pœna legalis an in cõscientia debeatur p.195.c.1.n.54.
Pœna conuentionalis quòd ex contractu simulato peti non possit pag.113.col.1.nu.9
Pœna transactioni adiecta, quòd non seruata transactione peti possit pag.164.col.1.nu.1.
Pœna dationi quantitatis adiecta, quòd in fraudem vsurarum præsumatur adiecta ibid.nu.2.
Pœna quod peti non possit, nisi per solennem stipulationem sit promissa pag.165.col.1.nu.3
Pœnæ impositæ secundò nubentibus, quòd essent, si mulier consentientibus filijs prioris matrimonij secundò nupserit pag.135.col.1.nu.5
Pœna l. si quis maior. an ipso iure committatur. pag.186.col.2.nu.21.
Pœnam conuentionalem, an non exactus quis soluere teneatur pag.196.col.1.nu.59
Et quid in specie huius dicendũ sit. ibi.col.2.nu.60.
Pœnas legales ad exigendas oportere probationes liquidissimas adesse ostenditur. pag.197.col.2.nu.65.
Pœnitentia quod non habeat locum in contractu transactionis etiam re integra pag.168.col.1.nu.1.
Pœnitentia quòd non habeat locum in omnibus pactis liberatorijs ibid.nu.2
Pœnitentia quòd locum non habeat, quando contractus innominatus initur cũ nominato pa.171.col.1.nu.7
Pœnitentia an iure nostro locũ habeat in contractibus innominatis ibi.nu.8
Possessio dimissa ex causa transactionis, quòd non faciat dominum possessorem. pag.57.col.1.nu.14.
Præses ciuitatis quòd transigere non possit. Et quanto tempore ciuitas ad retractandum huiusmodi contractum admittatur pag.66.col.1.nu.9.
Pragmatica sanctio Regum Catholicorum optimè expenditur pag.59.col.1.nu.8.
Prædium & fundus, quomodo distinguantur. pag.147.col.1.nu.3
Prælati ecclesiarum quòd sine consensu capituli transigere non possint pa.38.col.1.nu.2.
Præscriptionis exceptio quòd litis ingressum impediat pag.58.col.1.nu.4
Et etiam coram arbitro proposita ibi.nu.5
Princeps an contrarium suo rescripto disponere possit. pag.101.col.2.nu.9.
Princeps contrahens cum subdito quòd efficaciter obligetur, ostenditur pag.86.col.1.nu.37.
Principi quo casu crastinatum transactionem irritasse, ostenditur pag.92.col.2.nu.5
Princeps in qua causa sit considendus, ostenditur. Et optima lex Hispaniæ expenditur pa.98.co.2.nu.5
Principis iussus quòd iustum timorem inferre soleat, ad contractus rescisionẽ, ostenditur p.78.c.2.n.15
Principe aliqui legi derogante, an eius legis specialem mentionem fieri oporteat pag.93.col.1.nu.6
Procurator constitutus ad agendum, non potest transigere pag.38.col.1.nu.2
Procurator constitutus ad agendum, quare non possit transigere, ostenditur ibid.nu.3
Et quid si in eius procuratione contineatur clausula, ratificationis, quod aiunt ibidem.col.2.nu.4
Procurator quòd nisi speciale mandatum habeat eom

INDEX.

promittere non posit pag.38.col.2.nu.5
Et an id quoque in compromisso necessario procedat ostenditur pag.39 col.1.nu.6
Procurator ad pecuniam exigendam, an posit terminū solutioni præscriptum prorogare ibid.col.2.nu.8
Procurator in quibus casibus posit transigere, ostenditur pag.40.col.2.nu.14
Procurator etiam cum libera. quòd non trāsigat super re ardua ibid.nu.15
Procurator si efficiat meliorem conditionem domini transactione, an sit sustinenda transactio pag.41 col.1.nu.18
Procurator, de cuius mandato non constat, quòd non exigat debita cū cautione rati pag.42.col.1.nu.22
Procurator ad exigendum, an posit accipere ab sponte soluentibus pag.43.col.2.nu.26
Et quid econtrario pag.44.col.1.nu.27
Procurator quòd nō proroget diem solutionis sine speciali mandato, palam fit pag.45.col.1.nu.30
Procurator cum libera, an posit in arbitratorem committere pag.61.col.1.nu.10
Procurator ciuitatis quòd sine speciali mandato iuramentum calumniæ subire posit pag.65.col.1.nu.4
Procurator ciuitatis in quibus casibus transigere non posit, ostenditur. pag.65.col.2.nu.6.usque ad.9
Procurator ciuitatis quòd debitū ciuitati non remittat pag.67.col.1.nu.11
Procurator cum libera quòd acceptilationem facere non posit ibid.col.2.nu.15
Procurator quòd appellationi interpositæ renuntiare non posit ibid.nu.24
Procurator ciuitatis cum libera, quòd debitori egentissimo debitum remittere posit ibid.nu.25
Procurator principis, vel alicuius optimatis, quòd propter dignitatem domini donationes atque remissiones facere posit ibid.nu.16
Procurator ecclesiæ, si rem, de qua agitur, pro ecclesia ipsa retineat, q̄ transigere posit. pag.69.col.1.nu.21
Procurator vel tutor minoris q̄ non transigant, etiam si res sit apud aduersarium minoris ibi.col.2.nu.25
Procurator ciuitatis an debitum, quod ex causa vsurarum debetur ipsi ciuitati remittere posit pag.70. col.2.nu.25
Procuratoris constitutio metu facta, quòd sit ipso iure nulla. ostenditur. pag.74.col.1.nu.7
Professio vel transactio in causa nobilitatis, an præiudicet filijs pag.112.col.2.nu.5
Promissio quod etiam sicut & solutio metum purget, ostenditur pag.83.col.2.nu.29.
Protestatio quòd metu fieri debeat pag.108.col.2.nu.9
Protestatio dolo quòd transactionē non rescindat, ostenditur pag.114.col.2.nu.3
Prouocare in singulare certamen, an filius familias sine consensu patris posit pag.160.col.1.nu.12
Punctio delectorum quod diu sit faciendum, ostenditur. pag.110.col.1.nu.25

Q.

QVartum funeralem quòd episcopus sibi & ecclesiæ debitam remittere posit pa.68.co.1.nu.18
Querela non præparata, an ad heredes exheredati transmittatur pag.32.col.2.nu.1
Querela non preparata, quòd etiam ad eos, qui sui non sunt, hodie transmittatur. pag.33.col.1.nu.4
Et quid si exheredatus, adita iam hereditate ab herede scripto, decesserit? ibid.col.2.nu.5
Querela inofficiosi testamenti, an pacto ipso iure tollatur. pag.37.col.1.nu.17.
Querela inofficiosi testamēti, quòd filio volenti se exheredari non detur pag.153.col.2.nu.2

R.

RAtio dubitandi ad l. sanum mente. ostenditur pag. 120.col.1.nu.7
Recipiēs aliquid à violatore iuratæ transactionis, quòd videatur beneficio l. si quis ne renuntiare. pag. 197.col.1.nu.66.
Quod eleganti exemplo confirmatur ibi.nu.67
Re venali permutata, q. quòd etiam re integra, permutatio non sit locus. pag.149.col.1.nu.8
Regulam quandam generalem iuris legi. si de certa nō obstare, ostenditur. pag.137.col.1.nu.3
Religiosi regulam transgredientes quòd in pœnā committant, & tamen periuri non sint, ostenditur. pag. 93.col.1.nu.2
Remissio debita, quòd secuti & data insinuatione egeat, ostenditur pag.67.col.1.nu.12
Remissionem generalem, quòd creditor facere non compellatur pag.137.col.2.nu.4
Renuntiari an possit l. de his. ff. de transact. pag.99. col.1.nu.11.
Renuntiatio iurata an valeat pag.99.col.2.nu.12
Renuntiatio iuris futuri si fiat in iudicio, quòd valeat, ostenditur pag.115.col.2.nu.8
Renuntiatio beneficij ecclesiastici in ea facta, an ipso iure infirmetur. pag.75.col.2.nu.9
Renuntiatio beneficij ecclesiastici, quòd citra scripturam probari possit pag.117.col.2.nu.3
Reo quæ remedia competant contra actorem non seruantem transactionem pag.177.col.2.nu.25
Restitutio in integrum, an suspendat sententiam pag. 141.col.1.nu.4.
Restitutio in integrum postulata, an sententiæ executionem impediat ibid.nu.5
Restitutio in integrum si per malitiam postuletur, quid erit ibid.col.2.nu.6
Restitutionem in integrum an administratores ciuitatis sine speciali mandato petere possint. p.64.c.2.3
Retractus an in re per transactionem alienata locum habeat pag.132.col.2.nu.14
Rimualdi subtilis quædam observatio perpendatur. pag. 105.col.1.nu.32.
Rusticitas quòd ab vsura præsumptione excusetur. pa. 183.col.1.nu.10

Rusticus

INDEX.

Rusticus iurans transactionem an teneatur. l. si quis maior pag.183.col.1.nu.9

S.

Scholasticus, qui iurauit parere Rectori, si contrafaciat, an sit infamis pag.185.col.2.nu.18
Scriptura in quibus contractibus iure nostro non sit necessaria, ostenditur. pag.27.col.2.nu.3
Scripturam in transactione nõ esse necessariam, sed vel testibus probari posse, ostenditur. pa.27.col.2.nu.2
Senectus extrema, quòd transactioni non sit impedimento. pag.119.col.1.nu.2
Sententia diffinitiua in causa criminali lata, etiam ex processu inualido, quòd ad confessionem partis valeat, ostenditur pag.30.col.1.nu.11
Sententia à iudice per metum lata, an sit valida. pag.76.col.2.nu.11
Sententia contra sententiam lata quare non valeat, cùm transactio contra transactionem sit valida, ostenditur pag.88.col.2.nu.6
Sententia contra sententiam lata, quòd etiam ex partiũ consensu non valeat. ibid.nu.7
Sententia quæ transiuit in rem iudicatam quòd principis rescripto non offendatur. pag.92.col.2.nu.2
Sententia rectè lata, quòd prætextu instrumentorum nouiter repertorũ minimè retractetur. p.98.c.1.n.3
Sententia in causis criminalibus lata quòd minimè retractetur, etiam si ex post facto constet de innocentia condemnati. ibid.nu.4
Sententia lata contra Rempub. quòd instrumentis postea repertis retractetur. pag.98.col.2.nu.7
Item si sit lata contra pupillum ibid.nu.8
Vel contra furiosum, vel prodigum ibid.nu.9
Sententia non viso testamento lata, an valeat. pag.100.col.1.nu.14
Sententia an fauore ecclesiæ retractetur instrumento postea reperto ibid.col.2.nu.16
Sententia quando rescindi debeat per restitutionem in integrum ex clausula generali, ostenditur pag.101.col.2.nu.17
Sententia lata, etsi in foro iudicum non retractetur instrumentis postea repertis, quòd tamen secus sit in foro animæ, ostenditur. pag.102.col.1.nu.21
Sententia nocturna lata, an iure valeat, & verius esse non valere, ostenditur pag.107.col.1.nu.9
Nisi iurisdictio indicit esset sequenti lucę peritura. ibi.col.2.nu.10
Vel nisi de consensu partium lata esset ibid.nu.11
Vel si ita ferret loci consuetudo. ibid.nu.12
Vel nisi index esset impeditus multitudine causarum. ibidem nu.13
Vel in iudice delegato pag.108.col.1.nu.14
Vel in sententia interloquutoria ibi.nu.15
Sententia lata in statu matris quòd filijs præiudicet. pa.118.col.2.nu.6
Sententia lata contra fideiussorem, an transigat principalis pag.144.col.2.nu.21
Sententia lata, contra quam potest peti in integrum restitutio, an intra tempora in integrum restitutionis petendæ possit fieri transactio. ibid.col.2.nu.23
Sententia lata ex falso iuramento, an retractetur. pag.205.col.1.nu.11
Sententiæ duæ conformes si sint, ex secunda supplicatione earum executionem iure nouo non impediri. pag.141.col.2.nu.8
Sententiæ executionem relatione pendente impediri, ostenditur ibid.nu.9
Sententiæ executio an impediri possit, si per modum querelæ contra eam dictum sit ibid.nu.10
Et quid dicendum de sententia arbitri, si aduersus eam reclamatum sit. pag.142.col.1.nu.11
Sententiam in eodem iudicio & condemnatoriam, & absolutoriam ferri ostenditur. pag.21.col.2.nu.7
Sententiam quòd non suspendat appellatio, si sententia sit interloquutoria, ostenditur pag.140.col.2.nu.2
Sententiam excommunicationis, vel interdicti quòd appellatio non suspendat. ibid.nu.3
Simulatio vtcunque contingat, quòd contractus simulatus, contractus minimè sit, ostenditur. p.111.c.1.n.3
Simulatio, quòd sit peior metu, dolo, & fraude. pag.113.col.2.nu.13.24.& 15.
Simulationis renuntiationem non valere, ostenditur. pag.113.col.2.nu.8
Simulationis exceptioni nullo tempore præscribi, palam fit pag.113.col.2.nu.10
Simulationis exceptio, an admittatur, stãte. l. regia, quæ probibet vllam exceptionem aduersus contractum proponi pag.111.col.2.nu.4
Simulationem fieri de vno contractu ad alium, ostenditur. pag.112.col.1.nu.2
Soluens an in futurum contractum approbasse videatur. pag.83.col.1.nu.27
Solutio facta paulò postquàm contractus metu gestus fuit, quòd non purget præcedentem metum, Et quæ sit ratio, ostenditur pag.81.col.2.nu.23
Solutio etiam ex interuallo facta, quòd non purget metum, si adhuc subsit causa metus. pa.82.co.1.nu.24
Solutio facta ab eo, qui fuit compulsus, quòd non purget vitium contractus, quando ipse contractus per metum celebratus, iuramento fuit confirmatus. ibi.col.2.nu.25
Et quid dicendum de eo qui non soluit, sed dilationem petit ad soluendum. pag.83.col.1.nu.26
Solutio spontanea quòd demonstret metum à principio non interuenisse, ostenditur. ibid.col.2.nu.28
Solutio spontanea quòd etiam si soluens errauerit in re vel in facto purget metu, palam fit. p.83.c.2.n.30
Solutio facta vni ex duobus creditoribus, quòd respectu vtriusque metum purget. pa.84.col.2.nu.31
Solutio partis ex causa transactionis, quòd inducat liberationem respectu totius obligationis, ostenditur: pag.116.col.1.nu.1
Solutum ex causa transactionis quòd non repetatur.

pag.115.col.1.nu.5
Sponſiones, quas, epueſtus, Hiſpani vocant, an ſint permiſſæ. pag.63.col.1.col.9
Statim, aduerbium poſitum in l. cùm proponas, an aliquid ſignificet pag.197.col.1.nu.11
Statutum compellens ad tranſactionem, q̃ non habeat locum in re iam tranſactione deciſa. pa.58.c.2.n.6
Statutũ compellens affines ad compromiſſum q̃ ex. l. de fideicommiſſo. valeat, oſtenditur. pa.62.c.2.n.3
Statutũ preterita quoq; negotia comprehendens, q̃ ad cauſas tranſactiõe deciſas nõ pertinerat.p.92.c.2.n.3
Statutum exigens ſcripturam in contractu mulieris q̃ ſit exorbitans, nec comprehendat contractum liberationis, oſtenditur. pag.124.col.1.nu.4
Statutum de ſoluenda gabella ex contractu, an diſtractum comprehendat. pag.124.col.2.nu.5
Statum in priuatis, ad fiſcũ quoq; pertinere oſtenditur. pag.19.col.2.nu.20
Statute Iuliæ, quibus cautum eſt, ne mulieres ac matres ſine conſenſu conſanguineorum contrahere poſſint, vnde originem duxerint, oſtenditur. pag.159.col.2.nu.12.
Et an proximiores oporteat interuenire. ibid.nu.13
Stylum quendam communem notariorum ex l. ſæpenumero proceſſiſſe oſtenditur. pag.120.col.2.nu.3
Subtractio quòd ſine furto fieri poſſit oſtenditur. pag.102.col.1.nu.24.
Supplicatio à ſententia principis facta, quòd executionem ſententiæ impediat. pag.121.col.2.nu.7
Supplicatio ſecunda et ſi admittatur, quo caſu ſententiæ executionem non impediat, oſtenditur. ibid.nu.8
Supplicatio ſola an ſat ſit, vt in penis l. ſi quis maiorẽ committatur. pag.184.col.2.nu.16
Suſpicio fugæ, quòd idem operetur quod fuga ipſa, vt quis capi poſſit. pag.17.col.2.nu.8
Et quid dicendũ de eo qui debet pignus, an & quando liceat ante obligationis diem perſequi. ibidem.

T.

TAbellio ſi nil dicat de ſanitate mentis teſtatoris in inſtrumento, an in dubio ſanæ mentis præſumatur ipſe teſtator. pag.120.col.2.nu.10.& 11
Tabellio ſi dicat teſtatorem ſanæ mentis condidiſſe teſtamentum, an ei credendum ſit. pag.121.col.1.nu.13.& 122.col.1.nu.14
Teſtamentum metu factum, an ſit ipſo iure nullum. pa.74.col.2.nu.9
Teſtamentum noctu factum validum eſſe oſtenditur. pag.106.col.2.nu.6
Teſtificandi poteſtatem publici iuris eſſe oſtenditur. pag.28.col.1.nu.5
Teſtis minutus quòd non admittatur, etiam ſi pars eius ſum inuocauit dederit. Et quid in iudice, oſtenditur. pag.51.col.2.nu.19.
Teſtis an pro vitioſus, an in omnibus quæ dixit reprobetur. pag.108.col.1.nu.21
Teſtium depoſitiones, & allegationes quòd noctu fieri poſſint, oſtenditur. pa.108.col.2.nu.(4)
Teſtibus duobus de metu deponentibus q̃ magis creditur, q̃ mille de ſponaneâ voluntate. p.84.c.2.n.34
Text.in.c.cùm inter.de elect.declaratur. pa.5.c.2.n.8
Text.l.Neque pactio.expenditur pro eleganti quadam Bartoli deciſione. pag.8.col.2.nu.1
Text.l.Neque pactio.quòd etiam in pacto locũ habeat, oſtenditur pag.9.col.1.nu.2
Text.l.ſi ex duobus.de tut.& ratio. diſtrab. difficultas expenditur. ibid.col.2.nu.4
Text.l.Neque pactio.an in acceptilatione vni tutori facta locum habeat ibid.nu.5
Text.in.l.magiſtratus.de magiſt.conueniend. declaratur. pag.14.col.2.nu.20
Text.in.§. nunc tractemus. l.1.de tut. & rat. diſtrahend.declaratur. pag.18.col.2.nu.19
Text.in.l.ad ordinã.C. de his quæ vi met.ve cauſ. fiũt. declaratur. pag.20.col.2.nu.4
Text.in.l.peccatum.de regu.iur.lib.6.declaratur.pag.25.col.2.nu.9
Text.in.l.Titia.§ fi.ff.de manumiſ.teſtam. ibid.nu.10
Text.in extrauagãt.Iniunctæ.de electione, declaratur. pag.28.col.1.nu.4
Text.in.l.ſi inſtituta.in princ.ff.de inoff.teſt.an. intellectus proponuntur. pag.34.col.2.nu.7
Text.in.§ quòd ſi furiam.l.naturalis.ff.de præſ.verbis declaratur. pag.56.col.2.nu.15
Text.in.l.cùm proponas.de pact.declaratur. pag.17.col.1.nu.17
Text.in.§.ſi quis profeſſus.l.ſi.ff.de publ.& vectig.declaratur. pag.40.col.1.nu.9
Text.in.l.filiæ.ff de ſolut.declaratur pa.42.c.1.nu.21
Text.in.l.ſi ſine.§. cùm autem rem rat.hab.declaratur. ibidem.col.2.nu.25
Text.in verb.poſſeſſione.declaratur. Et Fabrum legem hanc malè intellexiſſe oſtenditur p.49.c.2.n.1
Text.in.l.ſi mulier.ff.quod metuens.declaratur. pag.54.c.1.nu.21
Tex.in.l.de fideicommiſſo.an ex. l. quonium in prioribus.ſit correctus pag.61.co.1.nu.8
Text.l.de fideicommiſſo. an inter fratres eadẽ diſparens locum habeat pag.92.col.2.nu.4
Text.in.l.& Attilicinus.ff.de pact.dotal.declaratur.pa.63.col.2.nu.11
Tex.in.l.1.ff.de off.præt.Cæſar.declaratur. pag.65.col.1.nu.5
Text.in.l.aduerſus.de oſſur.C.declaratur.p.68.c.1.n.19
Text.in.l.ſi.§.ſi.ff.de publicã.& vectiga. declaratur ibid.col.2.nu.20
Tex.l.interpoſitum.in verſ. ad vim tamen vel dolum.declaratur pag.72.col.2.nu.1
Text.in.l.cùm affirmes.de lib.cau.nouiſſimè declaratur pag.85.col.2.nu.35
Tex.in.l.ſi ſeruum.§.1.de acquirend.hæredi. declaratur pag.86.col.1.nu.36
Tend.ante intentio.quòd non procedat calumnia interueniente

ueniente pag.115.col.1.nu.3
Vel niſi tanquam hæres Archimedori Tatianus trãſe giſſet ibid.nu.4
Text. in l.medicus.ff.de extra ordi.cognit.declaratur. pag.120.col.1.nu.8
Tex.in l.2.de iudic.declaratur pag.133.col.2.nu.6
Tex.in.l.ea quæ.de donat.ante nupt.declaratur pag. 136.col.1.nu.6
Tex.l.ſi pro fundo.an loquatur in actore vel reo pag. 145.col.2.nu.1
Tex.in.l.ſi donatè res.ff.de donat.inter vir. & uxor. declaratur pag.153.col.1.nu.15
Tex.in.l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.ff.de bon.poſſ. contra tabul.declaratur pag.154.col.1.in prin.
Tex.in.l.non putauit.§.ſi quis ſua manu,&c.an in præteritione locum habeat. ibid.col.2.nu.4
Tex.in.l.ſi inſulã.ff.de ver.obl.declaratur.p.162.c.2.n.3
Tex.in.l. ſi quis in iurandum. de reb.cred. declaratur. pag.171.col.1 nu.3
Tex.in.l.labeo.ff.de contra.empt.declaratur. ibi.nu.6
Tex.l.vbi pactum.verba quædam quæ redundare videbantur,declaratur pag.170.col.2.nu.1
Tex.in.l.poſthumus.§. ſi quis ex his ff. de inoff. teſt. declaratur pag.175.col.2.nu.26
Tex.in.l.poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoff.teſt. an habeat locum in bonorum poſſeſſione contra tabulas pag.176.col.1.nu.27
Tex.in.§.ſi quis ex his.an locum habeat in ſententia falſus ibid.col.2.nu.28
Tex.in.l.2.de reb.credit.& iureiur.declaratur. pag. 179 col.2.nu.1
Text.l.ſi quis maior, an in minore iurante tranſactionem locum habeat pag.180.col.2.nu.3
Tex.in.l.amplius non peti.ff. rem rat. hab. declaratur pag 183.col.2.nu.11
Text.in.l.qui cùm natu maior.§.accuſaſſe.ff. de bon.li bert.declaratur ibid.nu.12
Tex.in.l.libertus.ff.de in ius vocan.declaratur pag. 184.col.2.nu.15
Text. in. l Lucius. ff. de his qui not.infam.declaratur. pag 185.col.1.nu.17
Text.l.ſi quis maior.§.non ſolùm in tranſactione,ſed in quocunq; cõtractu locũ habeat. p.192.c.2.n.44
Tex.l ſi quis maior.an in hærede tranſigentis locum habeat pag.193.col.2.nu.50
Tex.l.ſi quis maior.an in ſingulari ſucceſſore locum habeat pag.194.col.2.nu.54
Et quid ſi quis à Papa facultatem impetret, vt poſſit contrauenire tranſactioni ibid.nu.55
Tex.l.ſi quis maior.an in foro,quod conſcientiæ appellant,procedat pag.195.col.1.nu.36
Tex.in.authen.Sacramenta puberum.ſi aduer. vendit. declaratur pag.200.col.2.nu.73
Tex.l.ſi ex falſis.quòd non procedat,ſi inſtrumenta talia fuerint,vt ex illis obtineri non potuerit pag. 204.col.2.nu.6
Item ſi reuera inſtrumenta illa producta non ſint. pa. 204.col 2.nu.7
Vel ſi fuerint à tertio fabricata, ignorante eo, qui ea produxit ibi.nu.8
Tex.l.iubemus.an procedat,ſiue pro libertate,ſiue contra eam tranſigatur pag.209.col.1.nu.3
Titulus,ſi ex falſis inſtrumentis,quòd habeat locum,ſi ſine dolo partis, inſtrumenta falſa producta ſint.pa. 203.col.2.nu.4
Sed aliud eſſe,cùm agitur actione, pro eo,quod intereſt pag.204.col.1.nu.5
Tranſactio ſuper cauſa matrimoniali an valeat. pag. 210.col.1.nu.5
Tranſactio pro matrimonio concepto,quòd iure valeat oſtenditur ibi.col.2.nu.8
Tranſactio ſine prætore ſuper futuris alimentis in vltima voluntate relictis an iuramento firmetur. pa. 46.col.1.nu.5
Tranſactio ſuper alimentis ſi iuramento firmetur ab aliquo; an iurans huiuſmodi tranſactionem poſſit contra eam venire,ſi ad extremam vergat inopiam. pag.46.col.2.nu.6
Tranſactio q̃ valeat, ſi ex ea aliquid ad tranſigentem peruenire poſſit pag.50.col.1.nu.4
Tranſactio an ſub conditione caſuali vel mixta fieri poſſit. ibid.nu.5
Tranſactio an habeat paratam executionem pag. 58.col.2.nu.7
Tranſactio à præſide ciuitatis facta quibus caſibus eam facere prohibetur,an ipſi tranſigentes noceat pag. 66.col.2.nu.10
Tranſactio metu celebrata quòd nõ valeat,oſtenditur. pag.73.col.1.nu.3
Tranſactio inter dominum & ſeruum quòd non valeat pag.85.col.2.nu.85
Tranſactio cùm fuit facta per acceptilationem, quid ſtatuendum ſit pag.88.col.1.nu.5
Tranſactio cùm valeat contra tranſactionem, quare non valeat ſententia contra ſententiam, oſtenditur. pag.88.col.2.nu.6
Tranſactio quòd reſcripto principis nõ offendatur. pag.92.col.1.nu.1
Tranſactio bonæ fidei facta,quòd prætextu inſtrumenti poſtea reperti non retractetur p.98.col.1.nu.1
Tranſactio quòd teſtamento poſteà reperto reſcindatur pag.99.col.1.nu.10
Tranſactio ſuper rebus in teſtamento relictis, etiam non lectis neque cognitis teſtamenti verbis,ſi teſtamenti notitia iam habeatur,quòd ſit valitura, oſtenditur pag.100.col.1.nu.13
Tranſactio quando etiam inſtrumento poſtea reperto non reſcinderetur,oſtenditur pag.101.col.2.nu.18
Tranſactio ſi facta ſit cum procuratore cum libera poteſtate, ſi calumnia ſeu dolus ex parte actoris interuenerit,quid ſtatuendum ſit pa.104.co.1.nu.27
Tranſactio an valeat,ſi calumnia committatur ante li-

tem motem. ibidem col. 2. nu. 28
Et quid si calũnia aliquo colore defendi posit. ibi. n. 29
Vel in criminali causa commissa sit ibid. n. 30
Transactio quare hic non sit ipso iure nulla, ostenditur ibid. nu. 31
Transactio noctu facta quòd valeat. p. 106. col. 1. nu. 3
Transactio quòd non rescindatur propter defectũ causæ non expressæ pag. 117. col. 2. nu. 1
Transactio matris quòd filijs non noceat. p. 118. c. 1. n. 1
Transactio quòd sit contractus innominatus, palàm fit. pag. 120. col. 1. nu. 9
Transactio generaliter concepta, quòd restringatur ad species, de quibus inter partes actũ est. p. 136. c. 2. n. 1
Transactio quòd ad accessoria rei principalis porrigatur pag. 137. col. 2. nu. 5
Et ad connexa. pag. 138. col. 1. nu. 6
Transactio quòd ad omnia porrigatur, si verba sint ad modum generalia ibid. nu. 7
Transactio generalis, quæ non potest ratione rectè sermonis restringi ad species de quibus actum est, an ad omnia porrigatur pag. 138. col. 2. nu. 8
Transactio an hoc casu extendatur etiam ad incogitata ibidem nu. 9
Transactio si fiat à me super certa re ex una causa, an ex alia causa eandem rem petere possim. ibid. nu. 12
Transactio super re iudicata quòd non valeat. pag. 142. col. 1. nu. 12
Transactio super ea obligatione, quæ ex instrumento guarentigio descendit, quòd non valeat. ibid. nu. 13
Transactio super ea obligatione, quæ ex instrumento guarentigio descendit, an iure Hispaniæ valeat. ibi. nu. 14
Transactio facta super re iudicata, quòd neque in vim pacti valeat ibid. col. 2. nu. 15
Transactio facta super re iudicata, quòd in vim pacti valeat, si rei indicatæ partes quæ transigunt, priùs renuntient pag. 143. col. 1. nu. 17
Transactio quo casu valet propter renuntiationem rei indicatæ, quòd oporteat renuntiationem esse specialem. ibid. nu. 18
Transactio quòd fieri possit à partibus ante rem iudicatam, etiam publicatis attestationibus: ibid. nu. 19
Transactio super re iudicata, si victor non agat actione iudicati, sed veteri contractus, quòd valeat. pag. 144. col. 1. nu. 20
Transactio super re iudicata, si illa verba apponantur. qualis est vel esse potest, an valeat ibid. nu. 22
Transactio super re iudicata, q. neque pacto nudo, neq; acceptilatione fieri possit pag. 145. col. 1. nu. 25
Transactio an titulum in re tradita vel dimissa ex causa transactionis tribuat pag. 150. col. 2. nu. 10
Transactio huiusmodi, Remitto tibi debitum administratæ tutelæ, si me hæredem feceris, an valeat. pag. 155. col. 2. nu. 6. & 7
Transactio si non seruetur, quòd pœna trãsactioni adiecta peti possit pag. 164. col. 1. nu. 1
Transactio si fiat, quòd in ea aliquid dari vel promitti oporteat, ostenditur pag. 166. col. 1. nu. 1
Transactio vt rectè concepta sit, satis esse si vel minimum transactionis nomine datum sit, ostenditur. pag. 166. col. 2. nu. 4
Transactio quòd rectè concipiatur, etiam si promissio facta inefficax apparuerit ibid. nu. 5
Transactio quòd fieri non possit nisi aliquo dato vel promisso, etiam si partes dissoluerint. l. transactio. renuntiauerint ibid. nu. 6
Transactio quòd fieri nõ possit nisi aliquo dato vel promisso, etiam si iuramentum transactioni accesserit. ibid. nu. 7
Transactio quòd non probetur, nisi aliquid datum apparet ibid. nu. 8
Transactio quòd neque in vim pacti valeat, in quam datum, promissumve fuerit pag. 167. col. 1. nu. 11
Transactio quòd valeat, etsi promissum ex post facto non præstetur ibid. nu. 12
Transactio an propter læsionem vltra dimidium iusti pretij rescindatur pag. 171. col. 1. nu. 4
Transactio cui minimè seruata est, hanc plura petere posse, ostenditur. pag. 173. col. 1. nu. 8
Transactio si ab actore non seruetur, quæ remedia reo competant pag. 177. col. 2. nu. 15
Transactio quòd necesse sit, vt per Deum, vel per Principem iuretur pag. 189. col. 2. nu. 31
Et quid erit, si sub alia forma iuratum sit ibid. nu. 32
Transactio si homagio Hispaniæ firmata sit, quid erit? pag. 190. col. 2. nu. 36
Et quid, si in veritate quis promittat obseruare transactionem pag. 191. col. 1. nu. 37
Et quid, si per Principis salutem ibid. nu. 38
Et quid, si per Sanctorum aliquẽ iuratũ sit. ibi. nu. 39
Et quid, si per sancta Dei Euangelia. ibi. col. 2. nu. 40
Transactio etiam iurata si ex falsis instrumentis falsa sit, quòd retractetur. pag. 202. col. 2. nu. 1
Transactio cùm mero iure valuerit, quòd oporteat eã per in integrum restitutionẽ rescindere, ostenditur. pag. 203. col. 1. in medio.
Transactio si per in integrũ restitutionẽ rescindatur, q. intra quadriennium fieri oporteat. ibid. c. 2. n. 5
Transactio si falsis testibus facta sit. quòd l. si ex falsis. in ea locum habeat pag. 205. col. 2. nu. 12
Transactio in casu liberali quòd sit licita, licèt compromissum prohibeatur pag. 209. col. 1. nu. 1
Transactio an fieri possit super causa liberali quæ contra libertatem concepta sit. ibid. nu. 3
Transactio quid sit pag. 6. col. 1. nu. 16
Transactio vnde dicatur. ibid. nu. 17
Transactio an sit contractus. ibid. nu. 18
Transactio quòd videatur potiùs distractus, quam contractus. pag. 6. col. 2. nu. 20
Transactio an sit nominatus vel innominatus contractus. ibid. nu. 21
Transactio an sit simplex, aut respectiuus contractus.

pag.

pag. 7. col. 2. nu. 22
Transactio an sit contractus bonæ fidei, an stricti iuris. ibid. nu. 23
Transactio quo iure inuenta sit ibid. nu. 24
Transactio facta cum vno tutorè, quare cæteris non prosit. pag. 9. col. 1. nu. 3
Transactio, an ipso iure vitietur, si transigens dolo ad transigendum sit inductus. pag. 23. col. 1. nu. 2
Transactio super dolo, an valeat. pag. 24. col. 2. n. 5
Transactionis obseruatio si affirmetur illa iuramenti forma, A fe de caualiero, ò de hidalgo, quid fiet. pa. 190 col. 2. nu. 34
Transactionis in contractu etiam re integra quòd non sit locus pœnitentiæ pag. 168. col. 1. nu. 1
Transactionis nomen esse generale, & quòd ad refutationem pertineat ostenditur. pag. 64. col. 1. nu. 12
Transactionis exceptio, quòd litis ingressum impediat. pag. 57. col. 2. nu. 2
Transactionis in contractu quòd etiam re integra pœnitentiæ locus non sit pag. 57. col. 2. nu. 1
Transactionis vtilitas proponitur. pag. 2. col. 1. nu. 3
Transactionis statutum, an rem quoq; comprehendat pag. 19. col. 1. nu. 15
Transactionis in contractu, non esse locum pœnitentiæ, etsi innominatus ille sit. pag. 27. col. 2. nu. 1
Transactionis non minorem virtutem esse, quàm sententiæ, ostenditur pag. 106. col. 1. nu. 1
Transactioni quòd metus futuræ litis materiam præbeat, ostenditur pag. 16. col. 2. nu. 2
Transactionem si iuret minor, & maior factus illi contraueniat, an committat in. l. si quis maior. pag. 188. col. 1. nu. 27
Transactionem obijciens, quòd debitum confiteri non videatur. pag. 21. col. 1. nu. 6
Transactionem non seruans, quòd accepta restituat, & præterea transactioni stare teneatur. p. 94. col. 1. n. 1
Transactionum rubrica continuatur. p. 1. c. 2. n. 1.
Transactione an Gabella debeatur. pag. 6. col. 2. nu. 1
Transactione per acceptilationem facta, quòd actor ad veterem actionem, etiam si reus promissa nõ seruet, redire non possit. pag. 89. col. 1. nu. 2
Transactione facta, quòd omnia instrumenta causæ in firmẽtur pag. 98. col. 1. nu. 2
Transactione facta per acceptilationem, an actori competat actio præscriptis verbis. pag. 127. col. 2. nu. 14
Transigens an hæreditatem adire videatur. p. 8. c. 1. n. 25
Transigens etiam si suos hæredes obligauerit ad iramenti obligationem, quòd obligatio iuramenti eos non comprehendet pag. 194. col. 1. nu. 52
Transigere quòd possint administratores ciuitatis super rebus quæ administrant. pa. 64. col. 2. nu. 1
Transigere an possint administratores ciuitatis sine speciali mandato, explicatur. pag. 64. col. 2. nu. 2
Transigere quòd possit compellere Princeps partes coram se litigantes pag. 4. col. 2. nu. 12
Transigere quòd compellere possint partes diu litigantes. pag. 1. col. 2. nu. 1
Transigere an possit is, qui habet mandatum ad transigendum pag. 39 col. 2. nu.
Transigere super futuris alimentis in vltima volunte reluctis, q. non liceat pag. 45. col. 2. nu
Transigere quare non liceat super alimentis futuris vltima voluntate relictis ibi. nu
Transigere se minimè, si prius iurasset alimentarius per alimentis, si postea transigat & iuret, an valebit transactio pag. 47. col. 1. in prin
Transigere an liceat super alimentis quæ debentur ex contractu, si originem ducant ab vltima voluntate Et quid si pœna sit adiecta transactioni: Et quid medicinis dicendum sit. pag. 47. col. 1. nu.
Transigere super alimentis q. ex voluntate testatoris ceat pag. 47. col. 1. nu. 1
Transigere super alimentis præteritis q. liceat, ostenditur pag. 48. col. 1. nu. 1
Transigere an liceat in causa conuersionis, vel monachationis pag. 109. col. 2. nu.
Transigere super causa filiationis, an liceat pag. 210 col. 2. nu. 10
Transigere super legitimitate, an liceat, p. 211. c. 1. n. 1
Transigere super decimis & procuratione, an liceat ibid. nu. 12
Transigere in beneficialibus an liceat: ibid. nu. 1
Transigere super iure patronatus, an liceat. ibi. col. 2. nu. 14
Transigere super iure sepulchri an liceat. ibid. nu. 15
Turpitudinem propriam allegans, q. non sit audiẽdus. pag. 135. col. 1. nu. 1
Tutelæ in successione non esse locum trãsactioni ostenditur pag. 166. col. 1. nu. 2
Tutelæ officium oportere esse gratuitum. Sed iure nostro decimam redituum pupilli tutori decerni. ibid. nu. 3
Tutor qui non transegit, in quantum sit conueniendus. pag. 10. col. 10. nu. 6
Tutor q. inimicus patris pupilli, & si causam præbuerit inimicitiæ, esse non teneatur. pag. 53. col. 2. nu. 18
Tutor optimatis q. splendidius familiam pupilli educare possit, ostenditur. pag. 68. col. 1. nu. 17
Tutor quandò dicatur rem pupilli palàm & bona fide comparare. pag. 158. col. 2. nu. 7
Tutores q. gratis, procuratores verò accepto salario soleant administrare, ostenditur. pag. 11. col. 2. nu. 13
Tutores non posse hodie pecuniam pupillarem fœnori dare, ostenditur pag. 71. col. 2. nu. 26
Tutoribus pupillo datis q. beneficium ordinis detur, vt videlicet primò conueniantur qui administrant, q. qui non administrant pag. 10. col. 2. nu. 7
Tutoribus pupillo datis quando beneficium ordinis nõ detur ibid. nu. 8. & pag. 11. nu. 9
Tutoribus beneficia quæ impenduntur, quare ad fideiussores non pertineant. pag. 15. col. 1. nu. 25
Tutoribus exactis quòd beneficium etiam cedendarum actionum

actionum competat. Et quòd vtilissimum sit hoc beneficium, ostenditur pag.14.col.2.nu.22
Tutoribus quòd beneficium etiam vtilium actionum cõpetat. pag.15.col.1.nu.24
Tutoribus pupillo datis, datur beneficium ordinis, vt primò conueniantur qui administrarunt, quàm qui non administrarunt pag.10.col.2.nu.7

V.

VEnditio vt probetur, q̃ non solùm de pretio, sed de pretio certo constare oporteat. p.167.c.1.n.9
Venditor quòd ad euictionem non teneatur, si emptor pretium intrusti non annumerauit. pa.139.c.2.n.47
Vemundare se ad pretium participandum, an filiusfamilias sine consensu patris possit. pag.59.col 1.n.10
Verba imperij in alicuius vtilitatem omissa, quomodo consilium inducant, ostenditur. pag.2.col.2.nu.2
Verba precationis, quòd aliquando necessitatem inducant, ibid.nu.3
Verba generalia ab specialibus esse interpretanda. pa. 136.col.2.nu.2
Verbum, cedere, quòd rebus etiam corporalibus adaptetur. pag.30.col.1.nu.3
Verbum, frustra, an ipso iure dispositionem irritet. pa. 114.col.1.nu.17
Versiculus. Error autem. l. sub prætextu specierum. declaratur. pa.134.col.1.nu 8
Victor si habuit notitiam instrumenti, an etiam re iudicata, contra eum agi possit, ostenditur. pag.101. col.1.nu.20
Vidua, cui non est dos relicta, an alimenta præterita petere possit pag.48.col.2.nu.14
Vim pati timens in re quam possidet, quòd iudicem præsidium inuocare possit. pag 15.col.2.nu.8
Et quòd idem sit, si rem non possideat, sed detineat, ostenditur ibid.nu.9
Et plura de hoc ibi à nu.8. vsque.36
Vniuersitas, Respublica, vel Collegium, an ligentur lege. Si quis maior. pag.182.col.1.nu.7
Volenti atque consentienti non fieri fraudem, nec quemquam iniuriam, ostenditur: pag.153.col.2.nu.1
Volenti filio se exhæredari, quòd querela inofficiosi testamenti non detur. ibid.nu.2
Vouenti calore iracundiæ, quòd si votum non seruet, parcatur pag.180.col.1.nu.2
Vxor an sine consensu mariti ad pretium participandum se venundare possit. pag.60.col.1.nu.13

Indicis Finis.